




L. ANN.
SENECÆ
et
P. SYRI MIMI
Sententiæ




BIBLIOTECA

L. ANNAEI SENECAE
&
P. SYRI MIMI,
Forsan etiam aliorum,
SINGULARES
SENTENTIAE,
Centum aliquot versibus ex CODD. PALL.
& FRISING. auctæ & correctæ,
Studio & opera
JANI GRUTERI.
Cum NOTIS Ejusdem recognitis & castigatis.
ACCEDUNT EJUSDEM
NOTAE POSTUMAE;
Ut & NOVA VERSIO GRAECA
JOSEPHI SCALIGERI JUL. CÆS. F.
Nunc primum ex utriusque autographis adornatae & in lucem editae.







LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HENRICI TEERING, 1727.

AMPLISSIMO
GRAVISSIMOQUE VIRO,

D. JOHANNI VAN DEN BERG, J[CTO]

TERTIUM IN REPUBLICA LUGDUNENSI CONSULATUM GERENTI. NUPER VICE EJUSDEM REIPUBLICÆ CONSILIO, QUOD APUD FOEDERATAS BELGII CIVITATES REI BELLICÆ PRÆEST, ADSCRIPTO. UNDE INTER LEGATOS BELLI ADMINISTRANDI CAUSA MISSUS, MOX A PRÆPOTENTIBUS ORDINIBUS FOEDERATI BELGII AD IPSORUM RES IN BRABANTIA ET FLANDRIA INSPICIENDAS ET CONSTITUENDAS DELEGATUS CUM MAXIME EST. ILLUSTRIBUS CURATORIBUS ACADEMIÆ LUGDUNENSIS A SECRETIS,

PROSPERITATEM PERPETUAM VOVENT

SIGEBERTUS HAVERKAMP
&
ABRAHAMUS PREYGER.


UEMADMODUM pulcritudo in alieno corpore locata delectat, sic eruditio amatores suos habet etiam alios, quam a quibus possidetur. Est enim hæc

mentis formoſa quædam facies, quæ, non minus ac illa corporis, muta ſui commendatio eſt; niſi forſan etiam multo magis, quoniam non vivos ſolùm, ſed & mortuos ob eandem veneramur. Neque etiam quiſquam, non ſtultiſſimus, tantum ſuo tribuere debet ingenio, ut nihil induſtria, nihil labore ſuo dignum exiſtimet, niſi ea ſolummodo, quæ ipſi domi naſcuntur. Sed profecto vel optimus quiſque rerum æſtimator nonnunquam in aliena caſtra ſeſe conjicere non dubitabit. Qua in re ſi & animi noſtri velimus ſententiam evolvere, diſſimulare non poſſumus, quam non diſſimilis ratio ad hunc laborem nos excitaverit. Nacti enim in communem quaſi Mercurium, inſigne hoc *Jani Gruteri* monumentum, indignum nobis imprimis facinus viſum eſt, tanti

viri

viri hoc ſcriptum tot annis tam cæca teneri cuſtodia. Quapropter nihil nobis deliberatius fuit, quam novam harum ſententiarum editionem adornare, deque iis tam egregie meritos iſtius viri labores cum orbe litterato communicare.

Quanquam cum haſce annotationes, præclaras illas quidem, ſed ſub aſcia tantum relictas, reperiſſemus, licet tanti viri alumnos potius, quam cenſores aut correctores, nos profiteri poſſemus, non tamen idcirco manum de tabula nobis tollendam duximus; ſed incumbendum in id potius, ut quam proxime aſſequeremur eam formam, quam ab ipſo dimenſam, nobis exædificandam, ipſius chirographa exhibebant. Reputantes enim laudabilia etiam ſordeſcere, niſi ſedem ſuam ſortita fuerint, digna ſane nobis viſa

res eſt, dignus adeo ipſe vir eruditiſſimus, cui noſtras illas vigilias donaremus. Huc accedebat Græca illa Siren, *Joſephus Scaliger*, cujus iſta quoque lucubratio, multo maximam partem nunc demum in lucem prodiens, incredibile quantum ornamenti & decoris huic editioni additura videbatur. Quæ tantorum ingeniorum blanditiæ, cum noſtras utriuſque mentes confeſtim dulci quadam ἐπαγωγῇ caperent, totaſque ſui amore irretirent, non committendum duximus, ut inertiæ, qualis fuiſſet hujus laboris excuſatio, accuſari poſſemus; præſertim cum non deeſſent benevolæ ſubclamationes, & fauſta omina, quibus in ipſo nos curſu proſequebantur, cum multi viri eruditiſſimi, quorum nonnunquam nobis conſiliis uti licebat, tum imprimis Vir Celeberrimus *Jacobus*

cobus Gronovius, cujus ſingulari erga nos ſtudio & hoc commune lucrum, ceu cumulum beneficiorum, acceptum ferimus.

Hac itaque, VIR AMPL. minime vana ducti conjectura, non pœnitendum a nobis huic operi impendi laborem, non potuimus illud indignum exiſtimare, quod nomini Tuo ſacrum faceremus; præſertim cum id tale nobis quodammodo videretur, quod & auctoritati Tuæ eſſet aptiſſimum, & ætati noſtræ. Illarum ſiquidem hæc ea eſt, cui non tam invidia, quam favor ſperandus eſt; illa tanta, ut ipſum Auctorum noſtrorum ſplendorem, haud parva decoris acceſſione augere poſſit. Subvereri forte non immerito poſſemus, ne Tibi non ita probaretur conſilium hoc noſtrum, adeoque rem omnino dignam non pu-

tares, qua nominis Tui patrocinium nobis conciliaremus. Quoties enim ſubit animum noſtrum cogitare, quam gravibus Te negotiis obſtrictum teneat cura ſalutis publicæ, ſimul adeo quam non proclive Tibi ſit, ſalva Tua dignitate, ad has noſtras curas deſcendere; ſane quam, pro eo ac par eſt, nonnihil revocemur neceſſe eſt ab aſpirando ad illud auctoritas Tuæ pondus. Sed enim quia non ignari ſumus de animi Tui ſententia, qua Tibi non publicam tantum rem, ſed & litterariam ornandam putas, facile hæc animo noſtro fiducia ſuccrevit. Præterquam quod ſingularis illa ſapientiæ Tuæ pariter ac eruditionis fama non modo confirmabat nobis hanc mentem, ſed etiam ſpem oſtendebat, fore, ut & acceptum eſſet Tibi genus hoc diſciplinæ, nec ingratum accideret, ſi-

quan-

quando ad hujuſmodi aliquod diverticulum a publicis curis ſeſe revocaret animus Tuus.

Certo itaque judicio ſententiarum hoc corpuſculum Tibi offerimus, cujus auribus hujuſmodi voces haud improbabiles eſſe aut injucundæ poſſunt. Scis etenim, quam non a publicis etiam commodis atque utilitatibus receſſerint illi, qui, ſibi cum vixerint, aliis tamen nondum mortui ſunt, ſed in tradendis præceptis, ad rei publicæ pariter ac privatæ diſciplinam pertinentibus, ſtudium ſuum atque ætatem omnem collocarunt. Quare etiam non temere eſt, quod tales homines tanto ſemper in pretio fuiſſe videamus apud optimos quoſque & præſtantiſſimos Viros, laudatiſſimis etiam Principibus, quæ non ultima laus eſt, gratos. Certe hoc genus ſcriptorum quan-

to ſtudio complexus ſit ipſe Cæſar Auguſtus, præclara teſtimonia ſuperſunt. In evolvendis enim, ſi audiamus Suetonium, utriuſque linguæ auctoribus, nihil æque ſectabatur quam præcepta & exempla publice vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta aut ad domeſticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus plerumque mittebat; prout quique monitione indigerent. Quid? quod ipſe ſapientiæ ille antiſtes Plato hujuſcemodi epulis quam lautiſſime ſe invitare ſolebat? Qui, ut teſtantur veteres, ne latum quidem digitum a ſe recedere paſſus eſt Sophronis Syracuſani mimos; quod opus quam egregiam Ethices doctrinam complexum fuerit, certo ſatis indicio aſſequimur ex eo, quod vir ille ſapiens mores ſuos ad

eos inſtituiſſe dicatur: adeo nimirum aſſidua eorundem lectione non delectatus modo, ſed omnino etiam afflatus, ut virtutis ac ſapientiæ inde ſuſcitarit igniculos, & in actum produxerit.

Quid, ſi noſtrorum Mimorum ipſi copia fuiſſet? qui ſemper inter & Græcos & Romanos Ethologos primi habiti ſunt: quos etiam ſi contendamus inter omnes illos excellere, qui otium ſuum ad publica negotia contuliſſe videntur, Te ipſum arbitrum ſumere non dubitemus, qui ne iis quidem concedis, qui iſtam nominis ſui famam poſteris reliquerunt, iis ſimillimus, qui iſta præclara pepererunt. Quanquam quod in præſens ſacrario Muſarum Tuo proprium dicamus donarium, verbis ornare quid attinet? aut longo ſermone morari

Tua

Tua tempora? Neque enim ii ſunt Mimographi noſtri, qui a nobis id ſibi gratiæ apponi poſtulent, ut aut teſtimonio noſtro innoteſcant, aut laudatione illuſtrentur. Nota ſatis P. SYRI & L. ANNÆI SENECÆ nomina. Eaque profecto adeo non aliena a Tuo iſto vitæ inſtituto, ut ipſi illi, ſi viverent, non alium ſibi patronum optare poſſent.

Habe, Vir AMPL. hoc a nobis noſtræ erga Te obſervantiæ monumentum; habebis autem, ſi tanti illud putabis. Nos certe ita amabimus, ſi quod te non poſſumus, ſedulitate nobiſmet ipſi ſatisfaciamus. Nec ita parum profligatum exiſtimabimus, ſi otii hujus Academici, cujus dulcedine in hoc celebratiſſimo Lyceo non abſque Tuis auſpiciis fruimur, aliqua apud Te ratio conſtet. Sin etiam Te judi-

judice præstiterimus id, quod speramus, ut Tibi placeat hic conatus noster, erit, quod nobis gratulemur de vero fructu, qui recte factorum est, fecisse. Et haud reprehendendi voti nos reos habebis, plura posthac audendi.

Lugd. Batav.
ipsis Kalendis
Apr. CIↃ IↃ CC. VIII.

L. F. C.

LECTORI

S.

Duo fuisse olim Mimorum genera verisimile est, alterum ridiculum & dicax, ad quod pertinet Marullus, cujus male dicentiæ meminit Jul. Capitolinus; alterum morale & severum, quod ab Cicerone Ethologum appellatur. Hujus generis fuit inter Græcos insignis artifex Sophron, qui καταλογάδην *scripsit, ut ex Athenæo, Hesychio Milesio, & Eunapio liquet; quem tanti fecisse Platonem testatur Quintilianus, ut etiam libros ejus capiti suppositos, cum moreretur, habuisse credatur. Inter Latinos familiam duxerunt Publius noster & Laberius, quorum hic eques Romanus, ille servili conditione fuit, ambo tempore Julii Cæsaris clari, ut testantur Gellius & Macrobius; quare ratio non est cur Publio Seneca præponatur, nisi ob dignitatem fortasse; nos immutare receptum ordinem noluimus. P. autem Syrum Mimum primus ab interitu vindicavit Desiderius Erasmus, & post eum Marcus Velserus, quibus haud leve momentum accessit vir summus, Josephus Scaliger. Ulterius progressus auctiorem longe & emendatiorem ex otiosa bibliothecarum custodia eruit & foras prodire jussit, seculi sui gemma, Janus Gruterus. Hic cum anno* MDCIV. *hunc auctorem*

ctorem publici juris faceret, L. Annæi Senecæ quoque nomen præfixit, addens: forsan etiam aliorum, *motus procul dubio, quod quasdam Laberii, & multas Senecæ sententias ei opusculo videret adjectas, quas videtur aliquis veterum in ordinem alphabetarium conjecisse & jambis donasse. Editum quoque exemplar invenimus, quod in præstantissima hujus Academiæ bibliotheca videre est, cum hoc titulo:* P. Syri Mimi aucti & correcti ex codice Manuscripto Frisingensi. Cum superiorum licentia & privilegiis. Venetiis, apud Georgium Valentinum MDCXVIII. *Huic libello in fine adscripta erant hæc:* Corrigebat superiorum assensu prævio Doct. Huppertus Faber Ubius Agrippinas. *Sed in hac editione nihil invenimus, quod non uberius & accuratius in Gruteriana esset præstitum. Editus est præterea Syrus ad finem orationum & carminum Mureti, ut & ab Henrico Stephano in Comicorum veterum sententiis, & denique ab Georgio Fabricio Chemnicense. Hi omnes operam suam collocarunt in emaculandis his veteris & Latinissimi ævi reliquiis, & brevia quædam scholia in usum studiosæ juventutis adjecerunt. At Gruterus noster non satis habuit tam simpliciter hunc morum magistrum typis describere, sed nulli parcens labori, quidquid viginti annorum lucubrationibus ex Historicis, Oratoribus, Poëtis, qua Græcis, qua Latinis, ex Patribus denique, acutum, utile, bonum colligere potuit, tanquam vestitu pre-*

tiosissimo ornare constituit. At vero tempestas belli & Martis furor Mimum nostrum & Græco isto pallio, & toga Romana spoliarunt; ademitque fatum & mors brevi subsecuta Grutero laudem tam bene de hoc scriptore, de quo tamen nemo majorem tulit, merendi. Ad manus sunt Venator & Flaiderus, qui Panegyricum in eum & Vitam ipsius posteritati mandarunt, neque lubet renovare memoriam luctuosissimi temporis, quo senex, exsul, amicis, libris, & insigni suo prædio, bibliotheca Heidelbergensi, orbatus, reliquum vitæ, quantumvis breve, in luctu & squallore egit. Quoties optavit reficere se in villa sua Publiana, cui tot semina sapientiæ & doctrinæ mandarat? quoties recurrere voluit ad Mille suos discursus in Tacitum, in hunc usque diem frustra quæsitos? Luxerunt certe eo tempore Musæ & Gratiæ virum natura acutum, usu exercitatum, varietate promptissimum; & quamvis tolerabilis videri possit mors ejus, qui senex decessit, quæ etiam apud Publium nostrum seni sera nimis *dicitur, non ista tamen Gruteri nostri, qui ob indefessam industriam omnino mori non debuisse videbatur. At illud gravius, quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit; est enim acerba semper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant; Siquidem ea semper aliquid ab isto viro inchoatum abrupisset. At ille non tantum consilium edendi animo suo complexus erat, sed jam jam prælo destinabat; testes sunt tot ejus citationes*

in

in Notis ad Livium, ubi continue nos ablegat ad Syrum suum. Sed ut Protesilao domus, ita Grutero nostro Syrus imperfectus mansit; & ignotum fortassis exsilium, æternæque tenebræ abscondissent has schedulas, nisi a bono quodam genio, studiorum fautore, ereptæ essent ex manibus militum in bellicis istis turbis domum Gruteri spoliantium. Sed quamvis hoc modo perniciem suam effugisset Publius, non tamen ex ignorantiæ ergastulo liberatum se vidit; donec tandem Amstelodami patronum nactus est, a quo post tam longam servitutem, tot dominos, in libertatem asserendus erat, virum consultissimum Matthæum Oosters, non Themidis tantum, sed & moralis philosophiæ insignem antistitem, cui non tantum Syrus noster libertatem, quam morte tot dominorum acquirere non potuit, vivo debet, sed & eruditior orbis gratias immortales aget. Ille his schedulis lætari, quæsitis exsultare, festinare ad Virum Celeberrimum Jacobum Gronovium, qui, prout est in literas humaniores animo liberali, nos potissimum elegit, qui hanc coronam Gruteriano capiti aptaremus, & lemnisco ornaremus. Nos itaque trahebat amor utilissimi scripti etiam in aliorum commodum convertendi. Laudatur Xenophon, qui cum potuisset præclarissimi Thucydidis historias, quas unus habebat, aut sibi vindicare, aut omnino supprimere, maluit publici juris facere, quam alienis scriptis sibi famam quærere. Tanto autem libentius alieno labori nostrum sudorem addere

voluimus, non de nostro aliquid in lucem edere, quanto tutius nobis videbatur ex tenui principio se promovere, quo declivis cursus ad majora sit. Ita enim persuasum habebamus, crescere facilius auctoritatem quam incipere. Difficile fuisse factu rite hæc conquirere, ordinare, fatemur, probe tamen gnari, quo difficiliora sint ea quæ exercent, eo levius illud ipsum esse, in quod exercent, quin spinam etiam gratam *pronunciaret Publius noster*, ex qua spectatur rosa. *Adde, quod parta tueri, non tantum quærere, suam habeat laudem. His itaque freti, Gruterianam illam congeriem sub signa collegimus, & in sua distinximus contubernia; præcipua vero nobis religio fuit, ne longum verborum nostrorum vel filum vel copula interveniret; ut enim gemmæ suo insito splendore satis luxuriant, ita quoque ipsa varietas & argumenti, & veterum scriptorum ad ea citatorum satis reficit assiduum lectorem, cum præcipue suspecta semper sint ornamenta ementibus. En itaque, Benevole Lector, præsto hic tibi sunt non seria tantum, sed & joci, joci elegantes, urbani, faceti, & in quibus probæ doctrinæ lumen elucet. Sunt hic in utramque partem differendi semina; habet quo regnet Orator, quo delectet & assurgat Poëta; ille contra omnem injuriam instructus, semper arma teneat, ut vult Romani eloquii parens, quibus vel tectus ipse esse possit, vel provocare improbos, vel se ulcisci lacessitum; huic crescat sub manibus poëma, nunquam deficiente materia.*

ria. Sed si nihil aliud contineret, parum videri posset; nunc, quum tot nobilissimas sententias contineat, totus liber quasi una quædam continua est Ethica; nec alius Publii nostri & commentatoris ejus scopus fuit, quam corrigere errorem mortalium. Quid autem est in homine recto judicio & bona mente melius? Quo gaudio affici necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque? excitandum ad ægrum & senescens illud Ethices studium opem suam non negabit Publius, qui velut Mercurius vialis digitum ad viam rectam intendet. Imitemur Gruterum, qui hæc non legit tantum, sed in succum & sanguinem vertit, non minus quam Ciceronem ipsum, qui, in oratione pro Cœlio disputans, cur in tantis præmiis, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci semperque fuerint, qui in isto labore versentur, hanc rationem dat, quam & huic studio quo minus accommodemus, nihil vetat. Omittendæ sunt, *inquit*, omnes voluptates; relinquenda studia delectationis, ludus, jocus, convivium, sermo est pœne familiarium deserendus. *Devoravit hoc omne tædium Gruterus, & se totum Musis consecravit; quid enim est quod ille non legit? ex quo non utilia quædam excerpsit? at, quanto cum delectu! non ut rudes secularium literarum, qui ubi eruditum aliquid legerint, verbositatem solam discant, & quum loqui nesciant, tacere non possunt. Hunc*

itaque virum gloria, quæ umbra virtutis est, etiam mortuum comitatur, solet enim sequi laus, cum viam fecit labor. Damnatas aliquamdiu noctes commentarius in Publium egerit, deploratus jam fere Venatori & Flaidero, tandem tamen ex tenebris caput erexit, & qui Martem & Vulcanum effugerat, tinearum quoque & blattarum præda esse desiit. At vero si memorabilis ille dies, qui hunc nobis thesaurum indagavit, sanctus quoque is merito est habendus, qui monile illud inæstimabilis pretii ultro nobis obtulit, P. Syri singulares Sententias a Josepho Scaligero Græcè versas, de quo viro tacere melius, quam pauca dicere. Hic dulcedine auctoris nostri ductus, post illam Erasmianam editionem, quam vertit, nactus est auctum Gruterianæ editionis exemplar, & reliquos versus, sane multos, eadem veste qua priores induit. Scaligeri habebat autographum vir eruditissimus & ex veteri Lugdunensium studiorum familiaritate nobis amicissimus Isaacus Verburgius, qui illud quoque libenter communicavit; atque ita Publius noster ornatus est munere eo gratiore, quo fuit inexspectatius. Unus vel alter occurret versiculus, quem vel volens fortassis præteriit Scaliger, utpote geminum fere præcedenti, vel quem non vertit; eos nos punctulis notavimus, ne vertendis illis, Coam Venerem perficere velle videremur. Hos autem Publii Mimos, quibus brevitas dat gratiam, ediscere solebant in scholis pueri, ut de se testatur Hieronymus,

more

more antiquo satis, ut de sententiis Poëtarum sui temporis scribit Æschines, & de se ipso Phædrus, cui adstipulantur Quintilianus & alii. Digni autem sunt hi versus, qui memoriæ inhæreant, & factis approbentur; non enim tot exempla virtutum a veteribus ad nos transmissa sunt ad inanem aurium oblectationem, sed ut essent pabulum honestæ mentis; non ut ingenium inde cultius, sed & animus rediret; non ut loqueremur tantum, sed & viveremus. Vides, amice lector, in quo, & in quod nos exercuerimus, tu primitias nostras benignus accipe, namque ut canit Pindarus Pyth. Od. VI.

—— —— ναυσιφορήτοις
δ' ἀνδράσι πρῶτα χάεις
ἐς πλόον ἐρχομένοις, πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
κἀν τελευτᾷ φερτέρου νά-
στου τυχεῖν. ——



TESTIMONIA
Veteris & recentioris ævi de
P. SYRO MIMO.

SENECA Epist. VIII.

Quantum disertissimorum versuum inter Mimos jacet? Quam multa Publii non excalceatis sed cothurnatis dicenda sunt? Unum ejus versum, qui ad Philosophiam pertinet, & ad hanc partem, quæ modo fuit in manibus; referam, quo negat fortuita in nostris habenda,

Alienum est omne quicquid optando venit.

Idem Epist. XCIV.

Numquid rationem exigis, cum tibi aliquis hos dixerit versus?

Injuriarum remedium est oblivio. &c.

Advocatum ista non quærunt: affectus ipsos tangunt, & natura vim suam exercente proficiunt.

Idem ibidem.

Quis autem negaverit feriri quibusdam præceptis efficaciter etiam imperitissimos? velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis:

Avarus animus nullo satiatur lucro.

Ab alio exspectes alteri quod feceris.

Hæc cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare, aut interrogare: Quare? Adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit.

Idem epist. CVIII.

Non vides quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt quæ publice agnoscimus, & consensu vera esse testamur?

Desunt

Desunt inopiæ multa, avaritiæ omnia.
In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

Et paulo post;

De contemptu pecuniæ multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo, non in patrimonio putent esse divitias: eum esse locupletem, qui paupertati suæ aptus est, & parvo se divitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine ejusmodi dicta sunt,

Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.
Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.

Cum hæc atque ejusmodi audimus, ad confessionem veritatis adducimur. Illi enim, quibus nihil satis est, admirantur, acclamant, odium pecuniæ indicunt.

Rursus de Tranquill. animi.

Publius Tragicis Comicisque vehementior ingeniis, quoties Mimicas ineptias, & verba ad summam caveam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario fortiora, & hoc ait,

Cuivis potest accidere quod cuiquam potest.

Hoc si quis in medullas demiserit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia est, sic aspexerit, tamquam illis liberum & ad se iter sit, multo ante se armabit quam petatur.

Et in Consol. ad Marciam, cap. IX.

Egregium versum & dignum audivi, qui non in populo periret,

Cuivis potest accidere quod cuiquam potest.

Controv. VII. c. 3.

Usus colore est, & Publianam sententiam dixit: abdicationes suas, inquit, veneno diluit. Et iterum mortem, inquit,

quit, meam effudi. Memini nos quum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo jam infecta erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quasi jam ille hanc insaniam introduxisset. Cassius Severus, summus Publii amator, ajebat, non illius hoc vitium esse, sed illorum, qui illum ex parte, qua transire deberent, imitarentur: transirent quæ apud eum melius essent dicta, quam apud quemquam Comicum Tragicumque aut Romanum aut Græcum: ut illum versum, quo ajebat unum versum inveniri non posse meliorem:

Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Desunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.

& illos versus, qui huic quoque ter abdicato possent convenire:

O vita misero longa, felici brevis.

Et plurimos deinceps versus referebat Publii disertissimos.

Petronius Arbiter.

Quid putes inter Ciceronem & Publium interesse? Ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem.

A. Gellius Noct. Att. l. XVII. c. 14.

Publius Mimos scriptitavit, dignusque habitus est, qui suppar Laberio judicaretur. C. autem Cæsarem ita Laberii maledicentia & arrogantia offendebat, ut acceptiores & probatiores sibi esse Publii, quam Laberii Mimos prædicaret. Hujus Publii sententiæ feruntur pleraque lepidæ, & ad communem sermonum usum commendatissimæ, ex quibus sunt istæ singulis versibus circumscriptæ, quas libitum hercle est adscribere:

Malum est consilium, quod mutari non potest. &c.

Ma-

TESTIMONIA.

Macrobius lib. II. Saturn. c. 2. & 7. ubi multa de ſalibus & ingenio Laberii & Publii habet, & hæc refert:

Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini eſſet adductus, promeruit eum non minus ſalibus & ingenio quam forma, &c. Ob hæc & alia manumiſſus & majore cura eruditus, cum Mimos componeret, ingentique aſſenſu in Italiæ oppidis agere cœpiſſet, productus Romæ per Cæſaris ludos, omnes qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcenam locaverant provocavit, ut ſinguli ſecum poſita invicem materia pro tempore contenderent, nec ullo recuſante, ſuperavit omnes; in quis & Laberium: unde Cæſar arridens hoc modo pronuntiavit:

Favente tibi me victus es Laberi a Syro.

ſtatimque Publio palmam & Laberio annulum aureum cum quingentis ſeſtertiis dedit. &c.

Hieronymus in Chron. Euſeb. ad Olymp. CLXXXIV. an. II.

Laberius Mimorum ſcriptor, decimo menſe poſt C. Julii Cæſaris interitum, Puteolis moritur. Publius Mimographus natione Syrus, Romæ ſcenam tenet.

Idem epiſt. ad Lætam:

Legi quondam in ſcholis puer,
Ægre reprehendas, quod ſinas conſueſcere.

Deſiderius Eraſmus Chil. IV. cent. V. n. 6.

Omnes fere Publianas ſententias video proverbiorum vice fuiſſe celebratas: nec injuria ſane. nihil enim illis fingi poteſt nec argutius nec jucundius. Cujus Mimos ipſi nuper emendatos, non gravati ſumus breviſſimis ſcholiis explicare.

Jul.

TESTIMONIA.

Jul. Cæſ. Scaliger Poetices l. 1. c. 10.

Hos Latini Mimos vocant ex Publio & Laberio, qui eo in genere excelluere.

Idem ibidem.

Tranſlata in Italiam argumenta adeo ſalibus & dicacitate aucta ſunt, ut unus Publius univerſam Graciam ea laude ſpoliarit. Laberius autem elegantia & ſermonis puritate etiam omne Latium provocarit.



L. AN-

L. ANNÆI SENECÆ
AC
P. SYRI MIMI
SENTENTIÆ.



Morte semper homines tantundem absumus.
Ab alio spectes, alteri quod feceris.
Ab amante lacrymis redimes iracundiam.
Absentem lædit, cum ebrio qui litigat.
Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Ad

NOTÆ
JANI GRUTERI.

Sententiarum harum geminum, aut potius gemmeum partum, debemus Cantabrigiæ ac Frisingæ; quarum è Bibliothecis produxere obstetricatu minimè infausto, bina illa orbis Europæi sidera, Desiderius Erasmus, Marcus Velserus: hic quidem intra biennium; ille ante annos penè centum, ut latiùs doceberis & ex Senecâ ipsius, & ex Adagiis. Quod ad primam prolem attinet; eam nuper ad invidiam usque expoliit lima divina Josephi Scaligeri. Posteriorem ferè adhuc sanguinolentam, ego his ipsis manibus, sustuli, lavi, fovi, finxi; adhibitâ aleipticâ minimè pœnitendâ, è myrotheciis Librariæ Serenissimi mei Principis, Electoris Palatini. Id ita esse, ipsæmet puellæ, eâ quâ sunt ingenuitate, profitentur. quarum vocem tamen auribus publicis arcuissem, nisi esset è re literaria Criticos bene audire: hoc utique tempore, quo multi sunt qui opus ultrò quærant, neque tam augeant irritentque morbos, quàm manu faciant.

A morte semper homines tantundem absumus] transsumptum è Senecæ Epistola xxx. ipso fine.

Ab alio spectes] ita aliquot membranæ. reliquæ *expectes*, quod eodem redit, sed exprimenda videbatur prisci ævi indoles. Sane in Orosio l. II. c. 10. circa fin: erat quoque *spectare*. mss. Pall. *expectare*.

A Æs

Ad pœnitendum properat, citò qui judicat.
Ad tristem partem strenua est suspicio.
Adulter est uxoris amator acrior.
Aes debitorem, leve; graue, inimicum facit.
Aetas cinædum celat, ætas indicat.
Alienum nobis, nostrum plus aliis placet.
Alienum æs, homini ingenuo acerba servitus.
Alienum est omne, quicquid optando evenit.
Alterius damnum, gaudium haud facias tuum.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Amans quid cupiat, scit: quid sapiat, non videt.
Amans quod suspicatur, vigilans somnit.
Amans, ita ut fax, agitando ardescit magis.
Amare & sapere, vix Deo conceditur.
Amare juveni fructus est, crimen seni.
Amantis jusjurandum pœnam non habet.
Amantium ira, amoris integratio est.
Ames parentem, si æquus est; si aliter, feras.
Amicis eò magis dees, quò nihil habes.
Amicitia pares aut accipit, aut facit.
Amicitia semper prodest, amor & nocet.
Amicitiæ coagulum unicum est fides.
Amici vitia nisi feras, facis tua.

Amici

Æs debitorem leve; grave, inimicum facit] ita malui, quam quod erat in aliis: *Æs debitorem leve gravem inimicum facit.* assentente priorem lectionem ipsomet Seneca Epistola XIX. item LXXXI. sub finem.

Ætas cinædum] vitam huic versui affudit Illustris Scaliger; & hac ferè facie conspicitur in codice Gallico, qui aliquando fuit Hier. Commelini, nisi quod turbet vox prima.

Amans, ita ut fax, agitando ardescit magis] sic Palatinæ membranæ, longè melius quàm Frisingenses.

Amici vitia, nisi feras, facis tua] contrariæ sententiæ versum isti subjeci, nempe: *Amici vitia si feras, facis tua:* quod viderem homines ingeniosos id sæpius fecisse in his Gnomis; & tam ancipiti vultu, hæc atque illa se commendare, ut jure hæreas à quibus potissimum standum sit. Certe in utramque partem disputari posse, nemo negabit, qui à limine Philosophiæ umbram salutaverit.

Amici

Amici vitia si feras, facis tua.
Amici vitia noveris, non oderis.
Amicum, an nomen habeas, aperit calamitas.
Amicum lædere, ne joco quidem licet.
Amicum perdere, est damnorum maximum.
Amor extorqueri non pote, elabi pote.
Amori finem tempus, non animus facit.
Amoris vulnus, idem, qui sanat, facit.
Amor misceri cum timore non potest.
Amor otiosæ causa solicitudinis.
Amor, ut lacryma, oculis oritur, in pectus cadit.
Angusta capitur tutior mensa cibus.
Animi arbitrio, amor sumitur, non ponitur.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Animo imperabit sapiens, stultus serviet.
Animo virum pudicæ, non oculo eligunt.
Animus æger, turbæ præbet spectaculum.
Animus, vereri qui scit, scit tuta ingredi.
Animus hominis quicquid sibi imperat, obtinet.
Annosus, non diu vixit; diu fuit.
Anus, cum ludit, morti delitias facit.
Apertè mala cùm est mulier, tum demum est bona.
Arcum intensio frangit, animum remissio.
Ars non ea est, quæ ad effectum casu venit.
Aspicere oportet quidquid nolis perdere.

Avaro

Angusta capitur tutior mensa cibus] hinc auferendum erat: utpote quod compareat Senecæ Thyeste vers. 451; sed cum hactenus locum suum obtinuerit; malim ab alio potius in exilium ejici, quàm à me; cui votum, ut Annæi nostri & dogmata non hoc tantum aspicerentur loco sed omnibus: ne pectorum quidem penetralibus exceptis.

Animus vereri qui scit, scit tuta ingredi] legitur etiam in scriptis libris: *scit tuto aggredi*, item *tuta aggredi*.

Aspicere oportet, quidquid nolis perdere] sumptum è Senecæ libris, sed excidit locus. adumbratur tamen iterum libro III. de Beneficiis cap. 2. respicitque ad alterum illud quod habemus infra: *Dimissum quod nescitur, non amittitur*.

Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu?
Avarum facilè capias, ubi non sis idem.
Avarum irritat, non satiat pecunia.
Avarus damno potius, quàm sapiens dolet.
Avarus ipse miseriæ causa est suæ.
Avarus, nisi cùm moritur, nil rectè facit.
Audendo virtus crescit, tardando timor.
Auferri & illud, quod dari potuit, potest.
Avidum esse oportet neminem, menimè senem.
Aut amat, aut odit mulier: nihil est tertium.
Auxilia humilia, firma consensus facit.

Bene vulgo audire, est alterum patrimonium.
Benè cogitata si excidunt, non occidunt.
Benè dormit, qui non sentit, quam malè dormiat.
Beneficia donari, aut mali, aut stulti putant.
Beneficia plura recipit, qui scit reddere.
Beneficii nunquam, cito dati obliviscere.
Beneficium accipere, libertatem vendere est.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Beneficium dignis ubi des, omnes obliges.
Beneficium qui dare nescit, injustè petit.
Beneficium qui dedisse se dicit, petit.
Beneficium sæpe dare, docere est reddere.
Benè perdis gaudium, ubi dolor pariter perit.
Benè perdit nummos, judici cùm dat nocens.
Benè vixit is, qui potuit cùm voluit, mori.
Benevolus animus, maxima est cognatio.
Benignus etiam dandi causam cogitat.
Bis emori est, alterius arbitrio emori.

Bis

Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu] in vett. libris aliquot, *Avaro quid mali optes? ut vivat diu.* versu vividiore: addo & puriore.

Avidum esse oportet neminem, minime senem] sic restitui, sed è vestigiis exemplaris Palatini, in quo, *oportet ne minime senem.* Frisingensis, qui nobis communicabat: *neminem nisi senem*; monstra loquebatur.

Bona

Bis est gratum, quod opus est, ultrò si offeras.
Bis interimitur, qui suis armis perit.
Bis peccas cùm peccanti obsequium accommodas.
Bis vincit qui se vincit in victoria.
Blanditia, non imperio fit dulcis Venus.
Bona comparat præsidia misericordia.
Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.
Bona, imperante animo, fiet pecunia.
Bona homini mors est, vitæ quæ extinguit mala.
Bona homini mors est, animi quæ extinguit mala.
Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.
Bona opinio hominum tutior pecunia est.
Bona quæ veniunt, nisi sustineantur, opprimunt.
Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Bona turpitudo est, quæ periculum vindicat.
Boni est viri, etiam in morte nullum fallere.
Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.
Bonitatis verba imitari, malitia maior est.
Bono iustitiæ proxima est severitas.
Bonorum crimen est officiosus miser.
Bonum ad virum citò moritur iracundia.
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
Bonum est etiam bona verba inimicis reddere.
Bonum quidem supprimitur, nequam extinguitur.
Bonus animus læsus, gravius multò irascitur.
Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.
Brevis mens ipsa est memoria iracundiæ.

Brevis

Bona homini mors est, animi quæ extinguit mala] socium habet & iste versus paris ferè similitudinis. sed & hunc & hunc agnoscunt mss. longeque profectò aliud *vitæ*, aliud *animi mala*; me quidem interprete.

Bonum quidem supprimitur, nequam extinguitur] ita felicissimè divinavit vir maximus. mss. tamen alio sensu, *Bonum quod est, si premitur, nequaquam extinguitur.* Et ita locuta fuerit vetus ætas, dummodò præ gemmâ illâ vulgari, recipiamus hunc longè majoris pretii Carbunculum.

Brevis mens ipsa est memoria iracundiæ] nostri mss. *Breve amans ipsa memoratio iracundiæ.* Vel, *Breve memorata iracundia.* Vel, *Brevis amans ipsa* &c. ego, nec hæc nec illa capio satis.

Brevis ipsa vita est, sed malis fit longior.

Cæci sunt oculi, cum animus alias res agit.
Caret periculo, qui etiam, cum est tutus, cavet.
Casta ad virum matrona parendo imperat.
Casus quem sæpe transit, aliquando invenit.
Cave amicum credas, nisi quem probaveris.
Cavendi nulla est dimittenda occasio.
Cave ne quicquam incipias, quod post pœniteat.
Cicatrix conscientiæ, pro vulnere est.
Citius venit periculum, cùm contemnitur.
Citò ignominia fit superbi gloria.
Citò improborum læta ad perniciem cadunt.
Civilis belli oblivio, defensio est.
Cogas amantem irasci, amare si velis.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Coniunctio animi maxima est cognatio.
Conscientiæ potius quàm famæ attenderis.
Considera, quid dicas, non quid cogites.
Consilium inveniunt multi, sed docti explicant.
Consilio melius vincas, quam iracundia.
Consueta vitia ferimus, non reprehendimus.
Contemni gravius sapientiæ est, quam percuti.
Contemni levius stultitiæ est, quàm percuti.
Contra felicem, vix Deus vires habet.

Contra

Cave ne quicquam incipias, quod post pœniteat] minus rectè, sive ad versum, sive ad sententiam. Frisingensis: *Cave ne quidquid incipias* &c.

Consilium inveniunt multi sed docti explicant] aut nullo sensu, aut stultè antea Frisingensis: *Consiliis juvenum multi se docti explicant.* Imò respicit ad alterum versum, qui infra: *Homini consilium tunc deest cum multa invenit.*

Contemni levius stultitiæ est quam percuti] & heic versum contrarium subjeci, cùm uterque inveniretur in libris. Et procul-dubio sic formarunt ingenia doctorum, qui videbant lepide isthæc opponi, & verè. Ne quid tamen dissimulem, videtur initio fuisse in chirographis libris: *Contemni sapienti gravius est quam stulto percuti*; vel tale quid simile.

Cum

Contra impudentem, stulta est nimia ingenuitas.
Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.
Crudelem medicum intemperans æger facit.
Crudelis est, non fortis, qui infantem necat.
Crudelis est in re adversa obiurgatio.
Crudelis, lacrymis pascitur, non frangitur.
Cui nolis sæpe irasci, irascaris semel.
Cui omnes benè dicunt, possidet populi bona.
Cui plus licet, quam par est, plus vult quàm licet.
Cui semper dederis, ubi negas, rapere imperas.
Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.
Cuivis dolori remedium est patientia.
Cum ames, non sapias; aut cum sapias, non ames.
Cùm das avaro præmium, ut noceat rogas.
Cum inimico nemo in gratiam tutò redit.
Cum vitia prosunt, peccat qui rectè facit.

Damnare est objurgare, cum auxilio est opus.
Damnati lingua vocem habet, vim non habet.
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.
Damnum, nisi ex abundantia, raro venit.
Dari bonum, quod potuit, auferri potest.
Didicere flere feminæ in mendacium.
De inimico ne loquaris malè, sed cogites.
Deliberando discitur sapientia.
Deliberando sæpe perit occasio.

Deli-

Cum das avaro præmium, ut noceat, rogas] haud aliter Palatinus codex. nam Frisingensis, *noceas*.

Damnati lingua vocem habet, vim non habet] nullus suberat sensus scripturæ mss. Frisingens. *Damnat lingua* &c. nam quod obtruserant nobis alii, *Damnat quæ lingua* &c. nihili est. imo lingua damnati vocem quidem habet, non vim. unde apertè Quintilianus Declam. CCCLXXII: *Sera post damnationem innocentiæ defensio est*. Etiam Senecæ Medea, *Vox constituto sera decreto venit*. Cur? dicet nobis apud Curtium lib. VI. Philotas: *Vincti hominis non supervacua tantum, sed etiam invisa defensio est, quæ judicem non docere videatur, sed arguere*. Ergo judiciosè Plinius lib. I. Ep. V. *At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum est*.

Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.
Deliberare utilia, mora tutiſſima eſt.
Demens eſt, quiſquis præſtat errori fidem.
Deos ridere credo, cùm felix vocat.
Deſpicere oportet, quod poſſis deperdere.
Dies quod donat, timeas; citò raptum venit.
Dives quod donat, timeas; citò raptum venit.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dimiſſum quod neſcitur, non amittitur.
Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Diſcor-

Deos ridere credo, cum felix vocat] ita & locum iſtum conſtitui. nam nihil erat ſani in codd. Friſing. *Deos reddere credo, cum felix vocet.* Emendationi iſti fundus fuit liber Palatinus, in quo: *Deos ridere credo cùm felix fovet.* Puto autem velle Poetam, felices non tam videri precari Deos, cùm ipſos invocant, quam deridere: utpote, quibus omnia jam adſint quæ vota impetrent. unde ſupra habuimus:

Contra felicem vix Deus vires habet.

Habebimuſque infrà ab eodem auctore:

Perfacile felix, quod vota impetrant, facit.

Sic enim & ibi legendum duxi, quamvis eſſet in exempp. *imperant.* Iſthæc autem interpretanda ex Vellejanis, loquentibus de Pompeio Magno lib. poſteriore: *Pene omnium votorum expers, niſi numeraretur inter maxima; indignari, cum omnes cives jure haberet pares, quenquam æqualem dignitate conſpicere.* Hinc & de ſe Cæſar Julius apud Lucanum libro v. Pharſal.

—— quem Numina nunquam,
Deſtituunt: de quo male tunc
Fortuna meretur,
Cum poſt vota venit.

Seneca in Herc. Oetæo ℣. 1297.

—— Semper hæc nobis manus
Votum ſpopondit. ———

Et mox:

——— hic aliquid dies
Optare juſſit. ———

poſſem plura: ſed hæc ſive rudi ſive docto ſuffecerint.

Dives quod donat, timeas: citò raptum venit] ita Britannicum exemplar, ita codd. omnes Palat. aliis ſolum placuit: *Dies quod donat;* non malè quidem; ſed nec male nos qui & hoc & illud admiſimus: cùm videatur, & huic noſtro pluſculum elegantiæ. Cujus confirmandæ cauſa hem tibi iſthæc. Plinius Panegyr. ad Trajanum: *Nonne ut regum, ita Cæſarum munera, illitos cibis hamos, opertos præda laqueos æmulabantur? cum privatis facultatibus velut hauſta & implicata, retro ſecum quicquid attigerant, referrent.* Et verò *quid fures facient auſi cum talia domini?*

Dolor

Discordia fit carior concordia.
Discute quod audias omne, quod credas proba.
Diu apparandum est bellum, ut vincas celeriùs.
Dolor animi gravior est quàm corporis dolor.
Dolor decrescit, ubi, quo crescat, non habet.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Dulce etiam fugias, quod fieri amarum potest.
Dum vita grata est, mortis conditio optima est.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.
Eget minùs mortalis, quò minus cupit.
Eheu quàm miserum est, fieri metuendo senem.
Eodem animo beneficium debetur, quo datur.
Eripere telum, non dare irato, decet.
Est cupiditati & ipsa tarda celeritas.
Est socia mortis homini vita ingloria.
Est turba semper argumentum pessimi.
Et calamitas virtutis est occasio.
Et deest & superat miseris cogitatio.
Etiam bonum sæpius obest adsuescere.
Etiam capillus unus habet umbram suam.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem.
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Etiam in peccato rectè præstatur fides.

Etiam

Dolor animi gravior est, quam corporis dolor] fateor in Pall. & Frisingensib. membranis extitisse nonnunquam versus non magnæ rei, qualis est & iste. sed omnes duxi repræsentandos, tanquam si Quæstor potius essem quàm Censor, aut Ædilis fastidiosus. Alioquin exturbassem & hunc:

Avarus damno potius quam sapiens dolet.

Aliosque plures monetæ minus probatæ: nisi nesciremus quid in Mimis præcesserit, à quo vires sumpsisse poterant.

Etiam bonum sæpius obest adsuescere] an fuit? *bono*. Palatinus nil juvat, in quo: *Etiam bonum sæpe est ædsuoscere.*

Etiam oblivisci quid sis interdum expedit] adjunctum vides & alterum versum, qui nihil variet ab isto, quam voculis duabus, *quod scis*. & hoc & illud erat in mss. nostris, estque utrique sua veritas, sua venustas.

Etiam oblivisci, quid sis, interdum expedit.
Etiam oblivisci quod scis, interdum expedit.
Etiam qui faciunt, oderunt injuriam.
Etiam sanato vulnere cicatrix manet.
Etiam tyrannus vix precariò imperat.
Et miseriarum portus est patientia.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Ex hominum quæstu facta Fortuna est dea.
Exilium patitur, patriæ qui se denegat.
Ex lite multa gratia fit formosior.
Ex præmii spe laboris fit solatium.
Extrema semper de antefactis judicant.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Facilitas animi ad partem stultitiæ rapit.
Facilius crescit, quàm inchoatur dignitas.
Facit gratum Fortuna, quem nemo videt.
Factum tacendo, crimen facias acrius.
Falsum maledictum, malevolum mendacium est.
Famam curant multi, pauci conscientiam.
Fatetur facinus is qui judicium fugit.
Felicitas nutrix est iracundiæ.
Felicitas infelici innocentia est.
Felix improbitas optimorum est calamitas.
Fer difficilia, facilia levius perferes.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Feras quod lædit, ut & id quod prodest feras.
Ficta citò ad naturam reciderint suam.
Fidem nemo unquam perdit, nisi qui non habet.
Fidem qui perdit, perdere ultrà nil potest.

Fidem

Ex lite multa gratia fit formosior] nescio an verum dicat: placeret magis, *Ex lite amantum gratia* &c. sed ita non est in libris; adstringendusque forsan ad hos sensus versus.

Fer difficilia; facilia levius perferes] ita supplent vett. nostri. vulgati nupere: *Fer difficilia, ut & facilia perferas.*

Fidem qui perdit, quo se servat relliquo?
Fides, ut anima, unde abiit, eò nunquam redit.
Formosa facies, muta commendatio est.
Fortuna cùm blanditur, captatum venit.
Fortuna plus homini quàm consilium valet.
Fortuna jus in hominis mores non habet.
Fortuna magna, magna domino est servitus.
Fortuna nulli plus quàm consilium valet.
Fortunam citius reperias, quàm retineas.
Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.
Fortuna nos vincit, nisi tota vincitur.
Fortuna obesse nulli contenta est semel.
Fortuna quò se, eodem & inclinat favor.
Fortuna vitrea est, tum, cùm splendet, frangitur.
Fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est.
Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.
Fraus est accipere quod non possis reddere.
Frequens vindicta, paucorum odium reprimit.
Frugalitas inserta est rumoris boni.
Frustrà rogatur, qui misereri non potest.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Futura pugnant, ne se superari sinant.

G*eminat peccatum, quem delicti non pudet.*
Gemitus, dolores indicat non vindicat.

Grave

Fidem qui perdit, quo se servat reliquo?] sic optimus mss. vulgg. *servat in reliquum.* quod mihi concinnum minus.

Fortuna plus homini, quam consilium valet] hactenus tantum habuimus: *Fortuna nulli plus quam consilium valet.* sed & alterum illud verum esse, omnia clamant, exstabatque disertè in msst. tum Pall. tum Frising.

Fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est] hæc est scriptura codd. meliorum. hactenus circumlatum est, *quassum.*

Frugalitas inserta est rumoris boni] plus quam stipes est, qui non acquiescit huic emendationi Scaligeranæ, quam non ratio solum confirmat, sed & cod. unus Pal. in quo, littera tantum una errante, *incerta.*

Gemitus dolores indicat non vindicat] hanc gnomen reperias in solis Palatinis; ut & viginti alias, quarum nec vola, nec vestigium

in

Grave crimen, etiam cùm leviter dictum est, nocet.
Grave judicium est, quod præjudicium non habet.
Grave præjudicium est, quod judicium non habet.
Gravis animi pœna est, quem post facti pœnitet.
Gravis animus dubiam non habet sententiam.
Gravior est inimicus qui latet in pectore.
Graviora quædam sunt remedia periculis.
Gravissima est probi hominis iracundia.
Gravissimum est imperium consuetudinis.
Gravius malum omne est quod sub aspectu latet.
Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.
Habet suum venenum blanda oratio.
Heredem ferre honestius est, quàm quærere.
Heredis fletus sub personâ risus est.
Heu quàm conscientia, animi gravis est servitus!
Heu quàm miser est, qui in tormento vocem haud habet!
Heu quàm difficilis gloriæ custodia est!
Heu quàm est timendus, qui mori tutum putat!
Hominem etiam frugi flectit sæpe occasio.
Hominem experiri multa, paupertas jubet.

Homi-

in vetere Frisingensi: ut facile deprehendet qui conferet. Nam mihi jam otium non est, singula adnumerare: multò minus proferre centum amplius versus, qui per me tales. Quippe antea, omnia alia erant quam Jambi. Scilicet quod sibi Erasmus in schedis Cantabrigg. idem ego & heic animo meo permisi. Quid ni enim aliquando modeste utamur ingenio, velificantibus nobis præsertim librorum veterum ventis?

Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet] ita reformavi fide Pal. Cod.

Heredem ferre honestius est, quam quærere] sic unus tantum è mss. Pall. alii enim subscribebant vulgato, *utilius*, quod minimè accedit ad Venerem alterius. quam si omnes non assequentur, haud mirabor; cum cuilibet datum non fuerit nudas videre Gratias.

Heu quàm miser est, qui in tormento vocem haud habet] habemus & hunc versum verbo auctiorem in Trochaicis infra. Sed cum etiam sine eo, conspiceretur in mss. nonnullis, locum & heîc dedi; gnarus, *supervacua non nocere*.

Homo

Homini consilium tunc deest, cùm multa invenit.
Homo extra corpus est suum, cùm irascitur.
Homo ne sit sine dolore, fortunam invenit.
Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.
Homo toties moritur, quoties amittit suos.
Homo vita commodatus, non donatus est.
Honesta lex est temporis, necessitas.
Honeste parcas improbo, ut parcas probo.
Honestè servit, qui succumbit tempori.
Honestus rumor alterum est patrimonium.
Honos honestum decorat, inhonestum notat.
Humanitatis optima est certatio.

Jacet omnis virtus, fama nisi latè patet.
Ibi semper est victoria, ubi concordia est.
Ibi pote valere populus, ubi leges valent.
Id agas, tuo te merito ne quis oderit.
Ignis suum calorem etiam in ferro tenet.
Ignis probat aurum, miseria fortem probant.
Ignoscere hominum est, ubi pudet cui ignoscitur.
Ignoscere hominum est, nisi pudet, cui ignoscitur.
Ignoscito sæpe alteri, nunquam tibi.
Illo nocens se damnat, quo peccat die.
Imperium habere vis magnum? impera tibi.

Impru-

Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat] Sic maximus Scaliger & perplacet. Si cui tamen magis sapiet lectio vetusta, eam reperiet inter Trochaica.

Honestè parcas improbo, ut parcas probo] sanitas hujus sententiæ debetur conjecturæ meæ. nam imperitè nimis Frising. lib. *Honestè parcas improbo, ut careas probo.* Palatinus verò unicus, fine sensu commodo: *Honeste parcas improbo, & parcas probo.* Nimirum habuit in mente alterum versum:

Malo etiam parcas, si una est periturus bonus.

Jacet omnis virtus, fama nisi latè patet] sic apertè noster Pal. nam minus benè correctum ab aliis; *lata pateat.*

Ignoscere hominum est; nisi pudet cui ignoscitur] admisi & hunc versum, quod esset in aliquot manu exaratis codd. hac interpretatione; si eum cui ignoscitur pudet veniæ. & verò ibi locus est Horatiano illi:

Invitum qui servat idem facit occidenti.

Imprudens peccat, quem post facti pœnitet.
Impunè in eum pecces, qui peccat rarior.
In amore, semper mendax iracundia est.
In amore, forma plus valet quàm auctoritas.
In amore, semper causa damni quæritur.
In calamitoso risus, etiam injuria est.
Incertus animus remedium est sapientiæ.
Inertia judicatur, cum fugitur labor.
Inertia est laboris excusatio.
Infelici, innocentia est felicitas.
Inferior rescit, quicquid peccat superior.
Infirmi animi est, non posse divitias pati.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Ingenuitatem lædis, cùm indignum rogas.
Ingenuus animus non fert vocis verbera.
Ingrata sunt beneficia queìs comes metus.
Ingratus unus omnibus miseris nocet.
Inimici ad animum nullæ conveniunt preces.
Inimico extincto, exitium lachrymæ non habent.
Inimicum, quamvis humilem, docti metuere est.
Inimicum ulcisci, vitam accipere est alteram.
In judicando criminosa est celeritas.
Injuriam aures quàm oculi facilius ferunt.
Injuriam facilius facias, quàm feras.
Injuriam ipse facias, ubi non vindices.
Injuriarum remedium est oblivio.
In miseri vitia nulla contumelia est.

In

Inimico extincto exitium lacrymæ non habent] mirum nisi huc respexit Apulejus in fabulâ Tlepolemi. Imò cùm vox *exitium* nulli sit familiarior quàm Madaurensi illi, suspicer versum istum natum ex Apulejanâ sententiâ.

In miseri vitia nulla contumelia est] libri partim, *In miseri vita contumelia est*; partim, *In misera vita etiam contumelia est*; quod utrumque sensum suum habet, neque ineptum: haud tamen ut vel adspiret ad argutiam scripturæ publicatæ. Amico tamen meo veniebat aliquandò in mentem, fuisse, *In miseri vita, vita contumelia est.*

In misero facilè fit potens injuria.
In nullum avarus bonus est; in se pessimus.
Inopiæ desunt pauca, avaritiæ omnia.
Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
In rebus dubiis plurima est audacia.
Insanus omnis furere credit cæteros.
Inopia instructa est, in divitiis cupiditas.
Intellige ecquæ sint, ut & benè agas, bona.
In turpi re peccare, bis delinquere est.
In Venere semper certat dolor & gaudium.
In Venere semper dulcis est dementia.
Invidia loquitur id, quod obest, non quod subest.
Invidiam ferre aut fortis aut felix potest.
Invidia tacitè, sed inimicè irascitur.
Invitat culpam, qui delictum præterit.
Invitum cum retineas, exire incitas.
Iratum breviter vites, inimicum diu.
Iratus cùm ad se redit, sibi tum irascitur.
Iratus, etiam facinus consilium putat.
Iratus nil non criminis loquitur loco.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Ita amicum habeas, posse inimicum fieri ut putes.
Iter est, quacunque dat prior vestigium.
Jucunda macula est ex inimici sanguine.
Jucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.
Judex damnatur, cùm nocens absolvitur.
Jus omne supra omnem positum est injuriam.

L*Aeso doloris remedium, inimici dolor.*
Lapsus semel, fit culpa, si iterum cecideris.
Lascivia & laus nunquam habent concordiam.
Latè lucere ignis, ut nihil urat, potest.

In turpi re peccare, bis delinquere est] Palatinæ schedæ Venereum quid produnt, scribendo: *In turpem peccare, bis delinquere est.*

Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.
Legem nocens veretur, Fortunam innocens.
Legem solet oblivis cier iracundia.
Levis est Fortuna; citò reposcit, quod dedit.
Lex videt iratum, iratus legem non videt.
Lex universi est, quæ jubet nasci & mori.
Libido cunctos etiam sub vultu domat.
Libido, non judicium est, quod levitas sapit.
Licentiam des linguæ, cùm verum petas.
Locis remotis qui latet, lex est sibi.
Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.
Longinquum est omne quod cupiditas flagitat.
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Luxuriæ desunt multa, avaritiæ omnia.

Mage fidus heres nascitur, quàm scribitur.
Mage valet qui nescit, calamitas quid valet.
Magnam fortunam magnus etiam animus decet.
Magnanimo injuriæ remedium oblivio est.
Magnum crimen secum adfert indignatio.
Mala causa est quæ requirit misericordiam.
Malæ naturæ nunquam doctore indigent.
Mala est medicina, ubi aliquid naturæ perit.
Mala est voluptas ad alienum consuescere.
Mala mors necessitatis contumelia est.

Ma-

Libido cunctos etiam sub vultu domat] non video quomodo heic subsistat illud aliorum, *sub vultu damnat*. ei si nihil aliud, at vocaliter adversatur ratio carminis: cujus mens, eam esse vim libidinis, ut homines superet ipso aspectu; nedum ut necesse habeat expedire aut artes aut arma aut manus. metaphora sumpta à re militari. Consulatur Prudentius, Duello Luxuriæ ac Castitatis. Ita aliquando sensi de isto loco. Nunc displicet. Video enim illud, *sub adspectu* aliter sumi ℣. 250. item: *sub vultu* ℣. 514. Esset ergo summa; libidinem etiam eis dominari, qui alia omnia vultu præ se ferunt, hoc est: *qui curios simulant*. *Vultus* ergo & *aspectus* usurpat pro persona ac larva. ut ℣. 255.

Libido, non judicium est, quod levitas sapit] sic ferè libri. Alio sensu, vivido tamen. alii; *Libido indicium est ejus quod levitas sapit.*

Malam rem cùm velis, honestatem improbes.
Maledictum, interpretando facias acrius.
Malè facere qui vult, nunquam non causam invenit.
Malefacere qui vult nusquam non causam invenit.
Malè geritur, quicquid geritur Fortunæ fide.
Malè imperando summum imperium amittitur.
Malè secum agit æger, medicum qui heredem facit.
Malè vincit is quem pœnitet victoriæ.
Malè vivet, quisquis nesciet mori benè.
Malè vivunt, qui se semper victuros putant.
Malevolus animus abditos dentes habet.
Malevolus semper suâ naturâ vescitur.
Malignos fieri maximè ingrati docent.
Malitia unius citò fit maledictum omnium.
Malitia, ut pejor veniat, se simulat bonam.
Malò in consilio fœminæ vincunt viros.
Malo etiam parcas, si unà est periturus bonus.
Malum alienum ne feceris tuum gaudium.
Malum consilium consultori pessimum est.
Malum est consilium, quod mutari non potest.
Malus auimus in secreto pejus cogitat.
Malus bonum ad se nunquam consilium refert.
Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.
Malus est vocandus, qui suâ causâ est bonus.
Malus etsi obesse non pote, tamen cogitat.
Malus quicunque in pœna est, præsidium est bonis.
Manifesta causa, secum habet sententiam.
Mansueta tutiora sunt; sed serviunt.
Medicina calamitatis est æquanimitas.
Medicina sola miseriarum, oblivio.
Meretrix est instrumentum contumeliæ.
Metuendum semper est ei, quod tutum velis.

Metum

Malè facere qui vult, nunquam non causam invenit] & heic attexui alterum versum littera tantum differentem à priori; utrâque scriptura comparente in msſ. & utrâque verâ.

Metum respicere non solet, quicquid juvat.
Metus improbos compescit, non clementia.
Metus cùm venit, rarum habet somnus locum.
Minimum eripit Fortuna cùm minimum dedit.
Minus decipitur, cui negatur celeriter.
Minus est quàm servus, dominus, qui servos timet.
Minus sæpe pecces, si scias, quid nescias.
Misera est voluptas, ubi pericli memoria est.
Miser dici bonus vir, esse non potest.
Miseri est nescire, sine periculo vivere.
Miseriam nescire, sine periclo est vivere.
Misericors civis, patriæ est consolatio.
Miserrima est fortuna, quæ inimicos latet.
Miserrima est fortuna quæ inimico caret.
Miserrimum est arbitrio alterius vivere.
Miserum est, tacere cogi, quod cupias loqui.
Miserum te judico, quod nunquam fueris miser.
Mora cogitationis diligentia est.
Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.
Mori est felicis antequam mortem invocet.
Mori necesse est, sed non quoties volueris.
Mortem timere, crudelius est quam mori.
Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.
Muliebris lachryma, condimentum malitiæ est.

Mulier

Miseri est nescire sine periculo vivere] ita diserte Commelini ms. Gallicus. Neque dubitavi admittere in contextum; relicto tamen & eo, qui ex isto, ut suspicor, depravatus erat: *Miseriam nescire, sine periculo est vivere.* in hoc quippe nihil mihi acuti compareт. At prior, respicit inquietum illud hominum genus, quod fortunæ suæ secundæ semper instat, negotia quærit è negotiis, bella è bellis. tales enim, etsi felices, miseros vocat auctor; quia semper circa pericula. hujus animi hominem unum pro multis graphicè nobis depinxit Cornelium Fuscum lib. II. Historiarum Tacitus: *Non tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis lætus: pro certis & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malebat* &c.

Miser dici] est Senecæ de provid. cap. 3.

Miserrima est fortuna, quæ inimicos latet] & istum produxi, & reliqui tamen alterum, *Miserrima est fortuna, quæ inimico caret*; quod uterque elegans esset; nosterque adeo nervosior isto.

Mulier cùm sola cogitat, malè cogitat.
Mulier quæ multis nubit, multis non placet.
Multa ignoscendo fit potens potentior.
Multis minatur, qui uni facit, injuriam.
Multis placere quæ cupit, culpam capit.
Multorum calamitate vir moritur bonus.
Multa ante tempus, quàm virum invenias bonum.
Multos timere debet, quem multi timent.
Muneribus, non lachrymis meretrix est misericors.
Mutat se bonitas, irritata injuriâ.

Naturam abscondit cum rectè improbus facit.
Necesse est multos timeat, quem multi timent.
Necessitas ab homine, quæ vult, impetrat.
Necessitas dat legem, non ipsa accipit.
Necessitas egentem, mendacem facit.
Necessitas quàm pertinax regnum tenet!
Necessitas quod celat, frustrà quæritur.
Necessitas quod poscit, nisi das, eripit.
Necessitatem ferre, non flere addecet.
Necessitati quodlibet telum utile est.
Necessitati sapiens nihil unquam negat.
Necessitatis est remedium parcitas.
Nec mortem effugere quisquam, nec amorem potest.
Nec vita nec fortuna hominibus perpes est.
Negandi causa avaro nunquam deficit.
Negata est magnis sceleribus semper fides.
Negat sibi ipse, qui, quod difficile est petit.
Nemo qui cœpit ex se, risum præbuit.
Nemo immaturè moritur, qui moritur miser.
Nemo ita pauper vivit, quàm pauper natus est.
Nemo timendo ad summum pervenit locum.
Nequitia, pœna maxima ipsamet sui est.
Nescio quid cogitat, cum bonum imitatur malus.
Nil agere semper infelici est optimum.
Nil aliud scit necessitas, quàm vincere.

Nil eripit Fortuna, nisi quod & dedit.
Nil est miserius, quàm ubi pudet, quod feceris.
Nil magis amat cupiditas, quàm quod non licet.
Nil non acerbum prius quàm maturum fuit.
Nil non aut lenit, aut domat diuturnitas.
Nil peccent oculi, si oculis animus imperet.
Nil posse quenquam, mortuum hoc est vivere.
Nil proprium ducas, quod mutari potest.
Nil turpe ducas pro salutis remedio.
Nil turpius, quam vivere incipiens senex.
Nimium altercando veritas amittitur.
Nimium est in morte boni, si nil inest mali.
Nisi per te sapias, frustrà sapientem audias.
Nisi qui scit facere, insidias nescit metuere.
Nisi vindices delicta, improbitatem adjuves.
Nocens precatur, innocens irascitur.
Nocentem qui defendit, sibi crimen parit.
Nocere casus non solet constantiæ.
Nocere posse & nolle, laus amplissima est.
Noli contemnere ea, quæ summos sublevant.
Non citò ruinâ perit is qui rimam timet.
Non corrigit, sed lædit, qui invitum regit.
Non est bonitas, esse meliorem pessimo.
Non est pusillum, si quid maximo est minus.
Non est cicatrix turpis, quàm virtus parit.
Non est tuum, Fortuna quod fecit tuum.
Non facilè de innocente crimen fingitur.
Non facilè solus serves, quod multis placet.

Non

Nil non acerbum, prius quam maturum fuit] ita omnino legendum, non *fiet*, quod ne rustici quidem, qui circa Autumnitatem tamen assidui, intellexerint.

Nil turpe ducas pro salutis remedio] inconsideratè & heîc alii nobis infarcierant, *Nil tempore ducas*; cui sententiæ nullus sensus tolerabilis. Nostræ tam clarus est, quàm si Sol eum radiis suis insigniisset meridie.

Nimium est in morte boni, si nil inest mali] sic & hunc versum resarciendum duximus.

Non est bonitas] Est Senecæ Ep. 79. §. 3.

Non novit virtus calamitati cedere.
Non pote non sapere, qui se stultum intelligit.
Non quam multis placeas, sed qualibus, stude.
Non semper aurem facilem habet felicitas.
Non vincitur, sed vincit qui cedit suis.
Nulla hominum major pœna est, quàm infelicitas.
Nulli facilius, quàm malo invenies parem.
Nulli impones, quod ipse ferre non queas.
Nullo in loco malè audit misericordia.
Nullum sine teste putaveris suo locum.
Nullum sine auctoramento est magnum malum.
Nullus sapientum proditori credidit.
Nunquam facilius culpa, quàm in turbâ latet.
Nunquam non miser est, qui quod timeat, cogitat.
Nunquam periclum sine periclo vincitur.
Nunquam satis est, quod improbæ spei datur.
Nunquam secura est prava conscientia.
Nunquam ubi diu fuit ignis, deficit vapor.

Obsequium nuptæ, citò fit odium pellicis.
Occasio ægrè offertur, facilè amittitur.
Occasio receptus difficiles habet.
Occidi pulchrum, ubi cum ignominiâ servias.
Odia, alia sub vultu, alia sub osculo latent.
Officium benevoli animi, finem non habet.
Omnes æquo animo parent, digni ubi imperant.
Omne vitium semper habet patrocinium suum.
Omnis dies velut ultimus ordinandus est.
Omnis voluptas, quemcunque arrisit, nocet.
O pessimum periculum quod opertum latet!
O tacitum tormentum animi conscientia!
O vita misero longa, felici brevis!

Non semper aurem facilem habet Felicitas] facinus istud nostrum est. Libri enim, *facilitas* præferunt, quod subfrigidum visum est.

Nullum sine magno auct.] Est Senecæ Epist. 69.

Nunquam ubi diu fuit ignis, deficit vapor] mſ. *cecidit*: quod transformarunt alii in *defuit*: ego in *deficit*. utri rectius, judicet Palæmon.

Paratæ lacrymæ insidias, non fletum indicant.
Parens iratus, in se est crudelissimus.
Parere scire, par imperio gloria est.
Pars beneficii est; quod petitur, si bellè neges.
Pars beneficii est; quod petitur, si citò neges.
Parvo fames constat, magno fastidium.
Patiendo multa veniunt, quæ nequeas pati.
Patiens & fortis seipsum felicem facit.
Patiens in adversis nunquam est felicitas.
Patientia, animi divitias occultas habet.
Patria sua est, ubicunque vixeris benè.
Paucorum est intelligere, quid cui det Deus.
Paucorum improbitas, universis calamitas.
Peccare pauci nolunt, nulli nesciunt.
Peccatum amici, velut tuum, rectè putes.
Peccatum extenuat, qui celeriter corrigit.
Pecuniæ oportet imperes, non servias.
Pecunia una regimen rerum est omnium.
Pejora multa cogitat mutus dolor.
Perdendi finem nemo, nisi egestas, facit.
Perdit non donat, qui donat, nisi est memor.
Perenne conjugium, animus, non corpus, facit.
Pereundi scire tempus, assidue est mori.
Perfacile felix, quod vota impetrant facit.
Perfugere ad inferiorem, seipsum est tradere.
Pericula qui audet, antè vincit, quam accipit.

Peri-

Pars beneficii est; quod petitur, si cito neges] & heic vides subnexum versum paris formæ, nisi quatenus una differat voce. Hoc ideo quod ita compareret in mss. aliquot.

Parvo fames] Est Senecæ Ep. 17.

Patiens in adversis nunquam est felicitas] prius fuerat: *Potentia in adv.*

Paucorum est intelligere, quid cui det Deus] ita libuit edere de conjecturâ. nam ms. *quid det Deus*, absque vocula *cui*. Alii formarant, *intelligere quid decet Deos;* quod se meo capiti minimè approbat.

Peccare pauci nolunt, nulli nesciunt] est forsan sententia genuina. quæri libet tamen, an non æque bene rescriberetur *multi nesciunt*.

Pericula timidus, etiam quæ non sunt, videt.
Perpetuò vincit, qui utitur clementia.
Per quæ sis tutus, illa semper cogites.
Plerique metu boni, non innocentiâ.
Plures tegit Fortuna, quàm tutos facit.
Plus est quam pœna, injuriæ succumbere.
Plus est quàm pœna, sine re miserum vivere.
Pœna ad malum serpens, ut proterat venit.
Pœna allevatur tunc, ubi laxatur dolor.
Pœnam moratur improbus, non præterit.
Populi est mancipium, quisquis patriæ est utilis.
Post calamitatem memoria, alia est calamitas.
Potens misericors, publica est felicitas.
Potenti irasci, sibi periculum est quærere.
Potest non esse honestum, quod non liberum est.
Præsens est semper, qui absens etiam ulciscitur.
Prius negare; post fecisse: fallere est.
Probo bona fama, maxima est hæreditas.
Probi delicta judex legens deterit.
Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.
Probus libertus, sine naturâ est filius.
Prodesse qui vult, nec potest, æque est miser.
Prodest, quicunque obesse non vult, cum potest.
Pro dominis peccare, etiam virtutis loco est.
Pro medicinâ dolor est, dolorem qui necat.
Prope est, libens ut damnet, qui damnat citò.
Propè est, non æquè ut damnet, qui damnat nimis.
Properare in judicando, est crimen quærere.
Prospicere in pace oportet, quid bellum juvet.

Pru-

Pœna ad malum serpens, ut proterat, venit] antea legebatur, *cum proterat*. neutrum habuerim pro sano: certè neutrum satisfacit.

Probi delicta judex legens, deterit] habitudini versus consultum iveris si transpositu verborum scripseris: *Probi legens delicta judex, deterit.*

Prope est, libens ut damnet, qui damnat cito] ita concinnandum putavimus versum istum cum sequenti; qui ambo antea mirè claudicabant. sumptos autem è Seneca lib. 1. clem. cap. 14. notiùs puto, quàm ut ostendatur.

Prudenti stultus etiam sermonis jocus est.
Pudor dimissus nunquam redit in gratiam.
Pudor doceri non potest, nasci potest.
Pudorem alienum qui eripit, perdit suum.
Pudorem habere, servitus quodammodo est.
Pudor quemcumque non flectit, frangat timor.
Pulchrum est præstare cuncta, nihil exigere.
Pupillus est avarus ætatis brevis.
Puras Deus, non plenas aspicit manus.

Quæ vult videri bella nimis, nulli negat.
Quam felix vita, quæ sine negotiis transiit!
Quam magnum est, non laudari, & esse laudabilem!
Quam malus est, culpam qui suam alterius facit!
Quam miser est, cui ingrata misericordia est!
Quam miser est, qui excusare sibi se non potest!
Quam miserum auxilium est, ubi nocet, quod sustinet!
Quam miserum est, benè quod feceris, factum queri!
Quam miserum est, cogi opprimere quem salvum velis!
Quam miserum est, cum se renovat consumptum malum!
Quam miserum est id, quod pauci habent, amittere!
Quam miserum est mortem cupere, nec posse emori!

Quam

Prudenti stultus etiam sermonis jocus est] forte: *Prudens stultis etiam sermonis est jocus.* vel: *Prudentis vultus etiam sermonis loco est.*

Pudor quemcunque non flectit, frangat timor] longè aliter Frisingens. cod. scriptura, nempe: *Pudor quem non flectit, non frangit timor;* quod pro falso habuerim. nam & iterum habemus in Trochaicis: *Quem bono tenere non potueris, hunc teneas malo.*

Quæ vult videri bella nimis; nulli negat] tentarunt alii, *bella, nimium sibi negat;* invenustè; & longius abeuntes à vestigiis codicis scripti, in quo, *bella, nimium illi negat.* Unde quis minima mutatione fecerit: *Quæ vult videri bella nimium; ulli negat?* sed rotundior est divinatio nostra prior.

Quàm miser est, cui ingrata misericordia est!] sic ego quidem refinxi: nam ante me alii: *cujus ingr.* cui suum quidem acumen, sed omni aristâ acutius. Sic Silius lib. VII. ℣. 588. de Minucio magistro equitum,

Atque hic Dardanius pravo certamine ductor
Jam Styga & æternas intrarat mente tenebras.
Nam Fabium, auxiliumque viri sperare pudebat.

Quam miserum officium est, quod successum non habet!
Quam miserum est, ubi consilium casu vincitur!
Quam miserum est ubi te captant, qui defenderint!
Quam pœnitenda incurrunt viventi diu!
Quam sæpe veniam, qui negaverat, petit!
Quam timidus is est paupertatem qui timet!
Quamvis acerbus, qui monet, nulli nocet.
Quamvis non rectum; quod juvat, rectum putes.
Quemcunque quærit calamitas, facilè invenit.
Quem diligas, etiam queri de ipso malum est.
Quem fama semel oppressit, vix restituitur.
Qui æquo malis animo miscetur, est malus.
Qui bene dissimulat, citius inimico nocet.
Quicquid bono concedis, das partem tibi.
Quicquid conaris, quo pervenias, cogites.
Quicquid fit cum virtute, fit cum gloriâ.
Quicquid Fortuna exornat, cito contemnitur.
Quicquid futurum est summum, ab imo nascitur.
Quicquid nocere didicit, meminit, cum potest.
Qui, cum dolet, blanditur, post tempus sapit.
Quidam inimici graves, amici sunt leves.
Qui debet, limen creditoris non amat.
Quid est beneficium dare? imitari Deum.
Qui doctè servit, partem dominatus tenet.
Quid quisque possit, nisi tentato nescîit.

Quid

Quam miserum est ubi te captant qui defenderint!] & hoc nostri est facinoris, sed modesti, ut autumo. apicem enim tantum addidimus, cum anteà legeretur, *te capiant.*

Quam pœnitenda incurrunt viventi diu!] sic disertè Palatinus codex unus; ita tamen ut alii habitu Trochaici proferant; *Heu quam multa pœnitenda incurrunt viventes diu!* quem etiam luce dignum duxi, homo misericors. qui vitio verterit, deleat licet stilo inverso.

Quidam inimici graves, amici sunt leves] exturbavi sedibus suis neotericam inquilinam; *Quidam inimici graves sunt inimici leves*; quoniam minus caperem subtilitatem istam nimium subtilem. nostrum istud dicit, inveniri homines, qui nobis inimici, graviter noceant, amici verò leviter prosint. & sic uno ore mss. Pall. sic Cantabrigg. sic etiam ipse experiere Lector.

Quid ipse sis, non quid habearis, interest.
Quid tibi pecuniâ opus est, si eâ uti non potes?
Quieta vita iis qui tollunt, Meum, Tuum.
Qui spectat, ut rogetur, officium levat.
Qui in vero dubitat, male agit, cum deliberat.
Qui invitus servit, fit miser, servit tamen.
Qui jusjurandum servat, quovis pervenit.
Qui metuit calamitatem, rarius accipit.
Qui timet insidias omnes, nullas incidit.
Qui pote celare vitium, vitium non facit.
Qui pote consilium fugere, sapere idem potest.
Qui pote nocere, timetur, cum etiam non adest.
Qui pote nocere, timetur cum etiam non nocet.
Qui pote transferre amorem, pote deponere.
Qui pro innocente dicit, satis est eloquens.
Qui se ipsum laudat, cito derisorem invenit.
Quis pauper est? qui dives videtur sibi.
Qui sibi non vivit, merito aliis est mortuus.
Quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor?
Quis plurimum habet? is qui omnium minimum cupit.
Qui timet amicum, amicus ut timeat, docet.
Qui timet amicum, vim non novit nominis.
Qui venit, ut noceat, semper meditatus venit.
Qui dubitat ulcisci, improbos plures facit.
Qui culpæ ignoscit uni, suadet pluribus.
Quo cavet is, cum animus aliud, verba aliud petunt?
Quod ætas vitium posuit, ætas auferet.
Quodcunque animus sibi imperavit, obtinet.
Quod est timendum; decipit, si negligas.
Quod facere turpe est, dicere honestum ne puta.
Quod fugere credas, sæpe solet occurrere.
Quod nescias, cui serves, stultum est parcere.
Quod nescias; damnare, summa est temeritas.
Quod periit, quæri pote, reprendi non pote.

Quod

Qui pote nocere, timetur, cùm etiam non adest] vides socium isti versui, verbo tantum differentem. utrumque probum arbitror; verum certè scio.

Quod quisque amat, laudando commendat sibi.
Quod semper est paratum, non semper juvat.
Quod senior loquitur, omnes consilium putant.
Quod timeas, citius, quam quod speres, evenit.
Quod vitiosum est; quo animo facias, nihil interest.
Quod vix contingit, vix voluptatem parit.
Quod vult cupiditas cogitat, non quod decet.
Quod vult habet, qui velle quod satis est, potest.
Quotidie damnatur, qui semper timet.
Quotidie est deterior posterior dies.

R*Apere est accipere quod non possis reddere.*
Rapere est, non petere, quicquid invito auferas.
Rarum esse oportet, quod diu carum velis.
Ratione, non vi vincenda adolescentia est.
Refert quàm quis bene vivat; quàm diu, non refert.
Regnat, non loquitur, qui nil nisi quod vult facit.
Rei nulli prodest mora, nisi iracundiæ.
Remedium, fraus est, contra flumen quærere.
Repelli se homo, facilius fert, quàm decipi.
Repente dives, nemo factus est bonus.
Res inquieta est in seipsam, felicitas.
Respicere nil consuevit iracundia.
Res quantò est major, tantò est insidiosior.
Revertere, unde veneris, nihil grave est.
Reus innocens Fortunam, non testem timet.

Quod vix contingit, vix voluptatem parit] ita medendum duxi sententiæ. nam msf. *Quod vix contingitur, voluptatem parit.* quod nimis mihi visum acutum. nostro illo, si lepidius aliquid excogitari queat ab ipsa Amorum matre, valeat per me altera lectio. respondet autem isthæc illi quod præcessit: *Quod semper est paratum, non semper juvat.*

Remedium, fraus est, contra flumen quærere] ambigo de sinceritate hujus lectionis. si tamen absque macula est; malim transposito vocabulo, *Fraus est, remedium contra* &c.

Res inquieta est] Est Senecæ Ep. 36.

Revertere unde veneris, nihil grave est] inclinarem magis, in *Reverti eo unde venerit, nulli grave est.*

Rex esse nolim, ut esse crudelis velim.
Rivalitatem non amat victoria.
Rogare ingenuo servitus quodammodo est.
Roganti melius, quàm imperanti pareas.
Ruborum amico excutere, amicum est perdere.

Sæpe oculi & aures vulgi, sunt testes mali.
Sæpe ignoscendo das iniuriæ locum.
Salutis causâ benè fit homini injuria.
Sanctissimum est, meminisse cui te debeas.
Sapiens contra omnes arma fert, cùm cogitat.
Sapiens quod petitur, ubi tacet, breviter negat.
Satis est beatus qui potest, cùm vult mori.
Sat magna usura est pro beneficio memoria.
Secretè amicos admone, lauda palàm.
Secunda in paupertate fortuna est fides.
Secundus est à matre, nutricis dolor.
Se damnat judex, innocentem qui opprimit.
Seditio civium, hostium est occasio.
Semper beatam se putat benignitas.
Semper consilium tunc deest, cùm opus maximè est.
Semper metuendo sapiens evitat malum.
Semper metuendum, quicquid irasci potest.
Semper plus metuit animus ignotum malum.
Semper redundat ipse in auctores timor.
Sensus non ætas invenit sapientiam.
Se posse plus iratus quàm possit putat.
Serò est in periculis consilium quærere.
Sibiipsi improbitas cogit fieri injuriam.
Sibiipsi dat supplicium, quem admissi pudet.
Sibi primùm auxilium eripere, est leges tollere.
Si nil velis timere, metuas omnia.
Socius fit culpæ, qui nocentem sublevat.

Sola-

Salutis causa bene fit homini injuria] & hanc sententiam ab Orco revocavi. nam prius ejus loco conspiciebatur cadaveroso vultu ista; *Salutis casus bene fit homini injuria*.

Solatium grande est cum universo unà rapi.
Solet esse in dubiis, pro consilio, temeritas.
Solet hora, quod multi anni abstulerint, reddere.
Solet sequi laus, cùm viam fecit labor.
Sordidius multò vivimus quàm nascimur.
Spes est salutis, ubi hominem obiurgat pudor.
Spes inopem, res avarum, mors miserum levat.
Spina etiam grata est, ex qua spectatur rosa.
Stultitia est insectari quem omnes diligunt.
Stultitia partem interdum habet felicitas.
Stulti timent fortunam, sapientes ferunt.
Stultum est alium velle ulcisci pœnâ suâ.
Stultum est queri de adversis, ubi culpa est tua.
Stultum est timere quod vitari non potest.
Stultum est vicinum velle ulcisci incendio.
Stultum facit fortuna quem vult perdere.
Stultum, imperare reliquis, qui nescit sibi.
Suadere benevoli est primum, dein corrigere.
Submittit se, qua se erigit, felicitas.
Suis qui nescit parcere, inimicis favet.
Summissum imperium non tenet vires suas.
Suspecta semper ornamenta ementibus.
Suspicio sibi ipsa rivales parit.
Suum sequitur lumen semper innocentia.

Tacere nescit idem qui nescit loqui.
Taciturnitas stulto homini pro sapientia est.
Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.
Tamdiu discendum est homini, quàm diu nesciat.
Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.
Tormentum o dulce, æquo ubi reprimitur gaudium!
Turpis inopia est, quæ nascitur de gloria.

Tuta

Suspecta semper] Est Senecæ Ep. 80.

Tacere nescit idem, qui nescit loqui] istud auribus magis blandiebatur, quam aliorum, *Tacere quisquis nescit, hic nescit loqui.* nam mss. strictius: *Tacere qui nescit nescit loqui.*

Tam diu discendum] Est Senecæ Ep. 76.

Tuta est jactura quæ fit negligentia.
Tutissima res timere nihil præter Deum.

Ubi cœpit pauper divitem imitari, perit.
Ubicunque pudor est, semper ibi sancta est fides.
Ubi fata peccant, hominum consilia excidunt.
Ubi innocens formidat, damnat judicem.
Ubi maximè gaudebis, metues maximè.
Ubi omnis vita metus est; mors est optima.
Ubi peccat ætas major, male discit minor.
Ubi timetur, nil quod timetur nascitur.
Velox consilium sequitur pœnitentia.
Verbum omne, refert in quam partem intelligas.
Verum est, quod pro salute fit mendacium.
Verum cur non audimus? quia non dicimus.
Veterem ferendo injuriam, invites novam.
Veterem ferendo injuriam, vites novam.
Viri boni est, nescire facere injuriam.
Virum bonum natura, non ordo facit.
Virtute quod non possis, blanditiâ auferas.
Virtuti amorem nemo honeste denegat.
Virtuti melius quam Fortunæ creditur.
Virtutis spolia cum videt, gaudet labor.
Virtutis vultus partem habet victoriæ.
Vis omnibus esse notus? noris neminem.
Vitium fuit, nunc mos est assentatio.
Vix quisquam transit in bonum, nisi ex malo.
Ulcera animi sananda magis quam corporis.
Unus dies pœnam affert, multi cogitant.

Volu-

Veterem ferendo injuriam, vites novam] neque fratrem huic invidi; cùm videretur utrique suam esse & gratiam, & rationem. noster certè Philosophi ore dignior est: habuimusque supra; *Multa ignoscenda fit potens potentior.*

Virtutis vultus partem habet victoriæ] qui heic substituerunt *vulnus*; vellem etiam addidissent conjecturæ suæ causam. Nam meâ quidem opinione, nihil remotius à mente auctoris.

Unus dies pœnam affert, multi cogitant] & nasus isti sententiæ

a nis

Voluptas è difficili data dulcissima est.
Voluntas quem pudicum, non corpus facit.
Voluptas tacita, mage metus quam gaudium est.
Vtrumque casum aspicere debet, qui imperat.
Vultu an naturâ sis sapiens, multum interest.

TROCHAICI, vel quasi.

Aleator, quanto in arte est melior, tanto est nequior.
Cui quid vindicandum est, omnis optima est occasio.
Conscientia amici, nullius lingua invenit preces.
Contumeliam nec ingenuus fert, nec fortis facit.
Cujus mortem amici exspectant, vitam cives oderunt.
Difficile est dolori convenire cum sapientiâ.
Dixeris maledicta cuncta, cum hominem ingratum dixeris.
Duplex fit bonitas, si simul accesserit celeritas.

Esse

à me est. putidè editio unica: *Unus Deus pœnam affert quam multi cogitant.* putidè inquam; quod item de centum aliis versibus sine jactantiâ dicere possem, nunc verborum, nunc literarum leni transpositu artificiose à me correctis; nisi puderet pigeretque vanitatis aliorum, ob hæc talia poscentium tantum non lauros & currus. sed valeant ipsi, & accedant Trochaici; quorum, aut omnia me fallunt, aut plurimi lucem, plures salutem libentes meritoque mihi debebunt.

Voluntas quem pudicum, non corpus facit] nullo lepore, nullo modulo prius; *Voluntas non pudicum corpus facit.*

Aleator, quanto in arte est melior, tanto est nequior] ita mss. nisi quod ii fere *doctior* ἀντὶ τοῦ *melior*.

Cui quid vindicandum est, omnis optima illi occasio est] ante excudebatur sine omni bonâ gratiâ; imò sine sensu: *Quicquid vindicandum est, optima occasio est.*

Cujus mortem amici &c.] ita mss. non absurde quidem qui edidere; *Cujus mortem expetunt cives, vitam oderunt.* sed, nisi prorsus allucinor, nostro isti aliquid adhuc subest vernilius.

Contumeliam nec ingenuus fert, nec fortis facit] ita cogendus versus in pedes. nam qui inde fecerunt: *Contumeliam non fortis pote, nec ingenuus pati*; proximè quidem accesserunt ad libros quosdam scriptos, sed longius ab illis membranis, in quibus erat expresse: *Contumeliam nec facere fortis potest, nec ingenuus pati:* & elegans est oppositio *pati* ac *facere*.

Esse necesse est vitia minima maximorum maxima.
Est beneficium eo carere, quod invitus possides.
Est honesta turpitudo pro bona caussa mori.
Expetit pœnas iratus ab alio; à seipso exigit.
Exul is, cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.
Felix est, non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.
Feminarum curam gerere desperare est otium.
Fortior est qui cupiditates suas, quam qui hostes subjicit.
Frustra cum est ventum ad senectam, repetas adolescentiam.
Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.
Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat.
Heu dolor quam miser est qui in tormentis vocem non habet!
Heu quam miserum est discere servire, ubi dominari doctus es!
Heu quam miserum est ab eo lædi, de quo non ausis queri!
Heu quam multa pœnitenda incurrunt viventes diu!
Homo, qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.
Homo semper aliud fert in se; in alterum aliud cogitat.
Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.
In malis sperare bonum nisi innocens, nemo solet.
Inter amicos judicatur, quam inimicos molestius.
Ipsæ amicos res opimæ pariunt, adversæ probant.
Iracundiam qui vincit, superat hostem maximum.
Irritare est calamitatem cum te felicem vocas.
Ita habeas amicum, posse ut fieri inimicum putes.
Mage cavenda est amicorum invidia, quam insidiæ hostium.
Maximo periclo custoditur, quod multis placet.
Minime amicus sum, fortunæ particeps nisi sim tuæ.
Mors infanti felix, juveni acerba, sera nimis seni.
Mortuo munus qui mittit; nil dat illi, adimit sibi.
Næ virtutibus multis abundat, qui alienas amat!

Neminem

Esse necesse est vitia minima maximorum maxima] acutè quidem: nescio tamen, an auctoris velle acu tetigerim. nam schedæ; *Necesse est minima esse maximorum vitia*: quod tamen ipsum non videbam quomodo necesse foret.

Næ virtutibus multis abundat, qui alienas amat] translatum è fundo Plinii Junioris; ubi legas: *Scias illum plurimis virtutibus abundare qui alienas sic amat*. lib. 1. Epist. XVII.

Neminem nec accusaveris, nec laudaveris cito.
Nescias quid optes, aut quid fugias; ita ludit dies.
Nescit is nocere, qui nocere velle perdidit.
Ni gradus servetur, nulli tutus est summus locus.
Nil prodest bene didicisse, facere si cesses bene.
Nil rationis est, ubi res semel in affectum venit.
Nondum felix es, si nondum turba te deriserit.
Non aliter vives in solitudine, aliter in foro.
Nulla, quæ multos amicos recipit, angusta est domus.
Nulla tam bona est fortuna, de quâ nil possis queri.
Nusquam melius morimur homines, quam ubi libenter viximus.
Objurgare in calamitate, gravius est quam calamitas.
Odio oportet ut peccandi facias, non metu, bonum.
Omnes vitam differentes, mors incerta prævenit.
Optime positum est beneficium, ubi ejus meminit qui accipit.
Optimum est sequi majores, recte si praecesserint.
Pecunia, est ancilla, si scis uti; si nescis, domina est.
Plerique ubi aliis maledicunt, faciunt convitium sibi.
Principium est discordiæ, ex communi facere proprium.
Proximum tenet locum confessio innocentiæ.
Quanto serius peccatur, tanto incipitur turpius.
Quem bono tenere non potueris, hunc teneas malo.
Quicquid est plus quam necesse; possidentes deprimit.
Quid refert quantum habeas? multo illud plus est, quod non habes.
Regibus pejus est multo, quam ipsis servientibus.
Res bona est non extirpare sceleratos, sed scelera.
Ridiculum est odio nocentis, perdere innocentiam.
Sæpe dissimulare, quam vel ulcisci, satius fuit.
Sæpius locutum, nunquam me tacuisse pœnitet.
Semper vocis & silentii temperamentum tene.
Sermo animi est imago: qualis vir, talis & oratio est.
Si multis tua vita placuerit, tibi placere non potest.
Sine dolore est vulnus, quod ferendum cum victoriâ.

Si pares invitus, servus es; minister si volens.
Solitudinem quærat, qui vult cum innocentibus vivere.
Tam crudelitas est omnibus, atque nulli ignoscere.
Tam deest, quod habet, avaro; quam misero, quod non habet.
Thesaurum in sepulchro ponit, qui senem heredem facit.
Tolerabilior, qui mori jubet, quam qui male vivere.
Tolerabilior pœna, haud posse, quam nescire vivere.
Tuta sæpe, nunquam secura, mala conscientia est.
Vbi sis cum tuis, & absis patriâ, eam desideres.
Vita hominis brevis: ideo honesta mors, est immortalitas.

Tam deest quod habet, avaro, quàm misero, quod non habet] nec istum versum exclusi, quamvis & supra compareat verbo tantum minutus. Nimirum cùm videam aurifabros etiam minutissima auri ramenta solicitè una cum pulvisculo converrere; sacrilegium putavi, aliquid ejus prætermittere, quod hactenus sacro ærarii sui sinu complexa fuerat Antiquitas. quo tu Lector utere fruere. Intercurrent quidem tum versus aliquot parum ex lege Trochaicorum; tum sententiæ nonnihil frigidiores. sed quid? fidei membranarum derogari non oportebat: utique cùm non omnibus eadem judicii norma. atque ideo nonnullis forte rectum erit quod mihi curvum; electum, quod mihi protritum. Utut est: quemadmodum omnium favorem applausumve non capto, imò ne opto quidem; ita, si Duumviris meis, Orchestrâ imâ spectantibus etiam nunc placuero; *Scaligero*, inquam, & *Velsero*; perque eos aliis atque aliis Musarum ac Gratiarum legitimis mystis; nactus sum quod volo, imò amplius.

FINIS.



JANI

JANI GRUTERI
AD
L. ANNÆI SENECÆ
AC
P. SYRI MIMI
SENTENTIAS
NOTÆ POSTUMÆ.

JANI GRUTERI
AD
L. ANNÆI SENECÆ
AC
P. SYRI MIMI SENTENTIAS
NOTÆ POSTUMÆ.

1. A *morte ſemper homines t. a.*] Quidam vicinos morti ſe arbitrantur cum navigant, cum per peſſimos latrocinantium globos tranſeunt, ſed mors æque vicina eſt, etiam in pace, in terra. An non tegula cadens occidit hominem tranſeuntem? an non Anacreon poeta acino uvæ paſſæ, an non Fabius ſenator prætorius, in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus? ut refert Plinius N. H. lib. VII. c. 7. Et c. 53. ingentem catalogum habet eorum, qui repentè obierunt, vel agentes aliquid vel otioſi: ut & Valer. Max. lib. IX. c. 10. quin imo Ælianus de Animal. lib. VII. c. 16. narrat Æſchylum poëtam teſtudinis lapſu interfectum, cum in ſaxo ſederet. Et hunc quidem aquila occidit, ſed Agamemnonem reducem cum victoria, ipſa occidit uxor; adeo ille qui ex crudeli bello evaſerat, non poterat cruentas Clytæmne-

ſtræ manus evitare. Liban. p. 249. Exclames licet cum Horatio 2. od. XIII. 13:

Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas.

Nam, ut Seneca in Thebaide verſ. 151.

Ubique mors eſt. ———

Et Martialis *in medio Tibure Sardiniam* novit. Terpes Cytharædus, cujus epitaphium habes in Anthologia p. 69. periit

Οὐκ ἄορι πληγεὶς, οὐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ
Χείλεα. φεῦ, πέρφάσεων οὐκ ἀπορεῖ θάνατος.

Non telo, non enſe cadens, ſed obruta fico
Membra gemens, nullis mors caret atra modis.

Erras, inquit Seneca ep. 49. *Si in navigatione tantum exiſtimas minimum eſſe, quo a morte vita deducitur. In omni loco æquè tenue intervallum eſt. Non ubique ſe mors tam prope oſtendit; ubique tamen prope eſt.* & Petronius: *Si bene calculum ponas, ubique naufragium eſt, nam, illum bellantem arma decipiunt; illum Diis vota reddentem penatum ſuorum ruina ſepelit: ille vehiculo lapſus properantem ſpiritum excuſſit. Cibus avidum ſtrangulavit, abſtinentem frugalitas.* Semper itaque noviſſima memora, & nunquam peccabis. Quod fiet, ſi ſequamur Syrum, qui verſ. 513. dicit:

Omnis dies velut ultimus ordinandus eſt.

Non tamen dicendum eſt: χαῖρε φέγγος ἡλίου, ut ille apud Feſtum, de quo Scalig. p. 131. Sed rectè Hieron. tom. I. ep. 25. *omnem ſapientum vitam meditationem eſſe mortis dixit Plato:* regibus præcipue, nam ut Ennius apud eundem.

——— ——— *Plebes in hoc regi anteſtat loco,*
Licet lacrymare plebi, regi honeſtate non licet.

Et idem: *Quidam rogatus, quando meditanda foret mors; die uno, inquit, ante mortem: at ille cum ſit incertus, ergo quotidie incipiamus, hacque adeo hora.* Nam ut Sto-

bæus

bæus p. 878. Ἐν νόσῳ διαθήκας γράφων, παραπλήσια πάσχει τοῖς ἐν χειμῶνι θαλαττίῳ εὐτρεπίζειν ἀρχομένοις τὰ τῆς νεὼς ὅπλα. *testamentum æger qui scribit, similis iis est, qui in impetuoso & procellis vexato mari incipiunt armamenta navis curare.* Philostratus p. 359: Οὕτω καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἐπιμελητέα τῶν καιρῶν, ἐν οἷς ἀποθανοῦνται, ὡς μὴ ἄτακτοι, μηδὲ θανατῶντες, ξὺν ἀρίςῃ δὲ αἱρέσει ἐς αὐτοὺς φέροιντο.

2. *Ab alio spectes, a. q. f.*] Cic. in Tusc. Q. p. 142: *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem ut participet parem.* Exstat & hic locus in Fragm. vet. Poet. p. 370. Idem Cic. in Verr. p. 191: *Relinquam hæc omnia, quæ si velim persequi, facile ostendam, tua crudelitate in alios omnes tibi aditus misericordiæ judicum jam pridem esse præclusos.* Et pro Leg. Man. 341. de Sulla narrat, primum eum ex gente Cornelia igni crematum, scientem videlicet suo corpori idem posse accidere, quod reliquiis Marii fecerat: Isocrates in orat. ad Demon. p. 9: Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας. Et ad Nicoclem p. 71. Ἀπέχεσθε τῶν ἀλλοτρίων, ἵνα ἀσφαλέστερον τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κεκτῆσθε: Et ibidem. Τούτους εἶναι χρὴ περὶ τοὺς ἄλλους ὑμᾶς, οἷόν περ ἐμὲ περὶ ὑμᾶς ἀξιοῦτε γίνεσθαι. Plautus in Capt. II. 2. 64.

Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.
Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit,
Bene merenti bene profuerit, male merenti, par erit.

Salomon Proverb. XXI. 13. *Qui aurem suam obstruit coram ejulatu pauperis, ipse clamabit, neque exaudietur.* Prosper Epig. 38:

Quod serimus, metimus, quod damus, accipimus.

Sidonius Carm. 5. de Roma:

. ——— ——— *mea viscera pro se*
In me nunc armat, laceror tot capta per annos,

Jure suo, virtute mea; fæcundaque pœnis
Quos patiar pario.

Cassiodor. lib. v. ep. 21: *Iudex nunc exhibe, quod te volebas apud alios obtinere. Age ne tua tibi objiciatur oratio. Quia pondus est pudoris gravissimi, propria voce convinci.* Et lib. IX. ep. 2: *Nolite gravare mediocres, ne vos merito opprimere possint potiores. Pœna ista peccati est, ut unusquisque in se recipere possit, quod in alterum protervus exercuit.* Hinc Plin. lib. III. ep. 9: *Dedi malum & accepi:* & est apud Erasmum II. chil. 8. cent. 99. adagium ex Suida

Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη.

Addas licet Eurip. in Suppl. vers. 362.

——— — — — τοῖς τεκοῦσι γὰρ
Δύστηνος ὅστις μὴ ὑποδουλοῦ τέκνων·
Κάλλιστον ἔρανον δοὺς γὰρ ἀντιλάζυται
Παίδων παρ' αὐτοῦ τοιάδ', ἂν τοκεῦσι δῷ·

Libanius p. 105. de Hectore in ultionem Patrocli ab Achille trucidato. Τὸ δὲ οὐ δικαίως ἐπιχειρήσαι, τὸ δικαίως αὐτὸν παραπλήσια παθεῖν. Et apposite ad Syrum nostrum Xystus Pyth. §. 81. & 159: *Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto & tu tuis proximis.* Et, *Quod pati non vis ab alio, neque id facias.* Seneca quoque in Hercule Furente vers. 735:

Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suoque premitur exemplo nocens.

Et Ovidius I. de arte vers. 341:

Quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis,
Pœna reversura est in caput ista tuum.

Lysias p. 162: *Quare, cum hic ab aliis impietatis pœnam sumere voluerit, certe alios ab hoc eandem pœnam poscere æquum est.* Et denique Isidorus Pelusiota lib. I. ep. 350. ita concludit, ἃ παθεῖν οὐ βουλόμεθα, ταῦτα καὶ μὴ ποιεῖν διδασκώμεθα. Et ep. 387. Ζητεῖς γενέσθαι σοι τὸν θεὸν βοηθόν; ὅσα οἱ χρήζοντι συνήθεις ἐβοήθησας &c. multisque

que hanc ſententiam ex Nazianz. Lactant. & aliis illuſtrat Rittershuſ. ad Peluſ. lib. IV. ep. 55. Exemplum autem illuſtre habemus in Julio Cæſare, qui, poſtquam *terrarum orbem civili ſanguine impleverat, tandem ipſe ſanguine ſuo curiam implevit*, ut ait Flor. p. 110. Sic Athenienſes obſeſſi a Lacedæmoniis apud Xenoph. p. 459. & ipſi Lacedæmonii, qui primi præfectos hoſtium pecunia corruperant, poſtea ſuis artibus peſſime habiti ſunt, ut refert Pauſan. p. 127. Sic Spartian. p. 127. ſcribit, Antonium Caracallam ad mortem coëgiſſe Lætum, miſſo a ſe veneno; *ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat, & primus interemptus eſt*. Herodotus quoque p. 566. de Hermotimo quodam meminit, qui in juventute a Panionio caſtratus, poſtea illum ipſum caſtrare filios coëgit, & filios deinde patrem. Sic denique Iaſon qui multos extorres fecerat, ipſe quoque tandem extorris periit. Lib. 2. Machab. 5. atque adeo ipſe Saturnus, qui pudenda Cœli patris ſui abſciderat, a filio Iove regno pulſus & in vincula conjectus eſt, referente Macrobio p. 5. Imo ſæpe etiam illi, qui foveam aliis foderant, in eam ipſi lapſi ſunt, adeo *Compedes, quas ipſe fecit, ipſus ut geſtet faber*, ut eſt apud Auſonium p. 137. Nam ut Seneca in Thyeſte verſ. 312.

Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.

Quo reſpicit hiſtoria, quam narrat Athenæus p. 58. de Zela rege Bithyniæ, qui Galatarum duces hoſpitii & amicitiæ prætextu accitos ex inſidiis adortus, ipſe occubuit. Et quod habet Stobæus p. 184. de corvo, qui ſcorpium corripiens, ab eo occiſus eſt,

—— ἴδ᾽ ὅσσον ἔτυχεν ἐπ᾽ ἄλλῳ
Ἐκ ᾽κείνου τλήμων αὐτὸς ἐδέκτο μόρον.

Huc itaque maxime pertinet dictum illud, *quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris*, quæ quidem ſententia tam

impenſe Alexandro ſevero placuit, ut ubique incidi & præſcribi juberet, prout narrat Spartian. p. 198.

3. *Ab amante lacrymis r. i.*] Nam Jupiter quidem Herculi robur dediſſe dicitur, quod vi cæteros omnes vincere poſſet, Helenæ vero pulcritudinem, ſed illam, ἣ τῆς ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν δύναται. Ut eſt apud Iſocr. in Encom. Helenæ. Et ipſe Terentius, in Eun. 1. 1. poſtquam recenſuit minas amantis irati, ſubdit:

Hac verba mehercule una falſa lacrymula,
Quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet. ——— ———

Adeo non tantum veræ, ſed etiam fictæ lacrymæ multum poſſunt.

4. *Abſentem lædit c. e q. l.*] Quod nunc *abeſſe*, id alio loco dicit, *extra corpus ſuum eſſe*. ut infra v. 263:

Homo extra corpus eſt ſuum cum iraſcitur.

Eodem autem modo loquitur Caſſiod. III. Var. 46: *Similis viri abſentis, qui conſcientiam criminoſi non habet.* Æſchylus ebrioſus tragœdias ſcribere ſolitus erat, quem ita apud Athenæum p. 428. caſtigat Sophocles: ὅτι, ὦ Αἰσχύλε, εἰ δὲ τὰ δέοντα ποιεῖς, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰδώς γε ποιεῖς. Non eſt autem cum ebrio litigandum. Chryſoſt. ad Act. Ap. p. 513. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς τοῖς μὲν μεθύουσιν οὐδὲν λέγομεν, ὅτ' ἂν δὲ νήψωσι καὶ ἀνενέγκωσιν ἀπὸ τῆς μέθης, τότε ἐπιπλήττομεν &c. Ubi dicit tum eſſe coarguendos, quum ebrietas deferbuerit. *Quia ex mente ejus, qui facit, judicandum eſt, ita ut qui pro hoſte amicum occiderit, ſit inſons*, judice Libanio p. 852. Qui idem vult, *ut juventuti veniam demus, cum & temulentis, & triſtibus, & iratis indulgeamus.* p. 532. Et apud Curt. Alexander Clitum ebrium & male loquentem de ipſo, *hoc contentus*, excedere convivio juſſit. Rationem dat Iſocrates, ad Demon. ſcribens, quia homines, quibus ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ ſimiles ſunt curribus, quibus aurigæ excuſſi ſunt; nam ut hi temere feruntur carentes gubernatoribus: ſic animus

mus in multa delicta impellitur, mente subversa.

5. *Ad calamitatem q. r. v.*] Joh. Chrysosth. p. 323. inter alia ita concludit: εἰ γὰρ οὐδὲ ὑγιαίνοντας περιεργάζεσθαι χρή, οὐδὲ τὰ ἑτέρων πολυπραγμονεῖν, πολλῷ μᾶλλον τοὺς κακῶς πάσχοντας. Et ad ep. Pauli p. 1830. dicit *calamitoso etiam verbulum, imo mussationem nocere.* Et Isidor. Pelus. III. ep. 237. ἐστὶ γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων φιλόφθονα, καὶ μικρόσοφα, τὰ παραπέμποντα μὲν τὰ καλῶς ἔχοντα τῶν ἐπιτελεσθέντων, προσπλεκόμενα δὲ τοῖς ἐπιδεχομένοις διαστροφήν τινα καὶ πιθανὴν μέμψιν· An vero vult illud Plutarchi p. 518. *Mala magis, quam res prosperas ad aures mortalium ferri.* Prout habemus apud Terent. in Andria Act. V. sc. 5.

More hominum evenit, ego ut quod sum nactus mali,
Prius resciisceres tu, quam ego, tibi quod evenit boni.

Aristid. tom. 2. p. 175. τὸ δὲ προσπταῖσαι τοῖς σαθροῖς, ῥᾳδίαν ποιεῖ τὴν αἴσθησιν. Zwingerus autem interpretatur, *tristia facile sparguntur in vulgus: quæ recta sunt & honesta, vix creduntur.* Et ego quoque id innui puto, vel ut infra vs. 312.

In misero facile fit potens injuria.

Ubi idem dicit quod nunc apud nos, *die het kwalyk gaat, stoot zich aan een stroo.* Inter laudes Constantii ponit Ammian. lib. XXI. quod ita impendio castus fuerit, *ut nec mare ministro, saltem suspicione tenus, posset redargui; quod crimen etiamsi non invenit malignitas, fingit in summarum licentia potestatum.* Homines autem libentius credere ea quæ adversa sunt, quæ hominem lædunt & ejus famam: contra vix credere de virtutibus, testis est luculentissimus Sallust. in præfat. Belli Catil. *Dehinc quia plerique, quæ delicta reprehenderis; malevolentia & invidia dicta putant; ubi de magna virtute, atque gloria bonorum memores; quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit.* Tacit. de secretis Neronis mensis,

tur-

turbasse id Senecam scribit, *immissa Acte liberta, quæ simul suo periculo, & infamia Neronis anxia, deferret pervulgatum esse incestum, gloriante matre; nec toleraturos milites profani principis imperium.* lib. XIV. Ann. I. Sunt tamen, quibus è meliore luto præcordia finxit Titan; Sic in historia Timagenis refert Seneca lib. III. de Ira c. 23. *Nemo amicitiam ejus extimuit, nemo quasi fulguritum refugit. Fuit qui præberet tam alte cadenti sinum.* Scripserat enim is immoderate de Augusto.

6. *Ad pœnitendum p. c. q. j.*] Infra vs. 744.

Velox consilium sequitur pœnitentia.

7. *Ad tristem p. s. e. s.*] Nihil mirum, nam, ut Zwing. ait, *homo vergit in partem deteriorem, & quo quisque infelicior eo magis suspiciosus.* Terentius talem describit in Eun. IV. 2.

Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Pejorem partem.

Et in Adelph. IV: 3. 14.

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio
quomodo
Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Hinc Seneca in Herc. Furente vs. 316.

Prona est timori semper in pejus fides.

Et Heliodor. hist. Æthiop. p. 416. πᾶν γὰρ ὕποπτον καὶ φοβερὸν τὸ κατ' ἔσχατον κινδύνου γινόμενον. Et ipse Ovid. IV. Fastor.

Sed nos in vitium credula turba sumus.

Unde Quinctiliano decl. XI. *Semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est.* Imo in tantum progreditur hæc suspicio, ut velis nolis te occupet, quod prævidens Marcus imperator, Cassii epistolas ad conjuratos missas signatas omnes, ut erant, magno animo concrema-

mavit; præfatus, *ne insidiatoribus cognitis invitus quosdam habere posset offensos.* ut refert Ammianus libro XXI. In vulgo id vitium præcipue notat Tacit. XV. Ann. unde *ad deteriora promptum* vocat id ibidem. Hoc ipsum Blæso periculum creavit, falso cædis apud rebelles milites accusato, quum clamaret quidam ex iis: *omnibus eadem imminere.* Isidorum audiamus II. ep. 237. Κακία δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀχορδύτως χορεύει, δεδιότες μὴ ὀφθείητε. ὁ τοῖς δρωμένοις ἐπιτιμήσων, πάντα μὲν τὰ καλὰ ἐξοστρακίσαι σπουδάζουσι, μάλιστα δὲ πάντων τὴν παρρησίαν, ἵν' ἀδεῶς ἁμαρτάνοιεν τοῦ λοιποῦ. Novit quoque Arrianus in exp. Alexandri p. 155. tales, qui negotia regum, quo magis occultantur, eo magis evulgare concupiscunt, *fidemque semper in deteriorem partem potius, quam in saniorem scelerate inclinant.* Imo tam creduli sunt homines, ut *quanquam auctor levis sit*, sint tamen *ad deteriora credenda proni metu*, ut notat Curtius IV. Hist. 3. Illi, autem qui mala machinantur alicui, maxime trepidant omnem arundinis motum, ut est egregium apud eundem Curtium lib. V. c. 2. exemplum, in Besso, qui, *quanquam erat Græci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia, indicium profecto Patronem detulisse credebat.* Hujusmodi vero homines curiosissimi semper sunt, quos optime assimulat cucurbitulis Plutarch. p. 518. Ὡς γὰρ, inquit, αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους λόγους ἐπισπᾶται. Sed omnia superat credule anxius tyrannorum animus, cum enim semel in crudelitatem erumpunt, *nunquam illis materia deficit*, notante Sueton. in Tiberio. c. LXI. Eundem graphice depingit Tacit. I. Annal. *Anxium invidia, & muliebre fastigium in diminutionem sui accipientem, ne lictorem quidem ei decerni passum: aramque adoptionis & alia hujusmodi prohibuisse.* Adeo ipsam matrem Liviam metuebat, a qua imperium acceperat. Dolendus autem casus Hymetii, qui care venditis frugibus

gibus ex horreo populi Romani, postea, mox minori precio majore anni proventu restitutis, quum interprecii compendium ad principis ærarium misisset, tamen parte bonorum ab Valentiniano est mulctatus, suspicabatur enim avidus tyranni animus *parum quam oportuerat missum*. ut refert Ammian. lib. XXVIII. Si quis autem ab omni suspicione tutus velit esse, is non tantum ipsum malum vitare debet, sed & omnem umbram mali; nam nunquam Lacydem Argivorum regem fama læsisset, nisi inflexio capillorum καὶ βάδισμα τρυφερώτερον nimis placuisset; Pompejus uno digito caput scalpere solitus, quod maxime ab illo alienum, mulierosus ab Crasso vocatus est: nec unquam Postumia in judicium vocata fuisset, nisi, petulanti splene admodum, protervius quam mulierem decet risisset, etsi virorum conventus vitasset: prout sapienter Plutarchus p. 89. hinc est quod Julius Cæsar uxorem quamvis absolutam, repudiaverit tamen, memorabilem illam vocem edens, qua simul & causæ suæ & ipsius pudori consuleret, *suos tam suspicione, quam crimine carere oportere*. ut est apud Suet. in Jul. c. LXXIV. Nam, ut præclare concludas cum Demosthene p. 177. Οὕτω γὰρ χρὴ καθαρὸν τὸν βίον εἶναι σώφρονος ἀνδρὸς, ὥστε τε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς.

8. *Adulter est uxoris a. a.*] Est enim modus in cunctis rebus, & sunt fines, quos transire sanctè non licet, imo ut Horatius ait:

Insani sapiens nomen feret, æquus iniqui,
Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.

Nihil itaque mirandum, si in conjugio, sanctissimo quamvis vinculo, amoris modus excedi possit; stultus enim amor erat illius, de quo ex Seneca refert Hieron. tom. 2. p. 52. *Qui, exiturus in publicum fascia uxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præsentia ejus carere poterat: adeo, ut potionem nullam, nisi*

nisi alterius tactam labris vir & uxor haurirent. Bene vero Xystus Pythag. §. 222. *Adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior.* Impudicus vero iste est, *qui cum uxore tanquam cum aliena concumbit is enim adulter est, quamvis illa adultera non sit*, pronunciante Seneca in libro In sap. non cad. inj. c. 7. Neque ipsa Juno, cum Jovem deciperet, recte fecit, quam Homerus ait solitam substernere se ipsi, tanquam alia quædam esset puella ab Jove amata, ἰδεῖν αὐτὸν πότε ἡδέως, ὅτε αὐτῇ συνῄει λάθρα. τὴν γὰρ ἀνδρὸς ἐξουσίαν τέθεικεν εἰς κλοπὴν μοιχείας. ut est apud Philostr. p. 911. Ut enim non eodem modo amico utimur & adulatore, sic cum uxore & concubina quoque longe alia res est. dicat Stobæus p 662. Καθάπερ, inquit, ὁ Φωκίων τοῦ Ἀντιπάτρου πρᾶξιν αὐτῷ προστάττοντος, οὐκ ἔσαν δὲ πρέπουσαν, εἶπεν, οὐ δύνασαι μοι καὶ φίλῳ καὶ κόλακι χρῆσθαι, οὕτω λογίζεσθαι περὶ τῆς σώφρονος καὶ αὐστηρᾶς γυναικὸς οὐ δύναμαι τῇ αὐτῇ καὶ ὡς γαμετῇ καὶ ὡς ἑταίρᾳ συνεῖναι. Hinc Theano in ep. gr. p. 356. uxoris amorem secundum legem esse dicit, meretricis, secundum affectus. Verba ejus hæc sunt. Νόμιζε οὖν πρὸς μὲν τὴν ἐπιθυμίαν ῥαθυμήσοντα προσδέεσθαι ἐκεῖνον. σοὶ δὲ συμβιώσοντα παρεῖναι, καὶ σὲ μὲν φιλεῖν κατὰ γνώμην. ἐκείνην δὲ τῷ πάθει. Satis itaque lepide convicia uxoris, de extraneis voluptatibus conquerentis, retudit Ælius Verus. apud Spartian. c. 5. dicens: *patere me per alias exercere cupiditates meas; uxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis.* Sed nos tamen Christianos omnes istas impuritates fugere decet, non tantum voluptatem præter leges in conjugio, nam ut est apud Clementem Alexandrin. p. 142. Ψιλὴ γὰρ ἡδονὴ, κἂν ἐν γάμῳ παραληφθῇ, παράνομός ἐστι, καὶ ἄδικος, καὶ ἄλογος. Sed etiam imitari debemus Synesium, p. 248. qui uxorem capiens, coram omnibus testatus est hac formula, Ὡς ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔτε ὡς μοιχὸς αὐτῇ λάθρα συνέσομαι. τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβὲς,

τὸ δὲ

τὸ δὲ ἥκιστα νόμιμον. Narrat Cicero orat. in Verr. p. 201. illum Cleomenem quendam, cui uxor erat pulcra admodum, per speciem honoris amovisse, *ut illam paulo solutiore animo secum haberet, si non tanquam virum, at tanquam æmulum removisset.* Huc referendum etiam illud Martialis,

------ *adultera lege.*

Et illa apud Quinctilian. decl. CCCVI. *nubendi impudicitia.* Imo in tantum progreditur Athenagoras in Apolog. p. 125. ut secundas nuptias *speciosum* vocet *adulterium.* δεύτερος γάμος, inquit, εὐπρεπής ἐστι μοιχεία, quomodo & alio modo adulterium agnoscant JCti, vide apud Quinctilian. decl. CCCXLVII.

Ægre reprehendas quod sinis consuescere.] Citat hoc Lindenbrog. ad Ammian. p. 17. & Opsopæus quoque habet, & videtur genuinum. sic infra vers. 130. *Consueta vitia* &c.

9. *Æs debitorem leve, g. i. f.*] Est desumptum ex Senecæ ep. 19. *Cum quidam, quo plus debent, magis oderint: læve æs alienum debitorem facit: grave inimicum.* & hinc Ennodius p. 377. *Quoties à nobis majoribus donis cumulatus est Ricemer, toties gravior inimicus apparuit.* imo Tacit. III. Ann. 7. notat Galliarum civitates *ob magnitudinem æris alieni* rebellionem captasse.

10. *Ætas cinædum celat, æ. i.*] Sueton. in Nerone. c. 26. *Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem, sensim quidem primo & occultè, velut juvenli errore exercuit; sed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia, non ætatis esse.* Vopiscus tamen dicit p. 336. *Certè non hominum magis vitia illa quam ætatum fuerunt.* Æschines quidem pugilibus eos assimulat in Timarch. p. 196. quos, tametsi in gymnasiis non adfuerimus tamen ex corporis habitu judicamus; sic profligatæ libidinis homines, tametsi facinoribus eorum non interfuerimus, ex imprudentia, audacia

dacia & quotidiano vitæ usu agnosci vult. Ego vero id innui hic puto, quosdam cinædos esse, quosdam putari. i. e. adolescentes putantur, & interim grandiores sæpe sunt. quod & ipse Æschines confirmat eadem oratione p. 177. dicens, ea esse humanarum rerum discrimina, ut ætas ex adspectu satis dijudicari non possit. Ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες πρεσφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται· ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες, παντάπασι νέοι δοκοῦντες εἶναι. An vero vult neminem diu posse simulare virtutem, si sit cinædus? vel aliquem tam esse puerilis ætatis, ut non putetur esse cinædus? alium grandiorem, quam esse debeat? Claudian. 1. Eutrop. verf. 97. & seqq.

------- *& retinet mores quos perdidit ætas.*

Cæterum *cinædi* etiam dicti sunt, qui tantum mollitie saltationis & vocis oblectarent videntes. Plinius IX. ep. 17. *Si quid molle a cinædo, petulans a scurra, stultum a morione profertur.* Sallustius non dubitat eos *histriones* vocare & jungere cum *coquis*. ut in bello Jugurt. c.85. in orat. Marii. *Sordidum me & incultis moribus ajunt; quia parum scite convivium exorno; neque histrionem ullum, neque pluris pretii coquum, quam villicum habeo.* Hanc autem sententiam aliter citat Zwing. & quidem hoc modo p. 385.

Astu crimen celatur, ætas indicat.

& addit, *tempus rapit omnia.* hoc etiam citat p. 741. at p. 405. sic habet.

Astute dum celatur, se ætas indicat.

11. *Alienum nobis, nostrum p. a. p.*] Citat hunc versum Salvian. p. 10. sed nomen auctoris non addit, Ritterhus. vero in notis Syri esse agnoscit, & elogium ejusdem addit. p. 47. Est autem desumptum ex Terentio, in Phorm. Act. 1. sc. 3.

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. unde Ovid. 1. de Arte amandi:

------ *capiunt animis plus aliena suis.*

& apud Erasmum in Adag. I. VI. 71. & 72.

Fertilior seges est alieno semper in arvo.

Hos Plutarch. p. 470. vocat ἔξω βλέποντας ἀεὶ καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ τύχας, ὥσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, αὐτῶν δὲ καὶ τῶν ἰδίων καταφρονοῦντας. i. e. *Semper foras prospicientes, aliorumque famam & fortunam admirantes: sicut adulteri aliorum spectant mulieres, suas despiciunt.* Et ipse Seneca III. de Ira c. 31. *Nulli ad aliena respicienti sua placent.* Nam, ut Aristot. III. Rhetor. c. 2. Ὥσπερ γὰρ πρὸς τοὺς ξένους οἱ ἄνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς πολίτας, τὸ αὐτὸ πάσχουσι καὶ πρὸς τὴν λέξιν. Quin imo ut Ausonius,

Omne ævum curæ, cunctis sua displicet ætas.

Tales itaque merito deridet Horat. sat. I. ubi & vers. 110.

Quodque aliena capella gerat distentius uber,
Tabescat? —— —— —— —— ——

Et idem egregie villici sui cupiditatem castigat. I. epist. XIV. 21.

—— —— *fornix tibi & uncta popina*
Incutiunt urbis desiderium video; & quod
Angulus iste feret piper & thus ocius uva?
Nec vicina subest vinum præbere taberna
Quæ possit tibi: nec meretrix tibicina, cujus
Ad strepitum salias terræ gravis.

Et vers. 43.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Inde vero id oritur, quod, quæ habemus, statim contemnimus, similes venatoribus Horatianis: hinc benè Paulinus & rectè Carm. 3.

Nec placeant aliena mihi. —— ——

12. *Alienum æs homini ingenuo a. s.*] Zwing. p. 632. citat ita:

Acerba est omnis homini ingenuo servitus.

Vel:

Vel:

Aliena homini ingenuo acerba est servitus.

Rationem dat Salomon Proverb. XXII. 7. *Dives dominatur in paupere, & qui mutuo accipit, servus est ejus qui mutuo dedit.* Sallustius in Jug. c. 64. Negotiatores Uticenses notat facilius falsos de Metello rumores a Mario sparsos credidisse, *quod diuturnitate belli res familiaris corruperant.* Monet autem Isocrates, pluris eos advenas existimare, *qui dona a te expetunt, quam qui ad te advehunt.* Transfert hoc eleganter ad beneficia Seneca epist. 18. *Quanto*, inquit, *hilarior est qui solvit, quam qui mutuatur: tanto debet lætior esse qui se maximo ære alieno accepti beneficii exonerat, quam qui cum maxime obligatur.*

13. *Alienum est omne quod o. e.*] Nempe ut infra rursus vers. 483.

Non est tuum Fortuna quod fecit tuum.

Nam *id quod labore & studio paratur, verè tuum est; quod votis contingit, alienum est, nempe quod Fortuna possit eripere.* ut benè Zwing. p. 324.

14. *Alterius damnum gaudium h. f. t.*] Idem dicit quod infra vers. 385.

Malum alienum ne feceris tuum gaudium.

Isidor. Pelus. III. ep. 134. Πέπαυσο τρυφῶν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν κεκοινημένον διεγείρων. Et Polybius p. 550. Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰρέσθω μοι χάριν τῶν μεταλαμβανόντων ἀεὶ τὰς δυναστείας· ἵνα μὴ σκυλεύοντες τὰς πόλεις, κόσμον ὑπολαμβάνωσιν εἶναι τῆς ἑαυτῶν πατρίσι τὰς ἀλλοτρίας συμφοράς. Imo in tantum progrediuntur tales, ut vel e medio tollant eos, a quibus periculum sibi & sceleri suo imminere vident; ut notat Demosthenes p. 80. idem p. 332. se ab Antiphonte refert (quem ut patriæ proditorem in vincula conjecerat) accusatum, *quod calamitosis civibus insultaret, & ædes invaderet.* Deprecatur itaque Æschines Ctesiphontem p. 122.

 Ne

Ne se jam senem, exsulem, qui nullam ultionis spem habeat reliquam, nullam salutis, nisi in ipso, exagitet ulterius maledictis & factis. Crudelem enim vocat Plinius I. epist. 5. eum, *qui se non dissimulet exuli nocere voluisse*. Sed jam inveteratum hoc est vitium, cum & Ovidius dicat in Arte:

—— —— Cura sua cuique voluptas,
Hæc quoque ab alterius nata dolore venit.

Sed, ut benè observat Ausonius:

Demens dolorem ridet infelicium.

Satis est, inquit Cicero Rab. p. 560. *homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum.* Sed tales erant Timon & Nero. Stobæus quoque p. 285. Inter maxima inhumanitatis vitia ponit, ubi dicit ἀπὸ συμφορῶν κερδαίνειν. Imo adeo graviter triumphum Cartali pater ipse squallens tulit, ut accusaverit eum atque puniverit, ut est apud Justinum. Sed laudanda profecto Romanorum continentia, a quibus impetratum est, *quia discordia intestina laborarent Vejentes, ne res ab iis repeterentur. Tantum abfuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.* Quod narrat Livius p. 85.

15. *Amans iratus m. m. s.*] i.e. Constituit in animo multa, quæ non præstat postea, nam, ut recte infra vers. 287.

In amore semper mendax iracundia est.

Quamobrem, ut est vers. 42.

Animo dolenti nihil oportet credere.

Sed facit impatientia diligendi credere facile quod timeas; nam ut Terent. in Eunuch.

In amore insunt suspiciones &c.

Qui idem miratur ibid. 2: 1. 19.

Adeone homines immutarier ex amore ut non cognoscas eundem esse?

Et benè idem in Heaut. III. 3.

Ad-

Advortunt graviter quæ non censeas.

Exemplo erit ipse Propertius, qui II. Eleg. 5. multa minatus puellæ, ita concludit:

Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quam facile irati verbo mutantur amantes.

Idcirco eorum iram iræ parentum optime assimilat Stobæus p. 688. Οὐδέ ποτ' ἀληθὲς οὐδὲν οὐδ' υἱῷ πατὴρ εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.

16. *Amans quid c. s. q. s. n.*] Nempe quid deceat, nemo amans videt, ut ait Ovid: dummodo re cupita fruatur. Prop. II. El. 14.

Scilicet: insano nemo in amore videt.

Et talem profecto describit Chæream Terentius.

17. *Amans quod s. v. s.*] Si nimius est in uxore, si per uxorem; at amicitia non potest esse nimia quia est virtus. Ep. Gr. p. 320. Ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδὲ νοσοῦν αὐτὸ εἶναι, ἀλλ' ἀμετρίαν παιδείης· οὐκ οὖσαν δὲ τῷ ὄντι ἀμετρίαν, ἀλλὰ νομιζομένην τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἐπεὶ οὐδέποτε βλαβερὸν τὸ ἀρετῆς ἄμετρον. Optime Virgil. Ecl. VII. vers. 108.

Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Phocylides vers. 63. ita pronunciat:

Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.

Virtutis amor, honestus est: at Veneris, auget dedecus.

18. *Amans ita ut fax a. a. m.*] Talem luctam juvenis cum amore describit Liban. p. 541. Qui, quo magis obstabat, eo ardentius amare cogebatur. Ovid. autem dicit facem interdum

—— *nullo concutiente mori.*

19. *Amare & sapere v. d. c.*] Nam ut Horat. 2. III. 266.

—— —— —— —— —— *quæ res*
Nec modum habet, neque consilium, ratione modoque
Tractari non vult. —— —— —— ——

Infaniæ enim nihil cum ratione. Liban. p. 350. *Adhuc ſiquidem ſapiebam; adhuc ratio malo potentior erat; & ad aſpectum invulnerabilis eram.* Et plane de Appio obſtinato animo agente omnia, dicit Liv. p. 57. *Vim amentiæ potius quam amoris mentem turbaſſe.* Hinc non amare eum, ſed mentiri amorem dixit Poëta quidam in Anth. VII. epig. 69. Qui, quoniam pauper erat amica ejus, nolebat ducere in uxorem, & tamen amare ſe jactabat,

—— Οὐ φιλέεις. ἐψεύσαο. πῶς δύναται γὰρ
Ψυχὴ ἐρωμανέειν ὀρθὰ λογιζομένη.

Huc ſpectat illud Sentii Augurini apud Plin. IV. epiſt. 27.

I nunc qui ſapias amare noli.

Sed nec ipſi Dii ſapiunt ſimul & amant, unde enim toties in bruta ſe mutarunt, niſi ex amore? an non ſervilia opera fecerunt, ut amata potirentur? refert quidem Auſonius p. 132. tabulam ſe vidiſſe pictam, in qua mulieres amatrices Cupidinem cruci affigebant, ſed hoc credo fuit Jove nondum barbato, imo addit: *Non hæ de noſtro ſæculo, quæ ſponte peccant; ſed illæ heroicæ, quæ ſibi ignoſcunt, & plectunt Deum.*

20. *Amare juveni fructus e. c. ſ.*] Nempe, ut Zwing. p. 389. *Amor eſt voluptas in juvene; ſcelus in ſene, non voluptas.* Et de hac re agit Seneca II. Controv. 6. Non enim juvenem rugæ, ſenem exporrecta frons decet; nam, ut Seneca in Hipp. verſ. 455.

—— —— *propria deſcripſit Deus*
Officia, & ævum per ſuos ducit gradus.

Et verſ. 480.

Proinde vitæ ſequere naturam ducem.

Præcipuè vero id locum in amore habet, adeo, ut ita judicet Terent. in Adelph. I: II: 20.

Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari, &c.

Nam

Nam paulo post addit:

——— ——— & tu illum tuum si esses homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quam, ubi te exspectatum ejecisset foras,
Alieniore ætate post faceret tamen.

Seni vero non licet, nam tali ut idem in Hecyra 5. I: II.

Non siet peccato ignosci æquom.

Hinc quoque juvenem adulteriis & corruptelis famosum *parcius aut certe cautius indulgere ætatulæ* jubet Claudius apud Suet. c. 16. Nam, ut Menander apud Stobæum serm. LXI.

Νέοις ἔτ' οὖσι τοῦτο προστάττειν πιεῖν.
Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι,
Οὗτοι προσαποτίνουσιν ὥσπερ τοὺς τόκους.

Juvenibus adhuc amori indulgere jubeas, qui vero ad senectutem rem differunt, illi una solvunt juventutis fœnus. Floridum est illud ex Antholog. lib. VII. epigr. 94.

Ἠράσθην. τίς δ' οὐχὶ κεκώμακε; τίς δ' ἀμύητος
Κώμων; ἀλλ' ἐμάνην. ἐκ τίνος; οὐχὶ θεοῦ;
Ἐρρίφθω· πολιὴ γὰρ ἐπείγεται ἀντὶ μελαίνης
Θρὶξ, ἤδη συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης.
Καὶ παίζειν ὅτε καιρὸς, ἐπαίξαμεν· ἡνίκα καὶ νῦν
Οὐκ ἔτι, λῳοτέρης φροντίδος ἁψόμεθα.

Amavi, quis vero nondum lasciviit? quis non initiatus lasciviis? verum insanii, ex quo? non ex Deo? projectus est amor: canus enim instat pro nigro crinis, jam prudentis nuncius ætatis. Et ad lusum cum tempus erat, lusimus; cum & nunc non amplius, meliori cura tangimur. Cum quibus consentit Pindarus apud Athenæum p. 601. Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι, κατὰ καιρὸν μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε θυμὲ πρᾶξιν. Idemque senis jam amator queritur, dicens χρῆν με κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι θυμὲ σὺν ἡλικίᾳ. Namque ut Timon in Sillis,

Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Lepidè quoque Philetærus apud eundem p. 570.

Παῦσαι γέρων ὢν σοῦ τρόπους, οὐκ οἶσθ' ὅτι
Οὐκ ἔστιν ἥδιστον ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα.

Desine, seniles tibi mores sunt, an nescis
Perquam molestum esse vivere simul, ac mori?

Et ibidem Timocles rogat, an hoc dulce sit illi qui jam alterum pedem in cymba Charontis habet,

—— μετὰ Κορίσκης ἢ μετὰ
Χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι.

Unde & Sirach. xxv. 4. inter tria quæ odit, ponit etiam *senem mœchum minima præditum intelligentia*. Nam, cum adolescentia deferbuit, amor vim suam amittit; Et hinc Cic. pro Cæl. p. 500. *Amores autem, & hæ deliciæ quæ vocantur, firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse: maturè enim & celeriter deflorescunt.* Idem quoque ibid. vult dari *aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes adolescentiæ cupiditates*. Sed in senectute *fœdissimam* vocat *luxuriam*. de Off. p. 368.

21. *Amantis jusjurandum p. n. h.*] Notissimum illud Ovid. I. de Arte vers. 635.

Juppiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre Notos.

Et bonum hoc fuit solamen amatori, qui in Antholog. VII. epig. 43. juraverat se per duodecim dies a puella absfuturum,

Ἀλλὰ θεοὺς ἱκέτευε φίλη μὴ ταῦτα χαράξαι
Ὅρκια ποιναίης νῶτον ὕπερ σελίδος.

Et Liban. p. 543. asserit tantum amoris esse dominium, & tam acrem servitutem, ὥστε καὶ ὀμόσας, ἐρῶν, παραβὰς τὸν ὅρκον, δίκην οὐ δίδωσιν. Et p. 552. Οἱ καὶ τὸν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιορκοῦν οὐκ εἶναί φασι δίκας, sed tamen addit, αὐτοὺς ἐξαπατῶντες.

22. *Amantium ira a. i. e.*] Infra vers. 123.

Cogas amantem irasci, amare si velis.

Et

Et verſ. 298.

Ex lite multa gratia ſit formoſior.

Et hac de re totum caput habet Ælian. II. V. H. 21. Huc & facit illud Senecæ, epiſt. 112. *Stomachum illi fecit luxuria, cito tamen redibit in gratiam.* Sicut autem animus levato morbo verè ſentit ſanitatis dulcedinem, ſic prorſus in amore ſe res habet; nam ut eſt in Epiſt. Gr. p. 356. Ὥσπερ δὲ αἱ κακοπάθειαι τοῦ σώματος ἡδείας τὰς ἀναπαύσεις ποιοῦσιν, οὕτως αἱ διαφοραὶ τῶν φίλων οἰκειοτέρας τὰς διαλλαγὰς φέρουσι. Quem locum fere interpretatur Ennodius p. 379. cum dicit: *Et, ſicut hominum mos eſt, gratius habere quod redditur, quam ſi omnino non pereat, dulcior erat concordia, quæ poſt litem revocabatur, & pax, quæ jam pene deſperata contigerat.* Plutarchus p. 764. B. ita concludit: Ὡς δὲ ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μεθ᾽ ὁμίχλην θερμότερος, οὕτως ἔρως μετ᾽ ὀργὰς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένου διαλλαγέντος, ἡδίων καὶ δριμύτερος. *Ut ſol poſt nubes & caliginem cœli calidiores radios mittit; ſic amor poſt iras & zelotypiam reconcilato amaſio ſuavior ſit & dulcior.* In matrimonio autem id ſæpius accidere poteſt; unde Joh. Chryſoſt. in Ep. p. 1167. *Si te accuſet uxor, ne ægrè feras, eſt id amicitiæ, & affectus inflammati, & timoris. Timet enim nequis ſuffuretur ſuum cubile, ne quis in bonorum ſumma ei detrimentum afferat, ne lectum perſodiat.* Verè itaque Horat. II. Sat. verſ. 265.

——— ——— in amore hæc ſunt mala, bellum,
Pax rurſum. ——— ——— ——— ——— ——

23. *Ames parentem ſi æquus eſt; ſ. a. ſ.*] Canorum eſt illud Senecæ teſtimonium, III. de Ben. cap. ult. *Nulla vi verborum, nulla ingenii facultate exprimi poteſt, quantum opus ſit, quam laudabile, quamque nunquam a memoria hominum exiturum, poſſe hoc dicere; parentibus meis parui, ceſſi; imperio eorum, ſive æquum, ſive iniquum fuit, obſequentem ſubmiſſumque me præbui.* Et hac de re egregie quoque diſputat Sirach. c. 3.

Nec tantum parentes, sed & conjugem. Nam apud Euripid. vers. 870. Medæa accusat Jasonem quod ferre impotentiam suam non posset, dicens:

——— ——— τὰς δ᾽ ἐμὰς ὀργὰς φέρειν

Εἰκὸς γ᾽, ἐπεὶ νῷν πόλλ᾽ ὑπείργασται φίλα.

Imo etiam principum & magistratuum delicta aliquando ferenda sunt; Lysimachus certè ab Alexandro ob miserationem Callisthenis ferocissimo leoni objectus, *magno animo, regis, veluti parentis, contumeliam tulit*, ut refert Justinus. Et planè cives filiis comparat Demosth. p. 118. addens; decere εὔχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμονεστάτων τυγχάνειν· φέρειν δὲ τοὺς ὄντας εὐμενῶς. Et Dio Chrysosth. p. 206. Τῶν δὲ, ἐπαναγκαζόντων καὶ ἀπειλούντων κόλασιν τοῖς οὐ πειθομένοις, ἄνδρα οὐ διαφέρειν καὶ δηλοῦν, ὁποῖοί τινές εἰσιν οἱ γονεῖς. Cic. in Verrem. *Si plurimas a tuo prætore injurias accepisses; tamen eas ferendo, majorem laudem, quam ulciscendo, mererere.* Et in eundem: *Sic a magistratibus suis acceperant, tanta Pop. Rom. in Siculos esse beneficia, ut etiam injurias nostrorum hominum perferendas putarent.* Et propter hanc rationem Themistius Pausaniam accusare noluit, ut refert Diod. Sic. p. 269.

24. *Amicis eo magis d. q. n. h.*] Infra vers. 565.

Prodesse qui vult, nec potest, æque est miser.

Unde justa excusatio apud Epict. c. 31. Ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. Τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ᾽ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστιν, οὐ δ᾽ αἱ δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός. *At nihil opis amicis feres? quo pacto istud accipis? non argentum abs te habituri sunt; nec eos in Romanam civitatem adscribes? & quis tibi dixit ea penes nos esse, & non aliena munera? quis vero id alteri præstet, quo ipse careat?* At e contrario qui opulenti sunt, amicis deesse non debent, ut nec in re politica ii qui apti sunt ad Remp. gerendam ea abstinere debent.

25. *Ami-*

25. *Amicitia pares a. a. a. f.*] Longe ante Publium noſtrum dixerat Pythagoras ἰσότητα debere eſſe φιλίαν, ut notat Rittershuſ. ad Peluſ. lib. III. epiſt. 45. qui ex ejus imitatione ἰσότητα φιλότητα habebat. Quod quoque ipſum Suidas jam annotavit. Illud effatum affirmat quoque Cicero in lib. de amicitia p. 428. *Ii qui ſunt in amicitia conjunctioniſque neceſſitudine ſuperiores, exæquare ſe cum inferioribus debent.* Et prolixius Apulejus p. 271. *Amicitiam* ait *ſociam, eamque conſenſu conſiſtere: reciprocamque eſſe, ac dilectionis vicem reddere, quando reclamat æqualiter. Hoc amicitiæ commodo provenit, cum amicus eum quem diligit, pariter ac ſe cupit proſperis rebus potiri. Æqualitas iſta non aliter provenit, niſi ſimilitudo in utroque parilitate caritateque conveniat.* Cujus teſtimonio & illud Senecæ accedat II. de Ben. c. 15. *Cum ſumma amicitia ſit amicum ſibi æquare, utrique ſimul conſulendum eſt.* Imo, ut Horat. ad Piſonem,

Unus amicitiæ ſummos tenor ambit & imos.

Unde Paulinus comiter in aliis rebus ſe minorem agnoſcens, conſtanter affirmat, epig. II. verſ. 39.

—— —— —— ſi jungar amore:
Hoc tantum tibi me jactare audebo jugalem.

Ammian. eleganter libr. XXVIII. increpans veræ amicitiæ in bonis rebus mobilitatem, tenaciorem in malis eſſe ait. verba ejus ſunt digna lectu. *Hoc tamen,* inquit, *fatendum eſt, quod cum omnes amicitiæ Romæ tepeſcant, aleariæ ſolæ, quaſi glorioſis quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & adfectu nimio firmitate plena connexæ: unde quidam ex his gregibus inveniuntur ita concordes, ut Quintilios eſſe exiſtimes fratres.* Inde eſt quod Minucius dicat in princip. dialogi; *Eadem velle, eadem nolle: crederes unam mentem in duobus fuiſſe diviſam.* Quin inde quoque Hieronym. colligit *univerſos, temporis honoris & ejuſdem apud Deum pretii eſſe, uno Chriſti ſanguine redemptos.*

26. *Ami-*

26. *Amicitia semper p. a. e. n.*] Est Senecæ ep. 35. *Nunc enim amas me, amicus non es, quid ergo? hæc inter se diversa sunt? imo dissimilia. Qui amicus est, amat; qui amat, non utique amicus est. Itaque amicitia semper prodest; amor etiam aliquando nocet.* Quem locum ante oculos habuisse videtur mihi Quintilian. dum decl. xv. duplicem Amorem fingit quasi Janum bifrontem, verba ejus prolixiora sunt: *Amoris (si sapientiæ sequamur auctores) antiquissimum numen, & cui se natura debet æternitas, sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus & viribus sacræ charitatis exsultans, ut qui cuncta prisca noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic vero, quo perditis visceribus adhæremus inquieti, lascivientis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis facibusque armatus.* Distinguit quoque inter ipsos amicos Libanius p. 8. dicens οἱ μὲν ἄριστοι τῶν φίλων, ὑδεπώποτε χεῖρας τοῦ χρωμένους ἐποίησεν. *Illi sunt optimi amicorum qui illos non reddunt pejores qui illorum opera utuntur.* Et in tantum procedit Dio Chrys. ut p. 55. dicat: *Amicos quidem absque cognatione utiles esse posse, cognatos autem absque amicitia inutiles esse.* Ἄνευ μὲν γὰρ συγγενείας, οἱ φίλοι χρήσιμοι. ἄνευ δὲ φιλίας, ὐδὲ οἱ σφόδρα ἐγγὺς ὠφέλιμοι.

27. *Amicitiæ coagulum u. e. f.*] Admittamus igitur illud Livii p. 258. *Bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse.* Quia vero apud improbos fides non est, ideo eorum amicitia cito perit, bonorum vero indelebilis, omni tempore manet. Isocrat. ad Demon: Καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας ὐδ᾽ ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. Dio Chrys. eam assimilat harmoniæ, quæ in saltatione, exercitu, & reliquis rebus esse debet, ita scribens p. 51: Οὐδ᾽ ἂν ὕτως τῇ χορηγίᾳ ἢ τοῖς στρατοπέδοις, καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει διαφυλάττοι τὴν εὐδαιμονίαν, ὡς τῇ πίστει τῶν φίλων.

28. *Ami-*

28. *Amici vitia niſi f. f. t.*] Hoc argumentum tractat Seneca III. de ira c. 24. & Iſidor: III. ſentent. c. 44. Quod ut faciamus vult amicorum delicta extenuari Simplicius p. 131. Et lenis quoque hac in parte eſt Horatius I. Sat. III. verſ. 43.

Vellem in amicitia ſic erraremus, & iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire.

Intempeſtivis enim remediis incendimus vulnus, non ſanamus; inſaniendum itaque aliquando eſt cum inſanis, nam ut præclarè Simplic. p. 124. *Etiam boni pædadogi non omnibus puerorum cupiditatibus adverſantur, ſed ſæpè connivent, interdum etiam obſequuntur: quaſi animus ille hujuſmodi affectus non planè poſſit evomere, niſi aliquando iis obſecutus fuerit, & ipſa actione ſaturatus.* Hanc indulgentiam in Baſilio fuiſſe prædicat Nazianz. p. 317. tom. I. his verbis: *Omnino autem, quemadmodum, cum apud nos ageret, multa mea errata pro amicitiæ jure ac præſtantiore lege corrigebat, ſic nunc quoque ſupra nos poſitus facilem ſe mihi exorabilemque præbebit.*

29. *Amici vitia ſi feras f. t.*] Nam bis peccas, & quod peccanti obſequium accommodas, & quia es alter ego. Liban. Lat. apud me in ſcripto p: 3. & 19. Huc reſpiciunt illa Ariſtotelis Ethicor. VIII. c. 10. Μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτοὺς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ διακωλύουσι· τῶν ἀγαθῶν γὰρ, μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν. *Cum enim ſtabiles per ſe ſint* (ſc. amicitiæ ex virtutis admiratione ortæ) *etiam inter ſe mutuo permanent, neque indigent pravis, neque talia ſubminiſtrant: ſed ut ita dicam, etiam prohibent; bonorum ſiquidem eſt, neque ipſos peccare, neque amicis permittere.* Alias conſilium adhibe Demoſthenis p. 401. Μετρία γὰρ δίκη παρὰ τῶν φίλων ἐστὶν, ἂν ἡ δοκῶσι πεποιηκέναι

δει-

δεινὸν, μηκέτι τῆς λοιπῆς φιλίας κοινωνεῖν. *Moderata enim amicorum pœna hæc est, si quid atrocius designasse videantur, ab eorum consuetudine te deinceps segregare.* Laudandus certè Seneca, qui epist. 25. ita ait: *Quod ad duos amicos nostros pertinet, diversa via eundum est; alterius enim vitia emendanda, alterius frangenda sunt. Vtar libertate tota: non amo illum nisi offendo.* Tunc enim quis creditur, non odio hominis id facere, sed quia factum ejus improbat. Ὡς οὐ τὸν ἄνδρα μισῶν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν ἀποδοκιμάζων· ut judicat Plutarch. p. 91. A. Quis vero non miretur habitum Catonis, qui perdere beneficium malebat, quam delictum non castigare: omnibus vero, se uno excepto delicti gratiam facere. Ipsum Plutarchum rursus audiamus, is p. 198. de tam rigido censore hæc profert. Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας, καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, χωρὶς ἑαυτοῦ δοῦναι συγγνώμην. Imitandus itaque ille apud Plautum in Trinum: I: II: 57.

Sed tu ex amicis certis mihi es certissimus,
Si quid scis me fecisse inscitè, aut improbè,
Si id me non accusas, tute ipse objurgandus es.

Nam, connivendo improbitati, eam amare etiam videberis. Sic apud Lacedæmonios si quis amasius deliquisset juvenis, amator adultus puniebatur. Cum quo convenit illud quod dixisse Matthiam Apostolum refert Clem. Alexandr. p. 537. *Si electi vicinus peccaverit, peccavit electus; nam si se ita gessisset ut jubet verbum seu ratio, ejus vitam ita esset reveritus vicinus, ut non peccasset.* Simplicius denique si malum amicum pellas, dicit, cum illo *fugere improbitatem & vitium.* Ad rem uxoriam autem lepide transfert Varro in Fragm. p. 344.

Vitium uxoris tollendum est aut ferendum:
Qui tollit vitium, uxorem commodiorem præstat.

Qui

Qui fert, ſeſe meliorem facit.

30. *Amici vitia noveris n. o.*] Vid. Eraſm. chil. 2. cent. v. adag. 96. Et huc ſpectant verba Chryſ. in Epiſt. p. 1025. *Corrige fratrem ſi præventus fuerit, ſed cum manſuetudine, Dæmonis incurſionem accuſans magis quam animi negligentiam.* Salomon Proverb. XI: 12. *ſtultum* eſſe dicit eum, *qui proximum ſuum deſpicit; virum* enim *qui pollet ingenio, tacere.*

31. *Amicum an nomen h. a. c.*] Si enim ſemper eſſemus felices, non opus haberemus amicis. In hunc ſenſum Quintil. decl. XXVI. *Neſcias an diligat, cujus non habet experimenta niſi ſola felicitas; & ſi vitæ præſtes omnia ſecunda, amicus otioſa res eſt.* Et Tarquinius in exilio demum vidit, *quos fidos haberet amicos, quoſque infidos.* Nam ut præclarè Cic. de Amicitia p. 426. *Coluntur ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. Quod ſi forte (ut fit plerumque) ceciderint: tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum.* Quod non ignoravit Iſocrates, ſcribens ad Demonicum, δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας. Καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας· τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. Quæ Latinè expreſſit Ovid.

Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Laudandus itaque Lucillius ille Longus, quem Tacit. IV. Ann. 3. Tiberio dicit *omnium triſtium lætorumque ſocium, unumque e ſenatoribus Rhodii ſeceſſus comitem.* Ut verè adeo exclamet quidam in Anthologia lib. 1. c. 85.

Πρᾶγμα μέν ἐσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον· εἰσὶ δὲ πολλοὶ
Καὶ χεδὸν οἱ πάντες, μέχρι προσηγορίας.

Amicus res eſt longe difficillima, multi ſunt autem, imo ferè omnes, ore tenus. Quod & agnoſcit Phædrus Fab. 48.

Vulgare amici nomen; sed rara est fides.

Et lepidum in eadem fabula responsum:

Quæso tam angustam talis vir ponis domum?
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam.

Huc respicit Sirach. VII. vers. 7. *Contristantur in re lauta tua inimici tui, cum male tecum agitur, etiam amicus* διαχωρισθήσεται. Nam οὐκ ἐπιγνωσθήσεται ἐν ἀγαθοῖς ὁ φίλος. *In secundis amicus ab inimico discerni non potest.* Sic Dio Chrys. p. 182. notat, non victis neque laborantibus, sed vincentibus & felicibus undique omnia concurrere auxilia. Οὐ γὰρ, inquit, τοῖς ἡττημένοις, οὐδὲ τοῖς κακῶς πράττουσιν· ἀλλὰ τοῖς νικῶσι καὶ τοῖς περιγινομένοις ἁπάντως πάντες ἐθέλουσι βοηθεῖν. Quem autem poëta in Anthologia amicum duntaxat μέχρι προσηγορίας appellavit, hunc idem Sirach. vocat φίλον ὀνόματι μόνον φίλον. i. e. nomen amici non vim obtinentem. Ut itaque verum amicum a falso illo & fictitio dignoscamus, prudens consilium dat Isocrat. ad Demon: Μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. Τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν, μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. Περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. Μὴ τυχὼν μὲν γὰρ, οὐδὲν βλαβήσῃ· τυχὼν δὲ, μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ. *Neque cum damno mores amicorum periclitare, neque sodalium animos velis ignorare; quod ita facies, si egere te simularis, non egens. Communicato cum iis res non arcanas tanquam arcanas. Nam & deceptus nihil detrimenti capies; & voti compos factus mores eorum perspectiores habebis.*

Amicum opimæ res faciunt, tristes probant.] Citat ut Publii Zwinger. p. 176.

33. *Amicum perdere d. e. m.*] Est desumptum ex Senecæ epist. 99. *Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses.* Sirach certe illum cum auro Ophir commutare nollet. VI. 14. Cum quo consentit ille apud Dionem Chrys. qui omnium rerum amicum pre-

pretiosissimam possessionem judicans, præ eo vel regno & opibus carere optabat. Φιλίαν γε dicit μὲν νενόμικεν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ κτημάτων κάλλιστον καὶ ἱερώτατον· οὐ γὰρ οὕτως αἰσχρὸν εἶναι τὸ βασιλεύειν, οὐδὲ ἀκίνδυνον χρημάτων ἀπορεῖν, ὡς φίλων. Justa itaque reprehensio Senecæ in Ep. 99. *Tam molliter tu fers mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses?* Prævidebat enim fore ut hic plane contrarius esset iis, de quibus Justin. p. 48. ait, *Alii fratres, aut filios, aut parentes deflent, cognatos alii, alii amicos cognatis cariores.* Nam ut Noster vs. 125.

Conjunctio animi maxima est cognatio.

Certe in suum commodum hoc avide arripuerunt magistratus provinciales, cum negatum esset uxoribus maritos in provincias comitari: qui apud Tacit. III. Ann. 6. queruntur, *male eripi maritis consortia rerum secundarum adversarumque.*

34. *Amor extorqueri n. p. e. p.*] Hinc apud Liban. p. 41. amore captus dicitur βιασθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸν ἔρωτα δυναστείαν ἀνταίρειν οὐκ εὔπορον. Et tempestive morbo comparans dicit p. 20. δεινὸν ἡττᾶσθαι κάλλους σωμάτων· addens, ἔπειτα μὲν τῆς ὥρας τὴν ἰθαύμασε λήγει νοσῶν. Bene itaque Plautus dixit in Mostell.

Deseret ille ætate & satietate.

Hinc peregrinatione extinguitur, ut ait Philo pag. 1229. Nam ut Zwing. p. 163. *amor non potest subito, vique expelli, paulatim potest elabi.* Quam patientiam cum non haberet mater Papinii, *mortis ejus causa ad ipsam relata est, quod primum repudiata, adsentationibus atque luxu perpulisset juvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret.* ut refert Tacit. VI. Ann. cap. ultimo.

35. *Amori finem tempus n. a. f.*] Cujus impatiens cum esset Octavius, *Pontiam Postumiam stupro cognitam, & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecit*, narrante Tacito. Optime vero hanc rem consideravit Aristoteles Ethicor. VIII. c. 3. καὶ ἐρωτικοὶ δὲ

οἱ νέοι· κατὰ πάθος γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς· διόπερ φιλοῦσι, καὶ ταχέως παύονται, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας μεταπίπτοντες. *Et in juvenibus amatoribus maximum amoris momentum in affectu & voluptate positum est: ideo amant & cessant amare subito, sæpius eo ipso die varii.* Caussam vero cur tempus exspectari debeat, dat Cicero in lib. de Finib. p. 56. *An potest cupiditas finiri? tollenda, atque extrahenda radicitus.*

37. *Amor misceri c. t. n. p.*] Sunt verba Senecæ de servis Ep. 47. *colant potius te quam timeant.* Add. P. Fabrum Sem. 2. p. 62. & ejusdem sententiæ fuit Plautus in Asinaria:

Nolo ego metui, amari malo.

Imo, secundum Senecam in Medea,

Amor timere neminem verus potest.

Est & politicum, cives non amare eum quem metuunt, nam cum intentato falso crimine multi opprimerentur, Ammian. libr. XXIX narrat, factum fuisse per Orientales provincias, *ut omnes metu similium exurerent libraria omnia.* Nam falsa scripta subdebantur & innocentes bonis mulctabantur Palladii & Heliodori artibus. Sed quid hinc fit, nempe sibi ipsis malum tyranni creant, dum metui volunt. Sallustius certe ad Cæs. de Rep. ordinanda, negat *quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat.* Dio Chrys. p. 52. ἔτι δὲ λυπηρότερον, εἰ δεήσεις κοινωνεῖν τοῖς μὴ ἀγαπῶσι· ποία μὲν γὰρ εὐφροσύνη φροσφιλὴς, εἰ μὴ καὶ πάντα παρείη τὰ μέγιστα· ποῖον δὲ συμπόσιον ἡδὺ, χωρὶς εὐνοίας τῶν παρόντων· *Erit tristius si quid communicare debes cum iis, qui amici tibi non sunt; quæ enim lætitia potest esse laudabilis, nisi etiam præcipua adsint? vel quod symposium dulce, absque benevolentia eorum qui adsunt?* Et hinc Siculi Dionisii convivam nec regalis mensa, nec Saliares epulæ tantum delectarunt, quantum *ex summis domorum laquearibus setis nexos equinis & occipitio incumbentes gladios perhorreret.* ut refert Ammian. l. XXIX.

38. *A-*

38. *Amor otiosæ c. s.*] Zwing. p. 170. citat:
Amor otioso causa sollicitudinis.
& similia habet p. 158. & 163. Sed nobiscum facit Liban. p 919. qui dicit ex voluptate & deliciis amorem nasci, καὶ γὰρ ἐξ ἡδυπαθείας ἔρως πέφυκε γίνεσθαι, καὶ τρυφῆς. Unde & Martialis Tuccam deridet, dicens in eum l. x. ep. 13. cum prius recensuisset omnia ejus commoda,

Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ,
Et manet heu lachrymis janua surda tuis:
Urere, nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam, male sit cur tibi, Tucca, bene est.

Citat autem, ut dictum Theophrasti, Rabbelais p. 473.

39. *Amor ut lacryma o. o. i. p. c.*] Desumptum ex Aspasiæ ad Socratem verbis, apud Athenæum,

Τίπτε δεδάκρυσαι, φίλε Σώκρατες; ἦ σ' ἀνακινεῖ
Στέρνοις ἐνναίων σκηπτὸς πόθος ὄμμασι θραυσθεὶς
Παιδὸς ἀνικήτου; τὸν ἐγώ πρᾶον σοι ὑπέστην
Ποιῆσαι. — — — — —

Cur quæso ploras, amice Socrates? an te commovet
Inhabitans pectori tuo tanquam fulmine illisus amor,
oculis
Erumpens inexorabilis pueri, quem redditurum tibi
Cicurem ac mansuetum promisi? — —

In hoc autem campo effundunt se Oratores & Poëtæ, quibus præit Ovidius Automedon ille & Typhis amoris, qui XII. Heroid. ita effervescit:

Tunc ego te vidi, tunc cepi scire quis esses;
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Ut vidi, ut perii, nec notis ignibus arsi:
Ardet ut ad magnos pinea teda Deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant;
Abstulerant oculi lumina nostra tui.

Contractius id Virgilius Ecl. VIII. vs. 41.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Ab aspectu enim amor

Vorat tostas penitus medullas.

ut Seneca in Hipp. Et satis concinne dixerunt Græci ex visu amorem oriri homini.

Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν.

Max. Tyr. quoque novit ex flore corporis oriri, qui oculos intrat, ex oculis in animum dilabitur; primam enim viam qua pulcritudo sese insinuat esse oculos. Verba ejus sunt: ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ, sc. amoris, ἄνθος σώματος ἐρχόμενον εἰς ὀφθαλμοὺς, καὶ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ῥέον· ὁδοὶ γὰρ κάλλους οἱ ὀφθαλμοί. Causam dat Libanius p.919. quia nempe *per oculos principium benevolentiæ & consuetudinis, itemque amicitiæ & desiderii.* Et lepide *consiliarios* ξυμβούλους τοῦ ἐρᾶν vocat oculos Philostratus p. 885. qui idem in hac materia late exspatiatur, nam & p. 905. dicit ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ σύρεις μὴ θέλοντα, ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ χάρυβδις ἀνεῤῥόφα· ἦσαν ἄρα καὶ ἔρωτος πέτραι καὶ ὀφθαλμῶν πνεύματα, αἷς τις ἅπαξ ἐγχεθεὶς, καταδύεται. *Trahis me oculis tuis, & invitum rapis, ut navigantes Charybdis absorbet. Sunt enim & amoris rupes & oculorum venti, quibus quicunque incidit, dissolvitur.* & p.906. regnat in eo genere dicendi Πόθεν μοῦ, inquit, τὴν ψυχὴν κατέλαβες; ἢ δηλονότι ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐρυμνὰ οἱ βασιλεῖς, καὶ τὰ ὑψηλὰ οἱ θεοὶ καταλαμβάνουσιν· οὕτω καὶ ὁ ἔρως τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκρόπολιν οὐ ξύλοις οὐδὲ πλίνθοις, ἀλλὰ μόνοις βλεφάροις τειχίσας, ἡσυχῇ κατὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν εἰσδύεται· ταχέως μὲν, ὡς πτηνὸς· ἐλεύθερος δὲ, ὡς γυμνός. Alibi rursus, τοὺς ὄρνις αἱ καλιαὶ δέχονται· τοὺς ἰχθύας αἱ πέτραι· τὰ ὄμματα τοὺς καλούς. *Aves nidi, pisces scopuli attrahunt; formosos oculi.* Achilles Tatius p. 123. ἡδὲ τῆς θέας ἡδονὴ διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα, τοῖς στέρνοις ἐγκάθηται. *Voluptas quæ in videndo percipitur, per oculos illapsa menti insidet.* Cum itaque oculi nobis tot mala creent, cum teste Quintil. decl. 1. *vitiis nostris in animum per oculos via sit*, faciamus ut pius Jobus, qui dixit c. xxx. vs. 1. *Fa-*

1. *Fœdus pepigi cum oculis meis: & quid advertissem animum ad virginem.* Et admittamus illam Nili admonitionem §. 68. ἀσφάλιζε τὴν ἀκοὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη τῆς κακίας εἰσέρχονται. *Muni auditum & oculos; per illos enim cuncta tela malitiæ ingeruntur.* Imo vel ex Servatoris nostri monitione excidamus illos; quo respexisse videtur Libanius, cum scriberet p. 357. ἐκκόψατε δὴ τοὺς καταράτους ὀφθαλμοὺς, τοὺς προδότας τῆς ἐμῆς ἀνδρίας γενομένους· οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸ κακὸν ἐδέξαντο· καὶ τὸ κάλλος δι' αὐτῶν εἰσρυὲν, τὸν λογισμὸν τὸν ἐμὸν κατεδουλώσαντο· *Excidite exsecrandos oculos, futuros proditores virtutis meæ. hi enim primi excipiunt malum. & pulcritudo per illos impetum facit, rationem autem meam captivam ducunt.*

40. *Angusta tutius c. m. c.*] Imo & lætius. Sirach. XXIX. 29. κρείσσων βίος πτωχοῦ ὑπὸ σκέπην δοκῶν, ἢ ἐδέσματα λαμπρὰ ἐν ἀλλοτρίοις. *potior est vita pauperis sub tecto trabium, quam epulæ splendidæ in alienis ædibus.* Unde Saturninus apud Vopiscum fateri cogitur *Imperatori non cibum pro voluptate esse posse.* Quin impotentiam Damasi epulantis apud Dionysium tyrannum modo inspiciamus, quam refert Savero ad Sidon. p. 168. fatebimur profecto, timorem ejus non vanum fuisse; & præstare paucis contentum esse, quam in magna versari culina.

41. *Animi arbitrio a. s. n. p.*] Zwinger. p. 156. & 162. *Nobis in manu est non incipere amare; ubi coëgeris, jam servus es, nec potes excutere cum velis.* & hinc ille Araspas in Cyropædia Xenoph. p. 116. obstinatum se obdurare amori posse putans, dicit in potestate animi esse amorem τὸ δ' ἐρᾶν ἐθελούσιόν ἐστι. principiis ergo obstare possumus, antequam per longas invaluerit moras.

42. *Animo dolenti nihil o. c.*] Supra vs. 15: *Amans iratus multa mentitur sibi.*

nam ut Seneca in Oedipo

Aeger animus falsa pro veris videt.

Bonum igitur est consilium, quod dat Zwing. p. 106. & 780. *exspectandum donec resideat ægritudo: tum statuendum quid velis loqui aut facere.*

43. *Animo imperabit sapiens s. s.*] Plautus in Trinummo II. 2. 29.

Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod
gaudeas.

Plenis buccis Poëta:

Fortior est qui se quam qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire potest.

44. *Animo virum p. n. o. e.*] Digna profecto sententia, quam cunctæ virgines ante oculos habeant; & vice versa, cuncti juvenes. non enim tot discordiæ domum turbarent; nam hinc quod est apud Juvenalem Sat. VI.

Semper habet lites alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo.

Quantum nempe plumbo aurum præstat, tantum venusta facie formosus animus. Laudanda Hipparche, quæ, ut refert Apulejus p. 229. ed Colv. virgo nobilis Cratetem, pauperem quamvis & gibbosum, sed virtute præstantem, ultro in virum petiit, dicens, *se neque ditiorem maritum, neque formosiorem uspiam gentium posse invenire.* Ea enim vera pulcritudo, quam collatione facta cum corporali, longe præfert Arrian. ad Epictet. p. 80. ed. Wolf. nec enim faciem hominis temperamentum animi semper sequitur: doceat nos Xenophon in Oeconomico p. 835. καὶ πρῶτον μὲν ὅτι προσέκειτο τὸ καλὸς τῷ ἀγαθῷ, ὅντινα ἴδοιμι καλὸν, τούτῳ προσῄειν, καὶ ἐπειρώμην καταμανθάνειν, εἴπου ἴδοιμι προσηρτημένον τῷ καλῷ τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' οὐκ ἄρα εἶχεν οὕτως· ἀλλ' ἐνίους ἐδόκουν καταμανθάνειν τῶν καλῶν τὰς μορφὰς πάνυ μοχθηροὺς ὄντας τὰς ψυχάς. ἔδοξεν οὖν μοι, ἀφέμενον τῆς καλῆς ὄ-

ψεως,

ψεως, ἐπ' αὐτῶν τινα ἐλθεῖν τῶν καλουμένων καλῶν τε κἀγαθῶν· *Ac primo quidem, quod honesti nomen ad bonum adjiceretur: quemcunque honesta facie cernerem, eum adibam, ac dabam operam, ut intelligerem, anne videre possem alicubi bonum cum honesto conjunctum. Verum aliter se res habebat, quod nonnullos videbar animadvertere, forma quidem illos perquam honesta præditos, sed animis pravis. Itaque visum fuit, omissa vultus honesta specie, quendam eorum accedere, qui honesti & boni appellarentur.* Digna quoque sunt verba Sozomeni quæ huc adscribantur, qui postquam virginis cujusdam, apud quam Athanasius septem annos absconditus fuerat, pulcritudinem descripsit, addit, *in ipso etiam ætatis flore pudicam inprimis fuisse & castam: quæ res, etiamsi naturæ adjumentum ei non accedat, afferre tamen ad insignem corporis pulcritudinem solet non parum ornamenti. Nam ut verum dicamus, non ut quibusdam placet, qualia sunt corpora, talem consuesse esse animum. sed ex animi institutis mores corporis effingi solere: & qualem rem quisque forte animo instituat, talem ipsum quoque videri eo tempore, quo eam instituat. Cui quidem sententiæ, nemo certe credo, si modo in eam accurate inquirat, omnino contradicturus est.* Imo, si Juvenali credimus,

—— —— rara est concordia formæ
Atque pudicitiæ. —— ——

Audiamus Apuleji super forma judicium; ille p. 273. inter notas hominis luxuria perditi ponit, non tantum haurire avere omnia genera voluptatis, sed etiam quod *formæ judicio, irrationabili errore distrahitur: ignorans veram pulcritudinem & corporis effœtam & enervem & fluxam cutem deamans, nec saltem coloratos sole, aut exercitatione solidatos, & opacos umbra, vel molles desidia, sed cura nimia modulatos artus magni facit.* Huc facit Comica ista sententia:

Ὡς ἡδὺ κάλλος ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα.

quod recte vertas;

Pulcrum caput cerebrum si habeat.

Sunt tamen quas *candor viri, & proceritas, vultus oculique perpellant*, ut de Clodia Cicero loquitur Cæl. p. 499. ed. Lamb. in quam idem ibidem hoc modo invehitur, *habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causa venit, hinc licet conditiones quotidie legas.* Ad tales diceret Athenæus p. 609. Ὦ πονηρὲ, τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς, καὶ οὐ τῷ νῷ. *oculis non mente nubis.* Sed cedat forma, cedet amor; nec meliores fore puto Argura Nympha, quæ Solemnum ob formam amans, mutata forma amare desiit, ut refert Pausan. p. 229. dicat Zwing. p. 159. non omnibus id contingere, nitimur tamen vel ipsius Thaidis testimonio apud Terent. Heautont. II. 3. 9.

Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt:

Hæc ubi imminuta est, illi suum animum alio conferunt.

Longe aliter amant illi qui præclarissimam illam hominis partem, animam dico, ambiunt: prodeat Plutarchus. is De lib. ed. p. 11. ait τοὺς μὲν οὖν τῆς ὥρας ἐπιθυμοῦντας ἀπελαύνειν προσήκει· τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ἐραστὰς ἐγκρίνειν καθόλου· *Arcendi sunt qui pulcritudinem corporis spectant: animæ autem amatores omnino deligendi.* Cum quo consentiens Apulejus tantam vim ejusmodi amoris esse asserit, ut *nec deformitas corporis talem possit abigere appetitum. Nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: sed cum corpus expetitur, pars ejus deterior est cordi.* Concludamus itaque cum Comico:

Μὴ κρῖν᾽ ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.

Ne judices secundum pulcritudinem sed mores.

45. *Æger animus t p. s.*] Ita est, si animæ tuæ suppedites quidquid cupias, nec coërcere velis appetitus tuos, inimicis tuis ludibrio eris. ut Sirach. c. XVIII. vs. 31. verba ejus sunt emphatica, ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, ποιήσει σε ἐπίχαρμα τῶν ἐχθρῶν σου,

cc

οἱ βασκαίνουσι σε. Inſpice modo Horatium II. Sat. III. vſ. 109.

Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus ulli,
—— —— —— delirus & amens
Undique dicatur merito.

Hortatur nos Plutarch. in lib. De exilio: exilia, ignominias, honorum amiſſiones, contraque coronas, magiſtratus, primum in conſeſſu locum, quæ ut nobis vel gaudium, vel mœſtitiam afferunt, non in ipſorum natura ſita eſſe, ſed noſtro judicio modum iis præſcribi, imo faciliora fieri eo, quo melius tolerantur. Verba ita ſe habent. φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας καὶ ἀρχὰς καὶ προεδρίας, οὐ τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν μέτρον ἔχοντα τοῦ λυπεῖν καὶ εὐφραίνειν, ἕκαστος ἑαυτῷ κοῦφα· καὶ βαρέα καὶ ῥᾴδια φέρειν ποιεῖ.

46. *Animus vereri qui ſcit, ſ. t. i.*] Zwing. p. 783. *qui intelligit periculum, is novit cavere periculum.* Cic. pro Plancio p. 450. *vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.* Et Proverb. XXVIII. vſ. 14. *Beatus ille qui timet ſemper: ſed qui cor ſuum obfirmat, in malum incidet.* Plautus certe in Menæchm. Act. V. ſc. 2. jungit *culpa carere* & *metuere.*

47. *Animus hominis q. i. ſ. o.*] Idem repetit infra.
Quodcunque animus ſibi imperavit, obtinet.

Nam ut Salluſt. c. 51. *ubi intenderis ingenium, valet.* in eruditione præcipue id locum habet. unde Iſocrates Demonicum multa ſciturum dicit ſi avide diſcat. ἐὰν ᾖς φιλομαθής, ἔσῃ πολυμαθής. & pulcra admonitio apud Eccleſ. c. VI. vſ. 33. ἐὰν θέλῃς, τέκνον, παιδευθήσῃ, καὶ ἐὰν δῷς τὴν ψυχήν σου, πανοῦργος ἔσῃ· ἐὰν ἀγαπήσῃς ἀκούειν ἐκδέξῃ, καὶ ἐὰν κλίνῃς τὸ οὖς σου, σοφὸς ἔσῃ. *Si volueris, fili, erudieris, & ſi adhibueris animum tuum, callidus fies. Si libenter audiveris, excipies eam, ſi inclinaveris aurem tuam, ſapiens evades.* circa curas & moleſtias maxime

id obtinet; ad ſpiritualia vero accommodat Joh. Chryſoſth. Ep. p. 145. *quod enim nequiviſti in lege, hoc nunc poteris, recta ſcilicet ingredi, ac nulla pedum offenſione, ſi Spiritus auxilium apprehenderis.*

48. *Annoſus non diu vixit d. f.*] Eſt Senecæ, qui c. VIII. De brev. vitæ: *Non eſt quod quenquam propter canos aut rugas putes diu vixiſſe. Non ille diu vixit, ſed diu fuit.* & idem de ſene mortuo Epiſt. 93. *Non vixit iſte, ſed in vita moratus eſt; nec ſero mortuus eſt, ſed diu.* nempe ut Ovid. ad Liviam,

Acta ſenem probant hæc numeranda tibi.

Cum quo concinit Auſonius p. 55.

Nil ævi brevitate tamen tibi laudis ademptum,
Indole maturus, funere acerbus obis.

qui idem in Epitaphio ſedecennis matronæ p. 92.

—— *meritis anus eſt, ætate puella.*

Hoc unicum ſolatium moriens Alexander habuit, qui apud Curtium IX. 6. ſecurus ſatis ſe gloriæ ſuæ, quam præ vita diligebat, vixiſſe, ait: *Ego, qui non annos meos, ſed victorias meas numero; ſi munera Fortunæ bene computo, diu vixi.* quod & in illo agnoſcit Julianus quum p. 189. Alexandrum glorioſiſſimum judicat, quamvis μινυθάδιον. Imo *non ſolum fortior, ſed etiam ſapientior interdum mortis, quam vitæ eſt cupiditas.* ut judicat Valer. Maximus XIX. 13. quod certe confirmat ille apud Quintilianum in declamatione IV. qui poſtquam deſcripſit ſenectutis incommoda, dicit, *feſtinato exire de ſeculo debeo, dum alacre corpus, dum ſpiritus viget, dum teneor, dum deſideror.* Ad amorem hoc tranſferre videtur Pauſanias p. 225. μόνῳ γὰρ δὴ ἀνθρώπῳ ψυχῆς ἐστιν ἀντάξιον κατορθῶσαι ἐρασθέντα· quod vertunt, *ſed amatoribus longiſſimæ vitæ inſtar fortaſſis fuit fructus is, quem ex amoribus ſuis capere potuerunt.* Illos autem optime vixiſſe, non *qui diutiſſime vixerint, ſed qui modeſtiſſime,* vere judicat quidam in Poët. fragm. p. 330.

Ad gloriam quoque trahit Tacitus, qui de Agricola suo c. 16. *& ipse quidem quanquam medio in spatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum ævum peregit.*

49. *Anus cum ludit m. d. f.*] Vide Erasm. I. IX. 8. Γραῦς βακχεύει. Hinc est quod apud Aristoph. in Concionatr. juvenculæ anus increpitent, dicentes sibi amorem juvenum deberi, illas autem si canos capillos ornarent, & fuco se oblinerent, morti spectaculum facere. verba ejus sunt vs. 898.

—— —— σὺ δ' ὦ
Γραῦ, παραλέλεξαι, κἂν πέτριψαι τῷ
Θανάτῳ μέλημα. — — —

Sed nihilominus apud eundem Aristoph. in Vespis vs. 1357. quis non miretur illas mortis delicias? ubi in hunc modum chori cantant:

Ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς, ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
Ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαισιν·
Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον, ἄνδρες μαχιμώτατοι·
Πρὶν ποτ' ἦν πρὶν ταῦτα· νῦν
Δ' οἴχεται γε· κύκνου τε πολιώτεραι δὴ
Αἵδ' ἐπανθοῦσι τρίχες.
Ἀλλὰ κἀκ τῶν λειψάνων
Δεῖ τῶνδε ῥώμην νεανικὴν ἔχειν· ἐγὼ
Τοὐμὸν νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολ-
λῶν κικίννους νεανιῶν,
Καὶ σχῆμα, κεὐρυπρωκτίαν·
Strenui fortesque eramus in choreis antehac,
Inque bello valentes:
Ac proinde ex unica hac virtute pugnacissimi,
Sed fuerunt hæc prius:
Nunc quidem exoleta sunt, magisque cygno
Albicant nobis pili,
Sed tamen quod reliquum est
Ævi, juventæ muniamus robore,

Præ-

Præstantiorem nam meam duco senectam
Quam puberum cincinnulos
Et schema, latum & podicem.

Sed prudentior fuit Sophocles Poëta; *hic ætate grandævus, interrogatus, nunquid adhuc feminis misceretur, negans, id adjecit, quod gauderet harum amorem, ut rabiosum quendam effugisse dominum & crudelem:* prout de eo notat Ammian. p. 353.

50. *Aperte mala c. e. m. t. d. e. b.*] Interpretatur hoc Taubmann. in Plauti Trin. 1. 2. 25. & Zwinger. p. 507. *fucatum & fraudulentum est animal mulier, eaque minime noxia cum palam est mala.* & p. 513. *mendacem & dissimulatricem cum Hesiodi inope* vocat. & addit, *quisquis fœminæ credit, credit furi & impostori.* Audiamus Euripidem apud Stob. Serm. 71. qui sæpe eas traducit, adeo ut osor mulierum audiat. palam ipse profitetur,

Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δέ γε πλέον,
Ἥ τις πονηρὰ τὰ ἔργ' ἔχουσα εὖ λέγει.
Omnes quidem odi mulieres, maxime vero ex omnibus,
Quæ male quum agat, bene dicit.

Et ibidem Menandrum, maxime timentem mulierem cum bene loquitur.

Ἐστὶ δὲ γυνὴ λέγουσα χρήστ' ὑπερβάλλων
φόβος.

nam ut infra vs. 250.

Gravius malum omne est quod sub aspectu latet.

quia & pessimi sunt inimici clancularii; hinc apud Gellium l. xv. Cœcilius inimicos pessimos vocat eos, qui, fronte hilaro, corde tristes sint. & Suidas in voce ἄξιος citat ex Sophocle, mulierem iracundam, itemque virum caveri facilius posse, quam hominem taciturnum.

51. *Arcum intensio f. a. r.*] Plane translatum ex eo, quod est apud Plutarch. p. 792. τόξον μὲν γὰρ (ὥς φασιν) ἐπιτεινόμενον, ῥήγ-

ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ, ἀνιεμένη. Rationem dat Stobæus p. 373. qui, ubi dixit corporis habitum ex otio corrumpi, addit ἡ δὲ ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης κινήσεων οὐσῶν, κτᾶται τε μαθήματα, καὶ σώζεται, καὶ γίνεται βελτίων· ὑπὸ δὲ ἡσυχίας, ἀμελετησίας τε καὶ ἀμαθίας οὔσης, οὔτε τι μανθάνει· ἅ τε ἂν μάθη, ἐπιλανθάνεται. Et hinc dissuadens otium Chrysosth. Ep. p. 369. addit, ὅλη γὰρ διόλου συντίτακται πρὸς τὸν ἐπίπονον βίον ἡ ψυχή· *Omnis enim semper ad laboriosam vitam constituendus est animus.* Et lepide Apulejus p. 246. quum agit de tribus tantum crateribus à sapiente bibendis, addit *Musarum cratera, versa vice, quanto crebrior, quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem.* Et Cic. de senect. p. 410. acuendam continue vim animi esse dicit. verba ejus ita sonant; *nec vero corpori soli subveniendum est, sed etiam menti, atque animo multo magis, namque hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute.* Et huc respexit Poëta ille in Anthologia. l. III. c. ult. Ep. 27.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τινὶ ἐλέχθη,
Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.

Non equidem vanum istud verbum mortali cuipiam dictum est, frangi laxatum sapientiæ arcum. Idque exemplo Theophrasti confirmat, qui

—— —— ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας· εἶτ' ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

Quin & Isocrates p. 3. dicit *virtutis possessionem, desidiam in vitio ponere, laborem laudi sibi ducere.* Τὴν τῆς ἀρετῆς κτῆσιν τὸν μὲν ὄκνον, ψόγον· τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγεῖσθαι. Et idem p. 467. veras animi remissiones non in ignavia positas novit, sed constare ait *recte factis & tolerantia laborum. Danda est tamen omnibus aliqua remissio: quia nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem.* ut suadet Quintilian. in Inst. p. 20. Nec ipse Plutarchus inficias ibit, aliquando otium esse ne-

necessarium : imo p. 9. condimentum laboris vocat, nec in animatis tantum, sed & in inanimatis, adeo ut vel arcum quo fortius intendas, dissolvi necesse sit aliquando. ita verba ipsius se habent. Ἡ ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμά ἐστι· καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ζώων μόνων τοῦτο ἴδοι τις γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων· καὶ γὰρ τὰ τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν ἵνα ἐπιτεῖναι δυνηθῶμεν. Cum quibus consentit illud Senecæ Epist. XXIX. *Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est , sed ad jocos revocanda.* Ad labores tamen cito revertendum est, namque ut Ovidius V. Trist. XIII.

—— ingenium longa rubigine læsum
Torpet, & est multo quam fuit ante minus.

52. *Ars non ea est q. a. e. c. v.*] Sumptum est ex Senecæ Epist. XXIX. *Non est ars quæ ad effectum casu venit.*

53. *Aspicere oportet q. n. p.*] Est Senecæ III. de Ben. c. 2. *Ita quidquid frequens cogitatio exercet ac renovat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod non sæpe respexit.* Sed maxime ii, quibus multa & varia est supellex, nec ea cum opus est, uti, neque scire possunt, an omnia sint iis integra. Verba sunt Xenophontis lib. V. de adm. domest. τοῦτο σοι ἐπιδεικνύω, τοὺς μὲν πάνυ πολλὰ καὶ παντοῖα κεκτημένους ἔπιπλα, καὶ τούτοις, ὅταν δέονται, μὴ ἔχοντας χρῆσθαι, μηδὲ εἰδότας, εἰ σῶά ἐστιν αὐτοῖς, καὶ διὰ ταῦτα πολλὰ μὲν αὐτοὺς ἀνιωμένους, πολλὰ δὲ ἀνιῶντας τοὺς οἰκέτας. Imo vel tenuissima sit supellex, aspicere oportet ne perdas : nam ut Horat. I. Epist. VI. vs. 45.

Exilis domus est, ubi non & multa supersunt,
Et dominum fallant, & prosunt furibus.

Et pulcre ad libertatem hoc transfert Tacitus, quam si simulata pace retinere te putes, minime teneas ; ita enim de morib. Germ. cap. XI. *In latere Chaucorum, Cattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt, idque jucundius quam tutius fuit,*

quia

quia inter impotentes & validos falso quiescas ; ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.

54. *Avaro quid mali o. n. u. v. d.*] Non solum ob curas & pauperem animum ; sed ob conscientiam noxiam, quia per scelera fere factus dives, sicut fur. *Nam qui furatur, dum ad opulentiæ simulacrum, ut rem appetendam fertur, rem fugiendam tali opulentiæ adhærentem, quæ animum cum primis injurium facit, neque novit, neque veretur.* ut notat Simplicius p. 18. Et hinc Chrysostomus istam materiam tractans in Epist. p.440. ostendit multo miserius agere divitem quam pauperem.

55. *Avarum facile capias u. n. s. i.*] *Profecto non tam perspicue istorum maleficia videremus, nisi ipsos cœcos redderet cupiditas & avaritia & audacia*, verba sunt Ciceronis pro Roscio. p.30. Facile itaque capiuntur, nam, ut Seneca in Thyeste vs. 287.

— —— — sed quibus captus dolis
Nostros dabit perductus in laqueos pedem?
Inimica credit cuncta. Non poterat capi,
Nisi capere vellet. regna nunc sperat mea.

Zwinger. p. 997. interpretatur : *facile capies & mancipabis muneribus, nisi sis ipse quoque avarus.* Et 993. ait, *muneribus facile occœcabis, aut saltem persuadebis.* Adde Stobæum serm. 11. ex Democrito *pessimum inimicorum genus laudantes.* Et hinc apud Tacitum III. Annal. 3. judices noscentes avaritiam Tiberii, & circa alienam pecuniam diligentiam plurima bona Pisonis damnati fisco adjudicarunt, quo motus princeps avarus alioquin, filio ipsius ea concessit.

56. *Avarum irritat n. s. p.*] Avaritiam hoc modo definit Asterius p. 33. *Est*, inquit, *non solum pecuniæ cæterorumque bonorum cupiditate fervere & ferri, præsentiaque aliis insuper cumulare velle ; sed, universe loquendo, qualibet in re plus quam par est aut adest,*

cupere

cupere & affectare. Tantalorum illorum perpetuam sitim pulcre describit Claudianus & copiose 1. Ruff. vers. 103:

Non Tartessiacis illum satiaret arenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum,
Ardebit majore siti.

Et vers. 183.

Ac veluti innumeros amnes accedere Nereus
Nescit, & undantem quamvis hinc hauriat Istrum,
Hinc bibat æstivum septeno gurgite Nilum,
Par semper, similisque meat: sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit.

Et denique vers. 196.

Quo vesane ruis? teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur solium Crœsi, Cyrique tiaræ,
Nunquam dives eris, nunquam satiabere quæstu.
Semper inops quicunque petit.

Talem quoque hominem graphice depingit Lucian. tom. 1. p. 67. Et Ammianus lib. XVI. describens delatorum rapacitatem, ait, *inflabant itidem has malorum civilium buccinas potentes in regia; ea re, ut damnatorum petita bona suis accorporarent, essetque materia per vicinitates eorum late grassandi.* Recte quoque eos Xenophon p. 886. assimilat iis, qui multa edentes non tamen implentur. Verba ejus sunt, ὅμοια μοι δοκοῦσι πάσχειν, ὥσπερ εἴ τις πολλὰ ἔχων, καὶ πολλὰ ἐσθίων, μηδέποτε ἐμπίπλαιτο. Sed licet fruantur iis, postquam tamen mortui erunt, nihil secum portabunt Acheruntis ad undas. Audiamus Chrysostomum Ep. p. 132. *Quod si etiam assequantur qui persequuntur, non erit magnus quo fruentur fructus. Nam simul cum vita præsenti dissolvuntur illa omnia.* Sed nec vivi etiam satis felices sunt, inspice Basilium p. 312. *Quanam igitur voluptate*

hic

hic perfruetur? quod opibus multis abundet? sed scilicet ea res non patitur delectatione illum capi. nam tantisper dum aliarum rerum, & earum majorum, cupiditate tenetur, intenditur cruciatus.

57. *Avarus damno p. q. s. d.*] *Nam sapiens non cruciatur damnis rerum, sed is qui magnificat pecuniam.* ait Zwinger. Et hinc Ausonius p. 125. dicit de prædio sibi a patre moriente relicto:

Eheu nolueram tam cito posse frui.

Contra stulta apud Libanium p. 810. avari illius filium abdicantis oratio; *Ferendus esses*, inquit ad filium, *si ferires, si me opulentum fecisses; gauderem te mihi salapittam alapamve imprimente, & per contumeliam deridente. quin omnia propter aurum mediocria tolerandaque mihi essent.* Inde Cassiodor. IV. ep. 10. *sola detrimenta cogitant, qui pudicis fecere jacturam.* Sic sunt qui maluere perdere pecuniam quam vere jurare. Sed forte legendum est *ignominia sapiens dolet;* vel *sanna dolet;* imo *fama dolet;* imo *ignominia.*

59. *Avarus nisi cum moritur n. r. f.*] Sic sus. Zwing. p. 978. Nam tum demum permittit alios suis opibus frui. Sed tunc delectantur hæredes, & quod ille corrasit suum defraudans genium, aliis corrasit, & bona ejus nepotinis aliorum sumptibus sæpe perduntur. ut scribit Sirach. XIV. 4. verba ejus sunt, ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ συνάγει ἄλλοις, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ τρυφήσουσιν ἕτεροι.

60. *Audendo virtus crescit t. t.*] *Quippe quum primas spes fortuna destituit; futura præsentibus videntur esse potiora.* ut habet Curtius lib. IV. c. 1. *Ardorem* autem *intervallatis intepescere moris*, dixit Ammian. lib. XXXI. Et hæc fuit ratio, cur Alexander ob multitudinem hostium periculosius putabat differre bellum, nempe *ne desperatio suis cresceret*, ut refert Justinus p. 844. Quin & apud Tacitum I. Histor. c. ult. Otho aspernatur

natur omnem cunctationem, *ut Neroni quoque exitiosam.* Val. Flacc. IV. 274.

Ardoremque viri, paulatim insurgere, ferro
Incitat, & summos manibus deducere cæstus.

Addi huc possunt exempla ducum, qui recenti impressione suis victoriam comparaverunt.

62. *Avidum esse o. n. m. s.*] Eleganter Cicero p. 415. *Avaritia vero senilis quid sibi velit non intelligo: potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?*

63. *Aut amat, aut o. m. n. e. t.*] Caussam dat Zwinger. p. 507. *Mulier*, inquit, *nimis est vehemens in utramque partem, animal affectibus obnoxium.* Non etenim statim ad extrema est abeundum, sed media via teneri debet, ita ut Horatius I. epist. XVIII. vs 9. *virtutem* dicat *esse medium vitiorum, & utrimque reductum.*

64. *Auxilia humilia firma c. f.*] *Concordia parvæ res crescunt* dicit Sallust. in Jugurt. c. 10. & Tacit. c. 10. in vita Agricolæ judicat *commune periculum concordia propulsandum.* nam ut Homerus

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν.

Talem exercitum *consociatum* vocat Ammian. l. XXIV. Innuere autem hoc voluit Æsopus in fabula de tribus tauris & leone; & demonstravit Moraviæ princeps Sphedoplocus, qui fasciculum virgarum filiis tradens, cum frangere non possent, dissolutas singulatim dedit, ita eos ad concordiam admonens. ut refert Constantinus de Imperii administr. p. 126. Imo etiam ignavorum robur collatum magnum aliquid potest. notat enim Tacitus III. Annal. 4. *vexillum veteranorum quingentos numero ejusdem Tacfarinatis copias, quas ante plures numero fugerant, aggressos fudisse.*

65. *Bene vulgo audire e...p*] Infra vs. 566.

Probo bona fama maxima est hereditas.

Apulejus p. 223. *Cum sit arduum & oppido difficile, vel modica*

paucorum exſpectationi ſatisfacere ; præſertim mihi, cui & ante parta exiſtimatio, & veſtra de me benigna præſumptio, nihil non quidquam ſinit negligenter ac de ſummo pectore hiſcere. Et p. 305. *Enimvero bonus & innoxius quiſque rudes & imperitas aures ad male audiendum habens, & laudis aſſuetudine quanto contumeliæ inſolens, multo tanto ex animo laborat, ea ſibi immerito dici, quæ ipſe poſſit aliis vere objectare.*

66. *Bene cogitata ſi e. n. o.*] Intelligo de iis qui dicunt, habebam quædam quæ tibi dicerem, ſed non jam occurrunt; ſi enim ſerio & ex animo cogitavit, non occidunt. Exponas etiam licet, ſi forte, caſu, temere excidunt, tamen non pereunt, inveniuntur qui excipiant. Sic Ælian. lib. IX. V. H. c. 41. notat tum demum Pauſaniam revocaſſe illud monitum Simonidis μέμνησο ἄνθρωπος ὤν in mentem cum in Minervæ æde miſere ipſi pereundum eſſet, & fame urgeretur. Sic & Crœſus Solonis recordatur. Poteſt etiam exponi, bona conſilia ſi ſemel rejiciantur, tamen poſtea ad ea recurri. Mica de menſis Deorum ſi cadit non occidit. Hinc & Herodotus p. 442. magnum lucrum eſſe dicit bonum conſilium, cui etiamſi reſiſtatur, manere tamen illud nihilominus bonum, ſed victum tantummodo a fortuna. Verba ejus ſunt, τὸ γὰρ εὖ βουλεύεσθαι, κέρδος μέγιστον εὑρίσκω ἐόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναι τι θέλει, βεβούλευται μὲν οὐδὲν ἧσσον εὖ, ἕσσωται δὲ ὑπὸ τῆς τύχης τὸ βούλευμα. Et plane ut Publius noſter, quondam dixit Euripides in Oreſte vſ. 911.

Ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεὶ,
Κἂν μὴ παραυτίκ' αὖθις εἰσὶ χρήσιμοι.

Qui in animo ſuo bene ſemper conſulunt, ſi non ſtatim, aliquando tamen erunt utiles. Et hinc Libanius p. 563. πέφυκε γὰρ τὸ δαιμόνιον τοῖς ἐπιτηδεύουσιν ἀρετὴν, κἂν λήθην τινὰ πρὸς βραχὺ λάβοι, ἐν ἑαυτῷ πάλιν ἀνακαλεῖσθαι τὴν εὔκλειαν. *Innatum divinitus eſt virtutem operantibus, etiamſi*

oblivio quadam brevis intercedat, revocare tamen gloriæ appetitum.

67. *Bene dormit, qui n. ſ. q. m. d.*] Infra vſ. 77. *Bene perdis gaudium ubi dolor pariter perit.* Monet quoque Nazianz. tom. 1. p. 154. *Non omnibus in rebus vincere ma'e cupiatis, ſed in quibuſdam etiam honeſte vinci æquo animo feratis.* Eſt ſimile ei illud Ennii apud Cic. de Finib. lib. II. *nimium boni eſt cui nihil eſt mali.*

Benefacta male locata, malefacta arbitror.] Digna ſententia quæ hic inſeratur, eſt autem Ennii apud Ciceronem II. de Off. & bene conſiderat Stobæus p. 276. οἱ δαπανῶντες εἰς ἀναξίους, δι' ὧν ἐχρῆν θεραπεύεσθαι τοὺς ἀξίους, τρισὶν ἀτόποις ἐνόχους ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσιν· ἐζημίωσαν ἑαυτοὺς, ἐνύβρισαν τοὺς χρηστοὺς, τοὺς φαύλους ἐνίσχυσαν, ὕλην ἁμαρτιῶν χορηγήσαντες. *Qui conferunt bona in indignos, quæ melius erat dignis miniſtrari, tribus peccatis obnoxios ſe oſtendunt, ſe ipſos ſpoliant, bonos contumelia afficiunt, malos corroborant, materiem peccatorum præbentes.* Unde & Alexander dicebat æque peccari dando indignis, quam non dando dignis, & Græce verba ejus apud Stobæum eundem p. 277. ſunt, τῆς αὐτῆς ἁμαρτίας εἶναι τὸ διδόναι οἷς μὴ δεῖ, καὶ τὸ μὴ διδόναι οἷς δεῖ. Ratio eſt, quia nulla grati animi ſigna dat, imo pernicioſum id tam eſt, quam colubrum ſinu fovere. idem Stob. p. 278. ὄφιν τρέφειν, καὶ πονηρὸν εὐεργετεῖν, ταυτόν ἐστιν. οὐδετέρου γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ. Pulcre autem Iſocrates ad Demonicum, poſtquam dixit bonis eſſe benefaciendum, negat in malis locum habere, aſſimilans eos alienis canibus, qui, eos ſi paſcas, & te & quoslibet allatrabunt; verba ejus ſunt, τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν· ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας, ἀδικοῦσιν. Huc quoque reſpiciunt verba Sirach. c. XII. vſ. 6. & 7.

Ἐμ-

Ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους σου, καὶ μὴ δῷς αὐτῷ, ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σε δυναστεύσῃ· διπλάσια γὰρ κακὰ εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, οἷς ἂν ποιήσῃς αὐτῷ. *Impedi panes tuos & ne illi des, ne per hos te potentior evadat: siquidem duplicia mala consequeris pro omnibus beneficiis quæ illi præstiteris.* Et hæc ad hanc sententiam; quam ceu Publii citat Rittershus. ad Salvianum p. 134.

68. *Beneficia donari aut m. a. s. p.*] Vide effatum Hesiodi apud Zwinger. p. 140. Bene autem id consideravit Macedoniæ Rex Archelaus, qui aureum poculum in cœna petenti cuidam, cui nil pulcrum nisi accipere videbatur, negavit, & Euripidi non petenti dari jussit, ita præfatus: Σὺ μὲν αἰτεῖν ἐπιτήδειος εἶ, καὶ μὴ λαμβάνειν· οὗτος δὲ, λαμβάνειν καὶ μὴ αἰτῶν. *Tu quidem ad petendum vales, non ad accipiendum, ille autem ad accipiendum, etiam non petens.* qua de re judicium suum interponens Plutarchus, recte fecisse ait, & hæc ejus verba adjecit, ἄριστα δὲ διδόναι, καὶ χαρίζεσθαι κύριον τὸ κρῖνον, ἀλλὰ μὴ τὸ δυσωπούμενον. *Rectissime judicio donandi arbitrium non inepto pudori se deferre.* Ita etiam illi qui mutuo aliquid acceperunt, reddere obliviscuntur, donatum putantes, & ut Sirach. loquitur XXIX. 4. ὡς εὕρημα ἐνόμισαν δάνειον, i. e. quasi *lucrum* esset, quæ eadem verba habet Stobæus, addens, καὶ παρέσχον κόπους τοῖς βοηθήσασιν αὐτοῖς. *Dolorem creabant auxiliatoribus suis.* Quod certe iniquissimum est, cum fœnore enim reddenda sunt beneficia.

69. *Beneficia p. r. q. s. r.*] Nam ut Zwing. p. 299. *quos experimur gratos, in hos majora conferimus.* quo pertinet illud Stobæi p. 278. ex Isocrate & Menandro, Λαβών τι παρά τινος, εὐθὺς ἀπόδος, ἵνα πάλιν λάβῃς. *Quod ab aliquo accepisti, mox redde, ut iterum accipias.* Unde vere Sophocles in Ajace gratiam semper parere gratiam dicit.

70. *Beneficii nunquam cita d. o.*] Seneca I. de Ben.

 c. 4.

c. 4. *Docendi ſunt libenter accipere, libenter reddere, & magnum ipſis certamen proponere, eos quibus obligati ſunt re, animo non tantum æquare, ſed vincere.* Invidioſiſſima autem eſt exprobratio beneficii, nam ut Cic. de Amicitia, p. 428 *Odioſum ſane genus hominum, officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.* Itaque is qui contulit, quaſi non meminiſſe debet, is vero, qui accepit, ſemper in animo habere, ut alter ſit magnanimus, alter honeſtus & utilis; quo reſpiciunt verba Demoſth. p. 351. A. Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα, δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον· τὸν δὲ ποιήσαντα, εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. εἰ δεῖ τὸν μὲν, χρηστοῦ, τὸν δὲ, μὴ μικροψύχου ποιεῖν ἔργον ἀνθρώπου. Minime autem is, in quem beneficium collatum eſt, ejus immemor eſſe debet, ut erat nequam ille Philippi paraſitus Cliſophus, quem Athenæus p. 248. D. refert: increpitum a rege quod ſemper aliquid peteret, dicere ſolitum fuiſſe: ἐπιλανθάνομαι. Seneca autem epiſt. 81. pronunciat, nihil eſſe miſerius eo, *cui beneficia excidunt*, iis enim plerumque hærere ſolent injuriæ, *torquet* etiam *ingratus ſe, & macerat: odit quæ accepit, quia redditurus eſt, & extenuat:* at contra is, qui dedit beneficium, *non obliviſcitur per negligentiam, ſed volens.* Grati autem animi ſignum præbuit ille apud Terent. in Phormione Act. III. ſc. 3.

A. *Itane hunc patiemur, Geta,*
Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjuvit comiter?
Quin cum opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?
G. *Scio equidem hoc eſſe æquum.*

Sed mutuum illud amicitiæ certamen optime exprimit Cic. de Amicit. p. 428. *Amicorum quoque & ſodalium in vita conſuetudine ſummam benevolentiam conſequetur, qui illorum in ſe obſequia majora, præſtantioraque*

que putabit, quam illi, sua vero in illos beneficia minora quam ipsi existimabit.

71. *Beneficium accipere l. c. v.*] Hanc causam esse notat Cic. de Off. p. 384. *Cur ii, qui se locupletes, honoratos & beatos putant, ne obligari quidem beneficio velint.* Et certe inferior, ubi a superiore quid petit, dominum eum sibi constituit, & turpe servitutis jugum sibi ipsi imponit, quod ita Græcè extulit Xenophon: p. 729. Νομίζων τὸ παρὰ τοῦ τυχόντος χρήματα λαμβάνοντα, δεσπότην ἑαυτοῦ καθιστάναι, καὶ δουλεύειν δουλείαν οὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν. Hinc sequitur quod Chrysost. dicit Ep. p. 245. *Nihil adeo videri hominibus turpe, atque ab aliis accipere.* Hinc pudor oritur, quem optime describit idem p. 182. *Atqui nos quoties alicujus impensa educamur, erubescimus sane, remque adumbrantes, dissimulamus.* Nec pudore minor indignatio, quam præ se fert etiam Bocchus apud Sallust. in oratione ad Sullam: *Nunquam ego ratus sum fore, uti rex maxumus in hac terra, & omnium, quos novi, opulentissimus, privato homini gratiam deberem. Et Hercule, Sulla, ante te cognitum, multis orantibus aliis ultro egomet opem tuli, nullius indigui.* Sed vividissimis coloribus & Apelleo penicillo depingit istam invidiam Xenophon in persona Cyaxaris, cujus ad Cyrum oratio tota huc pertinet; nos pauca delibabimus. Ait itaque lib. v. p. 145. Ἀλλ᾽ ὦ Κῦρε, ὡς μὲν ταῦτα, ἃ σὺ πεποίηκας, καλά ἐστιν, οὐκ οἶδα ὅπως χρὴ λέγειν· εὖ γε μέν τοι, ἔφη, ἴσθι, ὅτι ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷα ὅσῳ πλείω φαίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμὲ βαρύνει. Τήν τε γὰρ χώραν, ἔφη, ἐγὼ ἂν τὴν σὴν ἐβουλόμην τῇ ἐμῇ δυνάμει μείζω ποιεῖν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐμὴν ὑπὸ σοῦ ὁρᾶν οὕτως αὐξανομένην. Σοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ποιοῦντι καλὰ, ἐμοὶ δέ γε ἐστί πη ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα, καὶ χρήματά γε ἐγὼ ἂν σοι δοκῶ ἥδιον οὕτω δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ὧν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως. Τούτοις γὰρ πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ μᾶλλον αἰσθάνομαι, οἷς πενέστερος γίγνομαι, &c.

Nescio qui dici possit, Cyre, ea quæ fecisti, mala esse. Verum scire te volo, hæc bona ejusmodi esse, ut quanto plurium speciem habent, tanto magis mihi sint oneri. Nam malim equidem ditionem tuam copiis meis ampliorem facere, quam videre tali modo abs te augeri meam. Quippe tibi hæc gerenti honesta & laudabilia sunt, mihi quodammodo ignominiæ notam inurunt. Etiam opes tibi me donare malim, quam abs te accipere, quæ tu nunc mihi tribuis, &c.

72. *Beneficium dando a. q. d. d.*] Infra verf. 568.

Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.

Et 611.

Quicquid bono concedis, das partem tibi.

Plane autem Syri nostri sententiam non modo, sed & verba expressit Phalarides epist. XVII. Οὐ διδόναι χάριτας οἴομαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. Tales *dato beneficio magis gaudere, quam alios accepto*, dixit Seneca ep. 81. Et lib. 1. de Clem. c. 7. dicit eos verè nos obligare & maximè, *qui accipere se putant beneficium, cum dant.* Hinc Isocrates bonis benefacere jubens, beneficium apud honestum virum collocatum, præclarum thesaurum vocat; verba ejus sunt p. 15. Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει, καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ, χάρις ὀφειλομένη. Cum quo consentit apud Plautum ille in Trucul. act. II. sc. IV. verf. 73.

Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea;
Ubi quippiam me poscis.

Simplicius quoque p. 70. agens de Diogene Cratete & Zenone, pauperes eos quidem fuisse notat; sed tamen nullius rei indigentes, *quis enim* ait *talem virum æquo animo non alat? quis non accipere se potius quam dare beneficium existimet?* Et huc faciunt illa Polybii p. 429. B. Ὥστε μὴ μόνον λαμβάνειν δωρεὰς ὑπερβαλλούσας, ἀλλὰ καὶ χάριν προσοφείλειν αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι. *Ut non tantum*

tantum acciperent maxima dona, sed dantium beneficium bene apud illos collocatum esset. Addi potest Libanius; qui & ipse quidem tale beneficium ut lucrum considerat; is namque p. 93. B. in encomio Justitiæ, ait, *se arbitrari, etiamsi prædones, in quos incidissent, facultates eripuissent, fore, ut multi ipsis tot & plura restituerent: hanc largitionem deputantes in lucro.* Et Cassiodorus, qui lib. IV. ep. 24. ait: *In lucrum cedunt, quæ benemeritis conferuntur. Et de ipso munere magis acquiritur, quum optimis digna præstantur.* Et x. 15. *Non est enim dubium, meliora recipere, quos contingit justa præstare.* Pertinent quoque huc verba Plutarch. in lib. de sui laude: p. 542. Οἱ ἀγαθοὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμῶντες, ἀναμιμνήσκουσιν αὑτῶν πρὸς τοὺς συνειδότας. Ὥστε εὐθὺς ἐπιφωνεῖν, Σὺ γὰρ ὁ τοιοῦτος; *boni dum bonos honorant, sui ipsorum memoriam renovant apud eos qui virtutis eorum sunt conscii, ut statim acclament: Quasi vero tu non sis talis.* Transfert autem hæc ad sanctiora Philo p. 233. *Si Patrem, creatorem mundi honore dignaberis, ipse beneficium accipies.*

73. *Beneficium dignis u. d. o. o.*] *Arduum quidem est cunctorum desideriis satisfacere, sed novit divinitas magna præstare.* inquit Cassiod. XI. ep. 2. Itaque Cicero Marc. p. 567. illum vere fortunatum pronunciat, *cujus ex salute non minor pæne ad omnes, quam ad illum ventura sit, lætitia perveniat.* Et ostendit id Chrysosth. Ep. p. 1323. *Etiam usu venire in iis, qui sunt affecti beneficio, etiam illos qui non sunt affecti laudare, sicut qui sunt affecti, & in admiratione habere eum qui affecit.* Qui omnes id ex Isocrate petisse videntur, qui cum p. 995. dixisset nihil suavius esse vel utilius, quam fideles simul, & utiles amicos parare beneficiis, addit: Καὶ τοὺς τοιούτους εὖ ποιεῖν, ὑπερῶν πολὺ, καὶ τῶν ἄλλων χάριν ὑμῖν ἕξουσιν. i.e. *Si talibus bene feceris, etiam alii tibi inde gratiam habebunt.* Nam, ut

Zwing. exponit, p. 304. *Tuo beneficio bonus in cæteros omnes utitur.* Malè autem is hanc ſententiam interpretatur p. 308.

74. *Beneficium qui d. n. i. p.*] *Non debet uti beneficiis aliorum, qui ipſe dare neſcit beneficium*, ait Zwinger. p. 297.

75. *Beneficium qui d. ſ. d. p.*] Seneca II. de Ben. c. XI. *Non eſt dicendum, quod tribuerimus. Qui admonet, repetit. Non eſt inſtandum, non eſt memoriæ revocandum: niſi ut aliud dando, prioris admoneas.* Nam, ut Zwing. p. 335. *Commemoratio beneficii dati, eſt repoſcentis gratiam.*

76. *Beneficium ſæpe dare d. e. r.*] Prodeat rurſus Seneca; is I. de Ben. c. III. hoc conſilium dat: *Ingratus eſt adverſus unum beneficium? adverſus alterum non erit; duorum oblitus eſt? tertium etiam eorum quæ exciderunt, memoriam reducet. Is perdidit, qui cito ſe perdidiſſe credidit. At qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro & immemori pectore gratiam extundit.* Addamus Senecæ Zwingerum, ut cuſtodem capſæ vernulam, is p. 308. dicit, *provocat ad gratitudinem quadam pertinacia benefaciendi.* Quod & cenſet D. Paulus ad Galatas ſcribens VI. 9. τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν, μὴ ἐκλυόμενοι. *Ne ceſſemus benefacere, ſuo enim tempore metiemus, niſi diſſolvamur inertia.*

77. *Bene perdis gaudium u. d. p. p.*] Nam ut Martialis,

Gaudebis minus & minus dolebis.

Accommoda divitiis, nam qui iis carent, carent etiam moleſtiis, curis, invidia, periculis. Auſonius:

Plus eſt ſollicitus magis beatus.

78. *Bene perdit nummos judici c. d. n.*] Perdit quidem, ſed ſuo cum lucro, vide Zwinger. p. 1069. & 1212. ubi etiam multa addit exempla ex Lampridio in Alexandro Severo, & ex aliis. 79.

79. *Bene vixit is q.p.c.v.m.*] Quinctilian. decl. IV. p. 21. *Solus vixit quoad voluit, qui mori mavult.* infelix itaque ille qui ita exclamat apud eundem, p. 19. *O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quæsivimus in bello?* & mox, *In medios hostium globos perditus pugnator exsilii, cessit acies. Densissima quæque certamina solus invasi, resistere nemo sustinuit. Obviis ictibus membra nudavi, & ad incurrens ubique ferrum vitalia parata circumtuli: vacua circa me tela ceciderunt.* At felicior Marius ille Tribunus, de quo Ammian. l. XXV. refert, quod vinctus ob intemperantem in convivio de Imperatore Constantio sermonem, *in taberna relictus, dum parantur itineri necessaria, lateri suo cultrum casu repertum impegerit, statimque extractis vitalibus interierit.*

80. *Benevolus animus m.e.c.*] Zwing. p. 181. citat

Benevoli conjunctio animi &c.

& ait, *arctius alligat mutua benevolentia, quam affinitas sanguinis.* quod & testatur Chrysosth. qui Ep. p. 1318. ubi dixit, amicitias fratrum, cognatorum &c. videri vehementiores, addit mox, *videntur autem, dixi, propterea quod ab illis sæpe sunt superatæ; & aliquando quidem apparuerunt amici melius & sincerius affecti quam fratres, & quam filii in parentes;* hinc infra vs. 125.

Conjunctio animi maxima est cognatio.

Non enim sanguinis semper esse docet & Vellejus p. 126. *Tiberius quidquid unquam claritudine eminuit, id veluti cognatum censet tuendum.* Virgil. II. Georg. 462.

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus undam.

81. *Benignus etiam d.c.c.*] *Cogitat*, i.e. *excogitat.* Zwinger. p. 1354. citat *Munificus* &c. sed p. 966. habet *Benignus:* & interpretatur, non exspectat ut rogetur, sed ultro quæritat occasionem. vide me *Liberalitas regum in eo* &c. Bene certe consideravit Seneca, quem

quem descripsit Zwing. lib. II. de Ben. c. 2. *Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum, Rogo. Hujus facienda est gratia amico, & cuicunque, quem amicum sis promerendo facturus. Properet licet: sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo divinanda cujusque voluntas, & cum intellecta est, necessitate gravissima liberanda est. Illud beneficium jucundum, victurumque in animo scias, quod obviam venit.* Hinc Sidonius VI. 12. *Prius soles indigentium respicere causas, quam inspicere personas. Nullius obest tenuitati debilitatique, si te expetere non possit. Nam pravenis manibus illum qui non valuerit ad te pedibus pervenire: & hinc fuit, ut quia crebro te non minus absentum verecundia, quam præsentum quærimonia movet, sæpe terseris eorum lacrymas, quorum oculos non vidisti.* Abundat in his Symmachus, nam III. Epist. 25. ait, *tu vero abundans omnibus, studio dandi beneficii excogitasti causam petendi; sed dedisse te ex hoc gratiam satis constat: quia plus accipit, de quo sibi aliquid ulterius amor vindicat.* Et IV. 5. *Novos beneficiorum gradus invenis, & inconstantem putas amorem qui incrementa non accipit.* Ut & 7. *Hinc est quod illi promerendi undique amoris vias invenis.* Et denique x. 48. *si expectatis preces, qui vota omnium beneficiis prævenitis?* Qui autem recte beneficia confert *insatiabilis est unius hujus voluptatis, & magis lætatur quam quibus collata sunt*, ut notat Dio Chrysost. p. 5. D. Imo admonitio est Xysti Pythagorei §. 92. ut *occasiones donorum perquiramus etiam cum labore.* Et talis plane fuit Titus, cujus egregiam liberalitatem animi describit Suetonius in vita ejus c. 8. Et Livius p. 13. de Tarquinio Prisco notat, quod *fortunam blando alloquio, comitate invitandi, beneficiisque quos poterat sibi conciliando, adjuvaverit*, & censet Cassiodorus II. Epist. 9. *benigni* esse *principis, ad clementiæ commodum transilire terminos æquitatis:* & paulo post, *gaudemus quoties expensarum paginæ his titu-*

lis onerantur. Idem IV. 26. *Ipsa est enim perfecta pietas, quæ antequam flectatur precibus, novit considerare fatigatos.* Plane autem ex Syri sententia fuit vir ille apud Senecam l. 1. de Benef. c. 7. *qui accipere se putavit beneficium cum daret.*

83. *Bis est gratum q. o. e. u. s. o.*] Cassiod. VI. 9. *Omne siquidem justum celeritatis commodo transit ad beneficium: & quod debito redditur, tali gratia munus putatur.* & Seneca II. de Ben. c. 1. *Gratissima sunt beneficia, parata, facile occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Primum est antecedere desiderium cujusque: proximum, sequi. Illud melius, occupare antequam rogemur: quia cum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum.*

84. *Bis interimitur q. s. a. p.*] Sic apud Æsopum Fab. 133. aquila, pennata sagitta transfixa dicit: *καὶ τοῦτο μοι ἑτέρα λύπη, τὸ τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἐναποθνήσκειν. is mihi duplex dolor, quod meis pennis peream.* Et Fab. 182. quum lignatores conscinderent quercum, impactis cuneis querceis, illa dicit: *οὐ τοσοῦτον τὸν κόψαντα με πέλεκυν μέμφομαι, ὅσον τοὺς ἐξ ἐμοῦ φύντας σφῆνας. non tantum percutienti me securi irascor, quantum cuneis ex me natis.* Et de securi quoque in simillimo casu lucum cædente versus sunt apud Anonimum quendam, Fab. 53.

Vir nemus impugnat, lassans in cæde securim,
Arboris omne genus una ruina trahit.
Lucus ait, pereo, mihimet sum causa pericli,
Me necat ex dono rustica dextra meo.

Sic etiam suo sibi gladio Holophernem interfecit Judith. c. XIII. vs. 7. 8. 9. & David Goliathum, 1. Sam. XVII. 51. & explicat hanc sententiam Erasmus III. 1. 96. Sic quoque miser Pompejus, *nequid malis deëßet, Septimii desertoris sui gladio est trucidatus.* ut narrat Florus p. 105. Et apud Poliænum p. 573. Faunus cum in funebri

nebri ludo jussisset ut barbari & Græci arma mutarent invicem, Græci a barbaris hoc Stratagemate propriis armis interfecti sunt. Describit tale quid & Curtius v. cap. 5. *Nudi complectebantur armatos, & ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis plerosque fodiebant.* De Romanis autem dixit Annibal, *si quis eos in Italia lacessat, suis opibus, suis viribus, suis armis posse vincere.* ut est apud Justin. p. 196. Transferens autem hoc ad sacra *turpem ac fœdam cladem, cum Satanas nos per peccata nostra capit*, vocat Chrysosth. Ep. p. 766.

85. *Bis peccas cum p. o. a.*] *Nam & illum adjuvas, & te ejusdem malitiæ reum facis*, ait Zwing. p. 349. longissime autem a parentibus & tutoribus hoc vitium abesse debet, nam ut vere Isidor. Pelus. 1. Ep. 410. Μὴ παρόρα τῶν ὑπηκόων τὰ πταίσματα, ἵνα μὴ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα, ὑπὸ δὲ σοῦ συγχωρούμενα, σὰ γένηται μᾶλλον, ὡς δυναμένου μὲν, μὴ βουλομένου δὲ ταῦτα ἰάσασθαι. *Ne transeas peccata eorum qui tuæ curæ mandati sunt, ne, ab illis facta, abs te autem permissa, tua potius fiant, utpote qui potueris quidem, sed nolueris illis mederi.* Et 1. Ep. 370. εἰ γὰρ πατήρ εἰμι, ὡς ἔφης αὐτὸς, δέδια τοῦ Ἡλεὶ τὴν κατάκρισιν, ὅτι τοὺς υἱοὺς ἁμαρτάνοντας οὐκ ἐσωφρόνισεν· *Si enim pater sum, ut ipse ais, timeo Heli pœnam, quam subiit, quoniam peccantes filios suos non correxit.* & ibidem exemplum affert Jonathæ, qui, ὅτι τὸν πατέρα ζητήσαντα ἐγγαστρίμυθον οὐκ ἐκώλυσε. καὶ πρότερος τοῦ ἁμαρτήσαντος, ὁ κωλῦσαι δυνάμενος τέθνηκεν εἰς τὸν πόλεμον. De magistratu etiam ita pronunciat Lysias p. 63. *eos, qui in magistratu constituti sunt, si tolerent aliorum crimina, iniquos esse & ipsius impietatis auctores.* Sed nec magistratui peccanti parere licet, ut fecerunt illi milites apud Ammian. l. xiv. qui Gallo in Montium quæstorem invecto, *nihil morati, avidi sæpe turbarum, adorti sunt Montium interfeceruntque.*

86. *Bis*

86. *Bis vincit q. ſ. v. i. v.*] Zwinger. p. 1046. incerto tribuit, & addit ex Stobæi ſerm. 92. Menandrum id tranſtuliſſe ad divitias. verſus Menandri ſunt:

Μακάριος ὅς τις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.
Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα καὶ πλοῦτον φέρειν.
Ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος.

Felix qui ſimul opes ac mentem habet: hic enim opibus, ubi convenit, recte utitur, ſic diſcenda ſunt omnia & divitiæ ferendæ; nonnullis enim cauſa fiunt indecentium facinorum. Idem fecit Terent. in Heautont. I. II. 21. ubi dixit, omnia habere quendam quæ dicuntur bona, genus nempe, cognatos, divitias; addit:

Atque hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

Exponit hoc etiam Zwinger. p. 619. ita: *Qui moderate utitur victoria, vincit primum hoſtem, deinde animum ſuum.* Egregie quoque animum ſuum devicit Palladius, a quo repulſam tulit obvia majeſtas; hunc nobis deſcribit Claudian. in Epithalamio vſ. 73.

Qui quondam Meroën juſſus, Nilumqne tueri,
Cum ſibi poſt domitas, & Parthica vulnera, Carrhas
Sceptra daret miles; rebuſque imponere vellet,
Deſpexit fremitus, & prætulit otia regno.

87. *Blanditia non i. ſ. d. v.*] Maximus Tyrius in præclara illa x. diſſertatione vividiſſimis coloribus depingens verum amorem, p. 71. *generoſiſſimum quid eſſe amorem* dicit *atque ingenuum, ipſaque Sparta magis liberum. Nihil autem illi eſſe magis inimicum quam metum & neceſſitatem.* Verba ejus ſunt, Ὁ δὲ ἔρως οὐδενὶ οὕτως πολεμεῖ ὡς ἀνάγκῃ καὶ δέει· καὶ ἔστι χρῆμα γαῦρον, καὶ δεινῶς ἐλεύθερον, καὶ τῆς Σπάρτης αὐτῆς ἐλευθερώτερον. Hinc illa admonitio apud Claudian. in Nuptiis Palladii vſ. 132.

—— —— nec tu virtute paterna
Confidas juvenis, non eſt terrore domanda,
Sed precibus placanda tibi.

Et

Et Cyri apud Xenoph. in instit. l. VI. ad Araspam avidius captivam regis Abradatæ uxorem amantem, dicentis, βιάζεσθαι μὲν μὴ τοιαύτην γυναῖκα, πείθειν δὲ, εἰ δύναιτο, ἐ κωλύειν. *Violari quidem talem fæminam non decere, quo minus autem persuadeat, si possit, non vetare.* Notum illud Ovidii,

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
Majestas & amor.

Hinc toties legimus ipsum Jovem varias figuras induisse, ut petita potiretur, adeo, ut Isocrates p. 515. notet, Jovem *cum in aliis potentiam suam demonstret, ad pulcritudinem se submittere*, πρὸς δὲ τὸ κάλλος, inquit, ταπεινὸς γενόμενος ἀξιοῖ πλησιάζειν.

88. *Bona comparat p. m.*] *In aliis misericors, meretur ut sibi quoque faveant alii, siquid inciderit adversi.* Zwing. p. 283. Et idem p. 308. *Qui aliis subvenerit, huic alii vicissim subvenient in adversis.* Nam ut supra,

Ab alio spectes alteri quod feceris.

Et infra vs. 790.

Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat.

Et 795.

Homo, qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.

Huc respiciens Plinius dixit lib. IX. ep. 17. *Demus alienis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus.* Et vox est Senecæ de Tranquil. an. c. X. *Justitia, mansuetudine, humana lege, & benigna manu præparent multa ad sequentes casus præsidia; quorum spe securius pendeant.* Et declamantis apud Quintil. decl. IX. *Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, non possum non moveri fortuna mea; succurrit mihi continuo tempus illud, quo ipse clementiam optabam.* Istam misericordiam aurum & argentum superare pronunciat Sirach. XL. 24. *Neminis autem miserendum est, qui neminis miseretur: neque quicquam illi venia dandum, qui veniam dat nemini.*

nemini. Verba ſunt Demoſth. p. 399. οὐδεὶς γάρ ἐστι δίκαιος τυγχάνειν ἐλέου, τῶν μηδένα ἐλεούντων· οὐδὲ συγγνώμης τῶν ἀσυγγνωμόνων.

89. *Bona fama in tenebris p. ſ. o.*] Infra vſ. 736.

Suum ſequitur lumen ſemper-innocentia.

Et Proverb. xv. 30. *Ut lumen oculorum lætificat animum, ita auditio bona pinguefacit oſſa. Non oculorum, ſed mentis aciem perſtringens*, inquit Zwing. p. 660. & mox iterum, *ſplendorem obtinet, delectando ſui memoria.* Iſidor. Peluſ. III. ep. 142. καὶ ἀκόντων ἡμῶν τὸ τῶν πράξεων φῶς περιαστράψει τοὺς θεωμένους, καὶ εἰς τὴν θείαν δοξολογίαν τρέψει. *Invitis etiam nobis, actionum noſtrarum ſplendor intuentium oculos perſtringet, atque ad divinæ gloriæ prædicationem convertet.*

90. *Bona imperante animo f. p.*] Quod quam difficile ſit, docet Salluſt. p. 278. *Nam ubi cupido divitiarum invaſit; neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum ſatis pollet: quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tamen ſuccumbit.*

91. *Bona homini mors eſt v. q. e. m.*] Zwing. p. 421. *Miſeris mors eſt optanda quoque, ut quæ finem adferat malorum.*

92. *Bona homini mors e. a. q. e. m.*] Quod judicans quoque iſte ſomniorum magiſter Ceſellius Baſſus, qui aureos montes viderat, *tandem poſita vecordia, non falſa ante ſomnia ſua, ſeque tunc primum eluſum admirans, pudorem & metum morte voluntaria effugit.* ut teſtatur Tacit. XVI. Ann. 2. Nec minus dura a Tullo proditori adhibita medela, cujus orationem ita ponit Liv. l. I. c. 28. *Meti Suffeti, ſi ipſe diſcere poſſes fidem ac fœdera ſervare, vivo tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet. Nunc, quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quæ a te violata ſunt.*

93. *Bona nemini h. e. u. n. a. ſ. m.*] Plautus in Pœn. V. VI. 30.

—— sequere intro, patrue mi, ut hunc festum diem
Habeamus hilarem, hujus malo, & nostro bono.

Hinc de Pompejo tam diu felici Lucan. VIII. 22.

—— sed longi pœnas Fortuna favoris
Exigit a misero, quæ tanto pondere famæ
Res premit adversas, fatisque prioribus urget.

Nam dicet vs. 705.

Pompejusque fuit, qui nunquam mista videret
Læta malis.

Vide quoque Erasm. IV. V. 7. ad illud: *Bona memini hora est.*

94. *Bona opinio h. t. p. e.*] Cicero de Fin. p. 80. dicit, *esse hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipsam, non propter usum. Divitiis* autem *amplis optatius est, quia etiam post mortem durat.* ut bene judicat sapientissimus regum Prov. XXII. vs. 1. Ideo hanc hæreditatem liberis potius relinquendam quam magnas opes censet Isocrates, nam famâ pecuniæ quæri possunt: emi pecuniis fama non potest, verba ejus p. 47. ita Græcè sonant: Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δὲ, ἀθάνατος. καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητά· δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. καὶ τὰ μὲν, καὶ τοῖς φαύλοις παραγίνεται· τὴν δὲ, οὐχ οἷόν τε ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι. His par est Sirach. effatum XLI. 14. 15. Φρόντισον περὶ ὀνόματος· αὐτὸ γάρ σοι διαμενεῖ, ἢ χίλιοι μεγάλοι θησαυροὶ χρυσίου. Ἀγαθῆς ζωῆς ἀριθμὸς ἡμερῶν, καὶ ἀγαθὸν ὄνομα εἰς αἰῶνα διαμενεῖ. *Curam habeto nominis: id enim tibi permanebit, præ mille ingentibus thesauris auri: bona vita numero dierum finitur, sed bonum nomen in seculum permanet.* Vide etiam me in *Vita ante acta.*

95. *Bona quæ v. n. s. o.*] Zwing. p. 34. citat:

Bona quæ supprimunt nequaquam extinguunt.

& explicat: *veritas & justitia premi possunt ad tempus,*

sed

ſed emergunt poſtea. Sed noſtra ſententia vult, fortia eſſe crura quæ ferant felicitatem. Ita Diod. Sic. p. 877. notat quoſdam & ſe & patriam ſuam infelicem feciſſe, quoniam εὐτυχίαν, ὥσπερ βαρὺ φορτίον, ferre non poſſent recte. Tales ſunt tyrannorum illi miniſtri, quos dicit *ampliſſima pecunia, & potentia maxima potitos, facultatibus his abuti.* Talem quoque deſcribit Sen. in Octav. vſ. 90. his verbis:

Nec fortunam capit ipſe ſuam,
Quam dedit illi per ſcelus ingens
Infanda parens.

Et Polyb. p. 773. D. notat Polycratem quendam ad magna provectum, procedente ætate ad maxima vitia prolapſum; ut & ipſum Ptolemæum Alexandri filium. Adde Rittersh. ad illud Salv. p. 327. *Quotusquiſque ſapientum eſt, quem ſecunda non mutent?* & me in *Fortuna felici.* Præcipue *vero vitæ facultates malo viro datæ mentem extollunt vacuam prudentia.* ut ait Philo p. 631. & hinc illæ lacrymæ.

96. *Bonarum rerum c. p. e.*] Eraſm. 1. Cent. VII. 64. multa habet huc pertinentia. Ego puto dicere quod Seneca: *Ii qui ſemper bonis aſſueverunt, non etiam adverſis tantum noſſe rerum naturalium partem alteram.* Sic Dionis filius ſe præcipitat. At Sariſber. p. 201. citat *conſuetudo nimia peſſima eſt.* Mecum interpretatur Caſtalio Decad. VI. Obſ. c. VIII. reprehenſo Eraſmo, & inter alia ſic ſcribens: *Peſſima eſt igitur rerum bonarum, id eſt proſperarum, conſuetudo, quæ hominum animos emolliat, virtutis nervos diſſolvat, imparatoſque ad perferendum, ſi quid ſiniſtri acciderit, nos reddat.* Cui contrarium oſtendit illud Virg.

Aſſuetumque malo Ligurem.

Zwinger. p. 1310. *vileſcit quod conſuetum eſſe ceperit, carum autem eſt quod rarum eſt.* Adde Senecam de Tranq. c. 1. *Sed ego vereor, ne conſuetudo, quæ rebus af-*

fert constantiam, hoc vitium in me altius figat. Tam bonorum quam malorum longa conversatio amorem inducit. Et ibid. *Familiariter enim domestica aspicimus, & semper judicio favor officit.* Idem Seneca ep. XXXIX. *Idem animis quoque evenit, quos immoderata felicitas rumpit; qua non tantum in aliorum injuriam, sed etiam in suam utuntur.* Hinc alter ille Seneca in Hippol. vs. 134.

Qui blandiendo dulce nutrivit malum,
Sero recusat ferre quod subiit jugum.

Et infra vs. 187.

Etiam bonum sæpius obest adsuescere.

97. *Bona turpitudo e.q.p.v.*] Zwinger. p. 247. ita: *pudor utilis est per quem arcemur ab his quæ periculosa sunt.* Et sic fere apud Livium v. 51. Camillus ait: *se nullum tristissimi exilii solatium aliud habuisse, quoad Ardeæ vixerit, quam quod procul ab certaminibus tribunorum plebis fuerit.* Alio modo interpretari possumus ex Suetonio in Jul. c. 19. *Cum per pravas artes ac largitiones imperium Cæsar quæreret, iisdem petitus est a Bibulo, ne Catone quidem abnuente eam largitionem e Rep. fieri.* Achilles Tatius p. 172. Οὐδὲν αἰσχρὸν, ὃ λυπεῖ τὸ ἐχθρόν. *Nihil turpe quod inimico dolorem adfert.* Et sic Chusai Davidis amicus Absalomo imposuit consilio suo malo 2. Sam. XVI. 16. Recte etiam Claudian. II. in Eutrop. vs. 597.

——— *suprema pericula semper*
Dant veniam culpæ. ———

Vide me *Justus esse nimis noli.* & *Pudor nullus rebus extremis.* Infra vs. 781.

Est honesta turpitudo pro bona causa mori.

98. *Boni est viri e.i.m.n.f.*] Insignis itaque fallacia fuit Pantaleonis Plani, qui omnes ludificari solitus, in morte ipsos etiam fefellit filios, cum utrique seorsim evocato diceret, soli se indicare ubi aurum defodisset: itaque post ejus obitum communi opera frustra terram

egeren-

egerentes, sese deceptos cognoverunt, ut est apud Athenæum p. 616 B. Et plura exempla ejusmodi hominum habet Val. Max. l. VII. c. 8. Ergo mali etiam in morte fallunt & volunt videri: sic Augustus principes Reip. Rom. sumpserat inter hæredes *quamvis inimicos*. ut notat Sueton. in vita Tiberii c. 5. Talis quoque ille Rubr. Cassina apud Cic. in Philip. p. 595. *& quidem vide, quam te amarit is, qui, albus an ater fueris, ignorans, fratris filium præteriit: Q. Furii honestissimi equitis Rom. suique amicissimi, quem palam hæredem semper factitarat, ne nomen quidem perscripsit.* Et Lucian. in Nigrino p. 41. inter alia ita concludit. *Itaque conjecturam eorum quæ in vita gessissent, hinc duci volebant, cum talia de iis quæ post mortem secutura sint, testamentis mandant.* Vide sis Quintil. decl. CCCXII. ubi reus est juvenis affectatæ tyrannidis, qui patrem suum id cogitantem occiderat. Justa Plinii 5. ep. V. querela de amico quodam. *Decessit veteri testamento: omisit quos maxime diligebat: prosecutus est quibus offensior erat.*

99. *Bis nocet q. p. m.*] Sallust. in Catilin. c. LII. *Dum paucis sceleratis parcunt bonos omnes perditum eant*, & in Jugurt. c. XXXI. *ne ignoscendo malis, bonos perditum eatis.* Nam ut vs. 85.

Bis peccas cum peccanti obsequium accommodas.

Et 393.

Malus quicunque in pœna est, præsidium est bonis.

Et 530.

Paucorum improbitas, universis calamitas.

Et denique 641.

Qui dubitat ulcisci improbos plures facit.

100. *Bonitatis verba i. m. m. e.*] Zwing. p. 1038. *qui malus est & bene loquitur, plus quam malus est.* Noster Syrus infra vs. 395.

Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.

Et Menander:

Odi improbum qui verba loquitur proba.

At ô justam exclamationem Plutarchi de aud. Poëtis p. 16. Ὦ μηχάνημα, σφιγγὸς αἰολώτερον. τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; τί δ' ἐξαπατῶσα προσποιῇ διδάσκειν. *O machinatrix lynce versipellior, quid ludis, & supercilium quid contrahis, fraudemque texens, te simulas verum loqui?*

101. *Bono justitiæ p. e. s.*] *Tanquam ministra illius* ait Zwing. p. 1045. Non vero est contraria clementiæ, nam ut recte Seneca II. de Clem. c. 3. *Atqui hoc omnes intelligunt, clementiam esse, quæ se flectit citra id quod merito constitui posset; huic contrariam imperiti putant severitatem; sed nulla virtus virtuti contraria est.* Hinc illud Quinctiliani decl. VII. p. 41. *Quidquid potuit prodesse severitati, nunquam nocuit exemplo.* Nam *pauciores boni futuri sunt, si liceat impune malis esse.* ut habet Zwing. p. 1060. Et recte Sallust. in Jugurt. c. 31. *Vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset.* Anth. 4. IV. 18.

Μίξον μειλιχίῃ μιαρὸν φόβον, ὄφρα καὶ αὐτὴ
Βομβήεσσα μέλισσα κορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ.
Οὐ γὰρ ἄτερ μάστιγος ἰθύνεται ἵππος ἀγήνωρ,
Οὐ δὲ συῶν ἀγέλη ἐπιπείθεται ἀνδρὶ νομῆϊ,
Πρὶν καὶ ἐριγδούπιο καλαύροπος ἦχον ἀκούσῃ.

Misce cum dulcedine pravum metum, ut & ipsa bombum edens apis armatur acuta cuspide. Non enim sine flagello dirigitur equus ferox, neque suum grex obedit viro pastori antequam valde sonantis pedi sonitum audiat. Et bona quidem clementia per se est, sed tamen non semper adhibenda; nam sic Cicero in Ep. ad Brutum p. 445. *Video te lenitate delectari, & eum putare fructum esse maximum: præclare quidem, sed aliis rebus, aliis temporibus locus esse solet debetque clementiæ.* Et p. 430. *Salutaris severitas vincit inanem speciem clementiæ.* quod & citat ex eo Ammian. l. XXIX. Hinc in Verrin. p. 189. dicit:

maluisse

maluisse Domitium crudelem in animadvertendo, quam in prætermittendo dissolutum videri. Et ipse pro Sylla p.385. ubi de conspiratione Catilinaria agit; ait: *Salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset severitas illa suscepta.* Cum quo consentit Cassiodor. VIII. Ep. 27. *Severitas publica, sicut ab innocentibus vacat; ita necesse est, ut in sceleratis operam suæ districtionis impendat.* Add. Fabr. III. Semestr. p. 274. Quoniam autem proxima virtutibus vitia sunt, non est nimis excurrendum in alterutram partem, quod egregie observavit Quintilius Cos. quem Liv. p. 70. testatur ita se gessisse, *ut eum & patres severum Consulem, & plebs satis comem crediderint.*

102. *Bonorum crimen est o. m.*] Menander apud Stobæum Serm. CV.

Οὐδέν με λυπεῖ μᾶλλον, ἢ χρηστὸς τρόπος,
Εἰς χαλεπὸν ὅταν ᾖ συγκεκλεισμένος βίον.

Nihil tam ægre fero, quam bonum ingenium, ubi in vitam difficilem conclusum est. Et idem ibidem:

Οἰκτρότατόν ἐστι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ
Ἀδίκου τύχης, δίκαιος εἰληφὼς τρόπος.

Miserrima res est, cum in senectutis limine aliquis præditus bonis moribus iniquam fortunam experitur. Et clarius adhuc quod sequitur,

Ὦ ς μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη·
Σόν ἐστ' ὄνειδος τοῦθ', ὅταν οὗτος ἀνὴρ
Δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασιν.

O variis gaudens mutationibus Fortuna, hoc tibi dedecori est, cum ille vir justus injustis casibus obruitur. Et tamen id sæpe accidere potest; nam ut Horat. I. ep. 12.

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.

Zwinger. p. 1457. interpretatur ita: *Si calamitosus est qui recte vivit, hoc imputatur virtuti, cui dicunt adversari fortunam.* Vel; *Cum eget aliqua re probus, in dedecus pergit virorum bonorum, qui virtuti non habent honorem.*

 103. *Bo-*

103. *Bonum ad virum c. m. i.*] Caſſiodor. IX. ep. ult. *Ignorans niſi graviter laceſſitus iraſci. Qui cum ſit juſtitia regibus ad remiſſiones irarum non perdurat auſterus.* Et apud Liban. p. 99. accuſat quis μῆνιν Achillis, & dicit ἔμενεν ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔδει ποιεῖν. *Perdurat in illis quæ vel incipere non debuit.* Zwing. p. 1046. dicit: *apud malos tardiſſime ſeneſcit* ſc. ira *apud bonos cito.* Idem p. 1049. citat aliquoties *ad vicum.*

104. *Bonum eſt fugienda a. i. a. m.*] Plautus in Men. IV. 7. *felix ſapit qui periculo alieno ſapit.* & Terent. Heaut. I. 2. & II. 1.

—— *periculum ex aliis fac, tibi quod ex uſu ſiet.*

Et præclare Polyb. p. 36. duos modos eſſe ait, quibus homo in melius proficiat, vel per alios vel per ſe, tutiorem autem eſſe viam per alios. verba ejus ſunt: Δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως· τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων καὶ τοῦ τε διὰ τῶν ἀλλοτρίων· ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει, τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων.

105. *Bonum eſt etiam b. v. i. r.*] Puto velle, non eſſe certandum conviciis.

106. *Bonum quidem ſ. n. e.*] Zwing. p. 1402. citat:

Bonum tametſi opprimitur, non extinguitur.

at p. 34.

Bonum tametſi ſupprimitur, nequaquam extinguitur.

Apud Halic. p. 62. Cum Amulius Numitoris fratris filium peremiſſet, ſimulavit ab latronibus occiſum, nec tamen conficta opinio tacitæ veritati prævaluit, ſed multi etiam cum periculo ſcelus illud auſi ſunt eloqui. Hinc illud apud D. Paulum 2. Cor. IV. 9. Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. Sed mala cito ad perniciem ruunt & ad naturam redeunt ſuam. Namque ut Sirach. XL. 12. Χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται, καὶ ὡς βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετῷ ἐξηχήσει. Et Prov. XXIX. 16. *Quum creſcunt improbi,*

probi, crescit defectio: justi vero casum eorum vident.

107. *Bonus animus læsus g. m. i.*] *Solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci*, inquit Cic. 1. de LL. p. 324. Nazianz. tom. 2. p. 6. parentis anxios gemitus timens,

Μή μοι τὸ φίλτρον εἰς κατάραν ἐκπέσῃ,
Τοιοῦτόν ἐστιν ἁπλότης ὀργισμένη.

Et de Trione Cos. Tacitus ita: *Ille nisi lacesseretur modestiæ retinens, non modo retudit collegam, sed ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat.* Plura talia exempla qui desiderat Casaubonum adeat ad Tib. c. 57.

108. *Bonus animus a. n. e. o. a.*] Liban. p 222. *Neque enim societas flagitiorum in his rebus eximit reprehensione eum qui particeps fuit; sed in eodem gradu constituit eum qui obedivit, atque illum qui exhortatus est.*

109. *Brevis mens ipsa est m. i.*] Forte:
Brevissima esto memoria iracundiæ.

111. *Cæci sunt oculi cum a. a. r. a.*] Theognis vs. 1165.

Ὀφθαλμοὶ δὲ γλῶσσα καὶ οὔατα καὶ νόος ἀνδρῶν
Ἐν μέσσῳ στηθῶν ἐν συνετοῖς φύεται.

Oculi, & lingua, & aures, & mens virorum, in medio pectorum prudentibus sunt. Hinc apud Sophoclem in Trach vs. 275. Iphitum Eurytus occidit incautum, nihil tale exspectantem.

Τοτ' ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν
Ἔχοντ' ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός.

Tunc cum ille alibi oculos, alibi mentem haberet, de celso ipsum turris tabulato dejecit. Plutarch. de Virt. Moral. p 450. citat hos Menandri versus;

Οἴ μοι τάλας ἔγωγε, πού ποτε φρένες
Ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὸν χρόνον, οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνα αἱρούμεθα.

Me miserum! ubi mens mea in nostro corpore fuit isto tempore? non equidem hoc decreveram, sed ab hoc aliud longe

diverſum. In ira, amore, gaudio plerumque hoc contingere ſolet; ſic apud Plaut. in Aſin. 2. IV. 45.

Non hercle te prœvideram; quæſo ne vitio vortas.
Ita iracundia obſtitit oculis.

Et in amore clarum habemus exemplum apud Achillem Tatium p. 17. Νῦν δὲ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς τυφλώττω, καὶ πρὸς Λευκίππην μόνην τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχω. *Verum ego nunc, quod quidem ad illius formam ſpectandam attinet, oculis captus ſum: neque omnino quidquam prater Leucippen cerno.* Nam, *Sic omnino deſiderium vehemens & ſincerus amor, omnia quæ extrinſecus adveniunt moleſta aut jucunda, deſpicit; in unum vero id, quod egregie animo carum eſt, intueri, & in eo totum animum atque omnem curam ponere cogit.* ut judicat Heliodor. p. 6. *Nec enim fieri poteſt*, inquit Nazianz. p. 689. tom. I. *ut qui rei cujuſpiam amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat.* At furor erat Alexandri erga Thaidem amor, cum propter ejus adhortationes pulcerrimam iſtam Perſepolin incenderet. quod narrat Curt. V. 7. In gaudio certe turbari ſenſus notabili exemplo aſſerit Livius p. 400. Libertate totius Græciæ poſt devictum Philippum a Rom. per præconem pronunciata, *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent. Vix ſatis credere ſe quiſque audiſſe: alii alios intueri mirabundi, velut ſomnii vanam ſpeciem: quod ad quemque pertineret, ſuarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Ludicrum deinde ita raptim peractum eſt, ut nullius nec animi; nec oculi, ſpectaculo intenti eſſent. Adeo unum gaudium praoccupaverat aliarum omnium ſenſum voluptatum.* Sic apud Clem. Alexandr. p. 440. Ἀξύνετοι ἀκούσαντες, κωφοῖς ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσιν μαρτυρεῖ παρεόντας ἀπεῖναι. Et miſerandæ iſtæ mulieres, quæ Ariſtotimo tyranno credentes, cum ad maritos ſuos urbe egredi vellent, ab eo in carcerem detruſæ & ſpoliatæ ſunt; ut refert Plutarch. p. 251. Ut & Arſinoe

apud

apud Justin. l. XXIV. c. 3. quæ Ptolemæo credens ab eo circumventa est. Ita quorum mens perturbata est, neque oculi neque aures officium suum faciunt. Isidor. Pelus. IV. ep. 101. Ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν. τοῦτο γὰρ συμβαίνειν εἴωθε τοῖς καταπληττομένοις. Illis quoque qui toti in sollicita alicujus rei meditatione sunt, idem accidere solet. Nam ut Quintil. inst. p. 598. *Omnia vincat intentio; quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incursant, ad animum perveniet.* Exemplum habet Heliodor. p. 94. *Sed cum sæpius prætercurrisset senex, neque adesse quenquam sentire videretur (adeo erat totus cogitationi intentus, & mens soli meditationi vacabat) a fronte accedens, inprimis illum avere jubebat.* Sic Carthago nova capta est ab Romanis, cum ab alia parte defendentes eam oppidani irruptionem eorum non sensissent, ut habet Liv. p. 296. Joh. Chrys. in Ep. p. 1618. *Sicut enim quum quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquid intendat animum, pergit quidem, sed sæpe dum nescit, urbem illam pertransit, ad quam properabat, pedesque frustra sui ministerium præbent; ita ferme & in cupiditate contingit.* Et p. 1806. *Qui currit, non adspicit ad spectatores, sed ad præmium.* Idem ad Matth. p. 174. *Nobis interdum ad alia mente conversis, oculi ante se posita non cernunt.* Hanc animi intentionem describit quoque Aristot. tom. I. p. 521. *Verum ineffabili quadam animi tranquillitate, quæ cuncta præsenti tempori postponeret, sic ut nec ea quæ videbam, cernere me putarem. Adeo totus eram Deo deditus.* Et Cicero disputans de animi immortalitate, *Quod nunc facimus, cum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus & visere, id multo tum faciemus liberius.* Bonum consilium dat nobis Plinius IX. ep. 36. *Non oculos animo, sed animum oculis sequor, qui eadem quæ mens, vident, quoties non vident alia.* Hinc Seneca I. Controv. 4. jungit *oculorum caliginem* & *animi defectionem.*

nem. Plutarch. denique de Solertia Animalium p. 961. ita concludit: Νȣ̃ς ὁρᾷ, καὶ νȣ̃ς ἀκȣ́ει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά· ὡς ȣ̓ περὶ τὰ ὄμματα καὶ ὦτα πάθȣς, ἂν μὴ παρῇ τὸ φρονȣ̃ν, αἴσθησιν ȣ̓ ποιȣ̃ντος. *Mens videt, mens audit, reliqua omnia cæca sunt & surda: scilicet quia affectio aurium aut oculorum sensum nullum induat, intelligentia absente.* Jucundissimi versus sunt Aristoph. in Acharn. II. 3.

——— ΔΙ. ἔνδον ἐς' Εὐριπίδης;
ΚΗ. Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐςιν, εἰ γνώμην ἔχεις.
ΔΙ. Πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον; ΚΗ. Ὀρθῶς, ὦ γέρον.
Ὁ νȣ̃ς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια,
Οὐκ ἔνδον· αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
Τρυγῳδίαν. ——— ———

——— DI. *Intus ne est Euripides?*
CE. *Non intus, intus est: si recte intelligas.*
DI. *Quomodo sit intus & non intus?* CE. *Commode.*
Nam animus quidem foris versiculos colligens,
Non intus est: ipse intus resupinus facit
Trygœdiam. ——— ———

112. *Caret periculo q. e. c. t. e. c.*] Namque ut infra vs. 119.

Citius venit periculum cum contemnitur.

Vide me *Hostis ut nunquam contemnatur.* Infra vs. 116.

Cavendi nulla est dimittenda occasio.

113. *Casta ad virum m. p. i.*] Hoc impetrat obsequio suo, at faciet maritus quicquid velit, & magis impetrat, cum obsequitur, quam cum exigit. Livius p. 405. *Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, per quaque subjecerint viris; quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis.*

115. *Cave amicum c. n. q. p.*] Isocrates p. 45. *Nullam familiaritatem temere ac sine ratione contrahe; sed iis gaudere congressibus assuesce, qui te & sapientia augeant, & virtutis apud alios opinione.* Plutarch. p. 49. Ἀλλ' ὥσπερ

προνόμισμα δεῖ τὸ φίλον ἔχειν περὶ τῆς χρείας δεδοκιμασμένον, μὴ ὑπὸ τῆς χρείας ἐλεγχόμενον. Tacitus in oratione Galbæ Pisonem adoptantis 1. Hist. 5. *Judicii mei documentum sint, non mea tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed & tua.*

116. *Cavendi nulla e. d. o.*] Horat. II. Od. 13.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas.

Nam vel civitas leporis discursu capi potest. Cass. de institutione Cænob. v. 11. vide me *Fidendum nemini.*

117. *Cave ne quidquam i. q. p. p.*] Xystus Pyth. §. 196. *Quidquid feceris animo male affecto, pœnitebit.* Sic Liban. p. 203. *Qui praclaro & generoso principio constituto, postea sponte sua aberrant, sui accusatores evadunt, iis qua bene se habere judicaverant subadversantia molientes.*

118. *Cicatrix conscientia p. v. e.*] Nimirum fit post pœnitentia. Huc facit *litura Claudii* apud Sueton. Plutarch. De animi tranqu. p. 476. Ὥσπερ αὖ τοὐναντίον ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δεινὰ εἰργασμένῳ, οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν, ἐναπολείπει. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος· τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται, δακνομένην ὑφ᾽ αὑτῆς. *Contra malefactorum conscientia, veluti ulcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit, pungentem subinde atque sauciantem. Alios enim dolores ratio tollens, pœnitentiam solam efficit a sese ob pudorem morsibus crebris vexatam & pœnas dantem.* Ammian. lib. XXVI. notat Procopium *ignorantem, quod quivis beatus versa rota fortuna ante vesperum possit esse miserrimus*, brevi pœnas securitatis suæ dedisse.

119. *Citius venit p. c. c.*] Liban. p. 713. Τοῖς ἡσυχάζουσιν εἰωθὸς, μὴ ῥαδίως ὑπομένειν τὶ δυσχερὲς, ἐκ τῆς ἰδίας τὴν ἀλλοτρίαν τεκμαιρομένοις προαίρεσιν. Florus p. 49. *Sed prior jugum excutit Macedo, aliquanto, quam ante, gravior, dum contemnitur.*

120. *Cito ignominia fit f. g.*] Zwinger. p. 1033. *Qui insolenter utitur gloria, incidit in ignominiam.* Et p. 663. *Arrogantiam semper sequitur infamia.* Sic apud Isocratem p. 335. *Cum nos potentia esse praeditos insuperabili putaremus, urbis excidium vix evitavimus.* Et Sirach. XXVII. 31. Ἐμπαιγμὸς καὶ ὀνειδισμὸς ὑπερηφάνων, καὶ ἡ ἐκδίκησις ὡς λέων ἐνεδρεύσει αὐτούς.

121. *Cito improborum laeta a. p. c.*] Zwinger. p. 1436. habet *in perniciem.* & ait, *non est diuturna malorum felicitas.* Auson. *Felicioribus nullus erit diu.* Sirach. XXI. 10.

123. *Cogas amantem i. a. f. v.*] Liban. p. 716. *Quandoquidem etiam perdite amantes videmus, si quis eos vi sejungere conetur, majori studio ac desiderio invicem affici, & ardentiore cupidine accendi.* Catull. epig. 84.

Lesbia mi praesente viro mala plurima dicit.
Hoc illi fatuo maxima laetitia est.
Mule, nihil sentis si nostri oblita taceret,
Sana esset. quod nunc gannit, & obloquitur,
Non solum meminit: sed, quae multo acrior est res,
Irata est: hoc est uritur & loquitur.

Cogit rogando cum rogat potentior.] Alibi citatur ceu Syri; ut ad illud Sidonii:

Scribere me Augustus jubet, & mea carmina poscit,
Pene rogans, blando vis latet imperio.

Savero p. 284. in Notis dicit esse ex P. Mimo. Sic Macrob. II. 7. *Potestas, non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit.* Apud eundem Macrobium p. 290. Flavianus Varronem allocutus cum dixisset, *sed, quaeso, dicas verba ipsa Varronis* &c. respondet ille, *locus, quem referri a me imperas, in his fere verbis est.* &c. Tacit. XIV. Annal. 2. *Notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit, donis ingentibus, nisi quod merces ab eo qui jubere potest, vim necessitatis affert.* Quod notans quoque Ausonius, ait: *Quodque est potentissimum imperandi genus; rogabat, qui jubere poterat, imperator Valenti-*

lentinianus. Sic consultos per ludibrium Pontifices ab Augusto refert Tacit. 1. Ann. 3. *an concepto, necdum edito partu nuberet.* Negare enim non audebant. Suidas vero p. 607. notat Nabothum non intellexisse hoc, cum Achabo vineam suam negaret, nam ut apud Platonem Αἱ τυράννων δεήσεις μεμιγμέναι ἀνάγκαις. *Tyrannorum petitiones cum necessitatibus conjunctæ sunt.*

124. *Comes facundus in via p. v. e.*] Huc respiciunt illa Senecæ de Brev. vitæ c. 9. *Quemadmodum, quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, pervenisse se ante sciunt, quam appropinquasse, ita hoc iter vitæ* &c. Unde & Ovid. pristinæ fortunæ mentionem faciens, hoc non omittit 2. de Ponto III. 35.

Sæpe brevis nobis vicibus via visa loquendi est;
Pluraque, si numeres, verba fuere gradu.

Et in Fragm. Poët. habemus p. 340. *Itiner longum sermone levare.* Simili quoque modo loquitur Ach. Tat. p. 167. Ἐπορευόμεθα κοινῇ, καὶ διελεγόμεθα, οἷα εἰκὸς ἐν ὁδῷ. *Una itaque profecti sumus, viæ laborem, uti viatorum mos est, sermone levantes.* Et Ovid Metam. IV. vs. 120.

Inde ferens lapsos adverso tramite passus,
Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.

Zwing. p. 126. ait: *Jucundus comes facit ut non sentias viæ tædium, perinde ac si vehiculo veheveris.*

125. *Conjunctio animi m. e. c.*] Nam ut Cic. de amicitia p. 425. *Nihil est quod ad se rem ullam tam alliciat, & tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo & bones a bonis diligi, adsciscique, sibi quasi propinquitate conjunctos atque natura, nihil enim est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura.* Cum quo consentit Quintil. Decl. XVI. *Me si quis interroget, nullos affectus tantum nasci puto & si quis omnia vera ratione inspiciat, quidquid liberos, fratres, propinquos invicem tenet, amicitia est, & quanto minus in causis, tanto plus in affectu est.* Ulterius

rius progreditur idem Decl. CCCVIII. *In comparatione summa*, inquit, *non recusabo quo minus vel propinquos istos amicitia conferatis. Per se mihi vel sanctius nomen amici videtur. hoc enim proficiscitur ab animo: hoc proficiscitur a proposito. Istud dat casus, conditio nascendi, & quæ non sponte nostra leguntur.* Et Isocrates quoque judicat ad amicitiam contrahendam multum naturam lege prævalere, & mores genere, & liberam eligendi facultatem vi & necessitate. Πρὸς ἐπιμέλειαν scribit ad Demon. p. 5. πολλῷ κρείττω φύσιν νόμου, καὶ τρόπον γένους εἶναι, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης. Imo præstare sæpius cognatos amicis idem ait p. 937. verba ejus sunt: Ὅσοι μηδὲ ὄνομα συγγενείας ἔχοντες, οἰκειοτέρους σφᾶς αὐτοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς τῶν ἀναγκαίων παρέσχον. Unde Ennodius p. 20. *Gaudeo tamen, quod jam indissolubili societate moribus jungimur, & ab ostio affectionis per examinis lancem caritatis incrementa pensamus.* Quanti vero talis amicus sit æstimandus, demonstrat Euripid. in Oreste vs. 806.

Ὡς ἀνὴρ, ὅστις τρόποισι συντακῇ, θυραῖος ὤν,
Μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.

Istam animi firmam conjunctionem laudat quoque Demosth. p. 353. in his: γένει μὲν γὰρ ἕκαστος ἑκάστῳ μᾶλλον οἰκεῖος ἦν ἐμοῦ. κοινῇ δὲ πᾶσιν, οὐδεὶς ἐγγυτέρω. *Genere enim ipsi inter se conjunctiores fuerunt, quam mihi: communiter, omnibus nemo conjunctior.* Jungit quoque cum cognatis Nazianz. p. 802. tom. I. Basilium non habeo, Cæsarium non habeo, τὸν πνευματικὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν σωματικόν. i. e. *spiritualem fratrem & carnalem.* Imo præponit virum pietate præditum ei, qui sanguine junctus est, in illis p. 125. tom. II.

——— ——— ἀνδρομέου τε
Αἵματος εὐσεβέες μέγ' ἀρείονος. ———

Quod & iisdem fere verbis expressit Philo p. 1082. *Arctius consensu virtutum, quam cognatione sanguinis adstringimur.* Et Symmach. IX. ep. 83. ut nodum considerat

derat, qui constringit omnem necessitudinem; *Quid superest*, inquit, *nisi quod gratuler nobis animos esse cognatos?* Ipse Syrus noster infra vs. 564.

Probus libertus sine natura est filius.

Id quoque sapientes viri notarunt, commune illud commercium & illam cognationem quæ in studiis & artibus exercentur, indissolubile amicitiæ vinculum parere. Hinc Cic. in Verrem p. 175. *Cognatio studiorum & artium propemodum non minus est conjuncta, quam ista generis & nominis.* Et pro Ligario p. 574. De Tuberone. *Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus.* Cui accedit Martial. XII. epig. 44.

Unice cognato junctum mihi sanguine nomen.
Quique geris studiis corda propinqua meis.

Symmach. quoque IX. 83. *Est mihi cum scholis vestris per doctorem justa cognatio.* Ennodius vero p. 20. Istam esse humanarum rerum rationem profitetur, *ut pro magna cognatione par studium semper existat.* Hanc conjunctionem animi, veram hominum cognationem, in alio etiam orbe novit Paulin. epig. 5. & 16.

126. *Conscientiæ potius q. s. a.*] Vide Me, *Fama sæpe magnum* &c. Et *Existimamus sæpe* &c. *Fama de hominibus* &c. nam fama sæpe malum bonum facit & contra. Simplicius c. 18. monet negligendas esse hominum opiniones de te. *Multi*, inquit, *rebus externis studemus, non modo proventus ergo rerum necessariarum, sed & ob vitandam apud alios ignaviæ & amentiæ opinionem. Ut igitur istam quoque visionem reprimat, tironem monet*, scil. Epictetus, *cupidum proficiendi, ne propter eam rebus externis se dedat, internis neglectis. Nam quæ ista ratio est, permanere amentem, ne ab amentibus amens judiceris? ac ipsa illa assuefactio, ne amentium in degenda vita judicium sequi velis, eosque nihil cures, utcunque de te sentiant, sed in rectam rationem intuens, & judicium eorum qui rationi convenienter vivunt, sequens, res tuas*

administres, ad vitam natura hominis, qui est rationis particeps animal, parandam, plurimum confert. Idem ibid. vanæ gloriolæ pruritum damnat & dissuadet; dicens: *Infla e animum & ad externa rapere, eoque redigere ut ad vulgi opinionem non suo judicio vitam instituat: nec sinere ea opinione vulgi contentum ad veram scientiam contendere.* Rursus de eadem re Simplicius c. 57. & reprehendit eum, qui in populari opinione bonum collocat. Thucyd. p 56 verecundiam plurimum modestiæ, & fortitudinem verecundiæ habere dicit; ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία. Apulejus p 226.ait: *Ideo meam defensionem ad hoc tempus reservavi, non hercule penuria laudis, qua mihi dudum integra & florens per omnes antecessores tuos ad te reservata est; sed quoniam nulli me probatiorem volo, quam quem ipse ante omnes merito probo.* Seneca quidem III. de Benef. c. 23. agens de duobus servis, qui se transfugas simulantes dominam suam servaverant, admiratus virtutem illorum, ita exclamat: *Non est, mihi crede, non est servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse.* Ea enim infamia falsa est; ut appellat istam Livius p.221. in Orat. Q. Fabii ad L. Æmilium. *Resistes adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris; si te neque collega vana gloria, neque tua falsa infamia moverit.* Imo p. 153. idem Livius tantam caritatem patriæ esse debere ait, *ut tam ignominia eam, quam morte nostra, si opus sit, servemus.* Quod egregie præstitit Fabius, qui, quamvis sciret etiam Romæ *cunctationem suam infamem esse*, tamen non curans quid de se loquerentur homines, sed quid ex Rep. esset, in salutari suo proposito perduravit, ut de eo Livius p. 213. Id si observassent quoque Callicratidas & Cleombrotus, non ita afflixissent res patriæ suæ; judicabant enim isti, cives quidem suos alium exercitum parare posse, se vero absque ignominia inde recedere non posse, adeoque detri-

detrimentum capere patriam maluerunt, quam ut ipsi *gloriæ jacturam, vel minimam quidem, facerent.* ut refert de illis Cic. de Off. p. 362. Sed inhumanum hoc est, præcipue cum patriæ & vita debeatur & *maxima gratia.* ut idem Cic. in Fragm. p. 12. Philosophice & & Poëtice hoc vitium perstrinxit Persius Sat. IV. vs. 43.

—— —— —— Ilia subter
Cæcum vulnus habes; sed lato balteus auro
Prætegit: ut mavis, da verba, & decipe nervos,
Si potes.

Cic. in Fragm. p. 17. notat, melius esse ut simpliciter vivamus & iis rebus quæ nostra terra profert utamur, quam ut ex alio orbe divitias & voluptatum incitamenta quæramus; una enim vitia istorum populorum ad nos transvehi. *Phœnices*, inquit, *primi mercaturis & mercibus suis avaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum supportaverunt in Græciam.* Joh. Chrysosth. autem in Ep. p. 426. eleganter ad sanctum usum hoc transfert, dicens: *Propterea omnia orta sunt mala, quod in iis, quæ sunt adeo mala, non Deum sed homines reveremur.*

128. *Consilium inveniunt m. s. d. e.*] *Quia certe nemo sufficit sibi consulendo.* Loriot. tom. 1. p. 874. Minime itaque rudis ingenii id potest, sed is *subinde per alia atque alia pavida consilia & imperia trepidat.* ut describit Perseum, postquam nuncium de adventu Romanorum acceperat, Livius p. 559. At pulcre sapientis viri vim describit Salomon Proverb. XX. 5. *Ut aqua profunda, consilium est in animo viri; attamen vir intelligens haurit illud.* Et sic Orosius VI. 8. Brutum falces excogitasse scribit ad dirumpenda hostilium antennarum armamenta; quod ipsi feliciter cessit.

129. *Consilio melius v. q. i.*] Livius p. 5. *Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est.*

130. *Consueta vitia f.n.r.*] Sic supra p 48.

Ægre reprehendas quod finis consuescere.

Huc facit illud Hieronymi tom. 1. ep. 56. *Imitentur Mariam, quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit: & ideo forsitan timore perterrita est, quia virum, quem non solebat, adspexit.*

131. *Contemni gravius f. e. q. p.*] Sidonius:

—— —— Timet ære vocari
Dirutus, opprobrium non damnum barbarus horrens.

Nam ut Quintil. Inst. p. 343. *In maledicto plus injuriæ, quam in manu.*

132. *Contemni levius e. f. q. p.*] Plane ita sapientissimus regum Proverb. XVII. 10. *Urit increpatio prudentem magis, quam si percutias stolidum centies.* Zwinger. autem p. 662 & 755. ita citat:

Contemni est levius quam stultitia percuti.

Et addit: *satius est contemni quasi stultum, quam stultum quid agere.* Citat & p. 848. additque: *contemnitur ut stultus, sed hoc leve est malum, quod ab alio pendet. gravius quod ipsemet possidet, quia mentis malum est.*

133. *Contra felicem vix d. v. h.*] Ergo cave te ei opponas.

Nam sese excruciat, qui beatis invidet.

ut Apulejus in Ἀνεχομένῳ vs. 3. Et ut Auson. p. 118.

Demens superbis invidet felicibus.

Unde apud Virgil. Ecloga II. vs. 39.

—— —— invidit stultus Amyntas.

nempe frustra. Et hinc est quod infra vs. 541. dicatur

Perfacile felix, quod vota impetrant, facit.

Unde & vs. 716.

Stultitia est insectari quem omnes diligunt.

Josephus p. 28. Νόμον γε μὴν ὡρίσθαι, καὶ παρὰ θηρσὶν ἰσχυρότατον, καὶ παρὰ ἀνθρώποις, εἴκειν τοῖς δυνατωτέροις, καὶ τὸ κρατεῖν, παρ' οἷς ἀκμὴ τῶν ὅπλων, εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς προγόνους αὐτῶν, καὶ ταῖς ψυχαῖς, καὶ τοῖς σώμασιν, ἔτι δὲ καὶ

τῆ

τῶν ἄλλαις ἀφορμαῖς ἀμείνους ὄντας, εἶξαι Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν εἰ μὴ τὸν Θεὸν ᾔδεσαν σὺν αὐτοῖς τοῦθ᾽ ὑπομείναντας. Inter felices illos ſunt divites, quibus, cum laborant, multos eſſe patronos, qui pro ipſis verba faciant & cauſam eorum juſtificent, ait Sirach. XIII. 25. Πλουσίου σφαλέντος πολλοὶ ἀντιλήπτορες. ἐλάλησεν ἀπόῤῥητα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν. Polycratis quoque Samii annulum vel e mari piſcis retulit. Ad favorem principis extendit id Caſſiod. II. ep 23. *Ceſſavit ergo contra vos improborum nefanda præſumptio, & obſcuris dolis effectum noſtra tollit auctoritas. Incaſſum enim odit, cui ſe principalis clementia objecerit.*

134. *Contra impudentem ſ. e. n. i.*] Hinc apud Tacitum I. Annal. 14. libera Cn. Piſonis in Tiberium vox. *Quo*, inquit, *loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habebo quod ſequar: ſi poſt omnes, vereor ne imprudens diſſentiam.*

135. *Crimen relinquit v. q. m. a.*] Hoc eſt poſt ſe relinquit crimen vitæ, tanquam nocens perierit & ſubterfugere voluerit ſupplicium gravius. Zwing. p. 114. *Videtur accuſare vitam ſuam qui mortem appetit.* Quod hauſit ex Seneca, qui Controv. VIII. 4. *Neſcio cujus criminis ſibi conſcius confugit ad mortem.* In eadem re ſimilis eſt filii illa defenſio apud Quinctil. p. 95. *Vixi, ne me videretur expuliſſe de ſeculo profundorum ſcelerum deprehenſa trepidatio: ne ſuper cadaver meum proclamare poſſes: certe merito timui, merito prædixi venenum, qui vivendi non habet audaciam.* Lepida hiſtoria quam refert Seneca ep. XII. *Pacuvius qui Syriam uſu ſuam fecit, cum vino & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi parentaret, ſic in cubiculum ferebatur a cœna, ut inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur:* βεβίωκε, βεβίωκε, *nullo non ſe die extulit.* Hæc de illo Seneca, & addit: *ex mala conſcientia feciſſe.*

136. *Crudelem medicum i. a. f.*] *Ut ſc. cogatur ad duriora remedia deſcendere, ad ſectionem, ad uſtionem.*

Zwinger. p. 1117. Ad amorem transfert Achilles Tatius p. 156. ubi Sosthenes Leucippen monet, ne cupiditati Thersandri aversetur; *Natura enim*, inquit, *ita comparatum est, ut in quo ad benemerendum vigeat alacritas, ei ad ulciscendum acerbitas non desit.* Τὸ γὰρ πέριττον εἰς φιλανθρωπίαν, ἴσον ἔχει τὸν θυμὸν εἰς τιμωρίαν.

137. *Crudelis est n. f. q. i. n.*] Sic certe faciunt illi, qui liberos una cum parentibus tollunt; qualis fuit Mithridates, de quo Florus III. 5. *sævitia quasi virtute utebatur. Nam quid atrocius uno ejus edicto, quum omnes,* qui in Asia forent, Romanæ civitatis homines, *interfici jussit?* Sic crudeles fuerunt Græci in parvulum Hectoris filium Astyanacta; in quod factum sic invehitur Seneca in Troad. vs. 1105.

—— —— non Busiridis
Puerilis aras sanguis aspersit feri.
Non parva gregibus membra Diomedes suis
Epulanda posuit.

Et sane notat Pausanias p. 254. Caphyenses qui pueros ludibundos simulacrum Dianæ attrectantes lapidibus obruerant, ob crudelitatem a Diis punitos esse. Transferri potest & ad mulieres, imbecille genus, & quod injuriam a se propulsare non potest. Hinc Terent. Adelph. IV. 2.

—— quia miseram mulierem & me servulum
Qui referire non audebam, vicit, hui, perfortiter.

Rationem satis validam dat Aristot. Probl. p. 468. *Cur mulierem interfecisse iniquius sit, quam virum? quanquam naturæ ratione, mas fœmina præstantior est. An quia mulier imbecillior est, minusque proinde facere injuriam potest?* διότι ἀσθενέστερον, ὥστε ἐλάττω ἀδικεῖ;

138. *Crudelis est in re a. o.*] Idem fere supra vetuit vs. 14.

Alterius damnum gaudium haud facias tuum.

Unde justa indignatio apud Terent. in Adelph. IV. 2.

Nihil

Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem. Basilius Seleucus p. 194. *Contumeliarum additamento calamitates meas cumulavit.* Syrach. XIII. 27. Ταπεινὸς ἔσφαλε, καὶ προσεπετίμησαν αὐτῷ. Tales vero objurgatores fuerunt Euctus & Eulæus, Persei socii, de quibus refert Plutarch. p. 70. quod cum ipsi in secundis suis rebus semper assentati essent, illum victum ad Pydnam, προσαπεσόντες ἐπετίμων πικρῶς, καὶ ἀνεμίμνησκον ὧν ἐξήμαρτεν ἢ παρεῖδεν, ἕκαστον ἐξονειδίζοντες. quod male cessit ipsis. Ille enim dolore & ira correptus, ambos interfecit. Pulcre autem objurgationem in re adversa Plutarch. p. 69. assimilat medicamento austero quod quis afflicto oculo adhibet. Verba ejus sunt: Ὁ δὲ παῤῥησίαν καὶ δηγμὸν ἀνθρώπῳ δυστυχοῦντι προσάγων, ὥσπερ ἐξυδορκικὸν ὄμματι τεταραγμένῳ καὶ φλεγμαίνοντι, θεραπεύει μὲν οὐδὲν, οὐδὲ ἀφαιρεῖ τοῦ λυποῦντος, ὀργὴν δὲ τῇ λύπῃ προστίθησι, καὶ παροξύνει τὸ ἀνιώμενον.

139. *Crudelis lacrymis p. n. f.*] Imo sunt, *qui ne suorum quidem misereantur*, ut notat Quintil. Declam. IX. Ammian. lib. XXVII. describens Probum præfectum prætorii, ait: *ita implacabilem & diruptum fuisse, ut si lædere quemquam instituisset, nec exorari posset, nec ad ignoscendum erroribus inclinari: ideoque aures ejus non cerâ, sed plumbis videbantur obstructæ.* Sic apud eundem Ammian lib. II. Imperator Constantinus Eusebium injuste accusatum & purgantem se, audire noluit, sed *deposita militia digredi jussit ad otium.* Eam repulsam ne acciperet magnanimus Tantalus mortem ab Atreo intentatam non deprecatus est, sed, ut habet Seneca in Thyeste, v. 721.

Stetit sui securus, & non est preces
Perire frustra passus.

Gaudentes illos alieno malo novit quoque Joh. Chrysosth in Ep. p. 404. *Hominum oculi solent intueri homines afflictos, & dolere, & misereri. Isti autem raptores*

(de avaris loquitur) *vident pauperes, & efferantur.* Istam animi sævitiam ex theatro deducit idem Chrysosth. p. 429. ubi execratus ferarum pugnas, dicit illas *docere homines sævitiam, & ut tale exercitium lætis oculis aspiciant.*

140. *Cui nolis sæpe irasci i. s.*] Examinanda hæc ad Senecæ ep. 29. ubi inter alia negat viro sapienti contrarium faciendum; *Spargenda est manus*, inquit, *non potest fieri, ut non aliquando succedat, multa tentanti. Hoc, mi Lucili, non existimo faciendum magno viro, diluitur ejus auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minus obsolefacta corrigere.* Idem 1. de Clem. c. 22. *Severitas, quod maximum remedium habet, assiduitate amittit, auctoritatem.* Et paulo post, *Videbis ea sæpe committi, quæ sæpe vindicantur.* Idem rursus c. 16. *Nunquid nam æquum est, gravius homine & durius imperari, quam imperatur animalibus mutis? Atqui equum non crebris verberibus exterret domandi peritus magister. Fiet enim formidolosus & contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris. Idem facit venator, qui instituit catulos vestigia sequi, quique jam exercitatis utitur ad excitandas vel persequendas feras. Nec crebro illis minatur: contunditur enim animus, & quidquid est indolis comminuitur trepidatione degeneri.* Interpretationem quoque sumat ex illo Plut. p. 73. Ἔτι τοίνυν ὁ μὲν Θουκυδίδης φησὶν, Ὅστις ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βουλεύεται. τὸ δὲ φίλου προσήκει τὸ ἐκ τοῦ νουθετεῖν ἐπαχθὲς ὑπὲρ μεγάλων ἀναδέχεσθαι καὶ σφόδρα διαφερόντων· ἂν δ᾽ ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸς πάντα δυσκολαίνῃ, καὶ μὴ φιλικῶς ἀλλὰ παιδαγωγικῶς προσφέρηται τοῖς συνήθεσιν, ἀμβλὺς ἐν τοῖς μεγίστοις νουθετῶν ἔσται καὶ ἄπρακτος, ὥσπερ ἰατρὸς δριμὺ φάρμακον ἢ πικρὸν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ πολυτελὲς, εἰς πολλὰ καὶ μικρὰ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα διελὼν, τῇ παρρησίᾳ κατακεχρημένος. *Porro, sicut Thucydides ait: qui ob rem maximam subit invidiam, eum rectum sequi consilium: ita & amicus debet mole-*

molestiam castigandi in magnis modo rebus, & in quibus plurimum est situm momenti, in se recipere. Si enim in rebus omnibus difficilem se prabeat, ac cum familiaribus pædagogi magis quam amici more agat, admonitiones ejus in summis rebus hebetes erunt & inefficaces; cum medici instar libertatem acre medicamentum aut amarum quidem, sed necessarium & pretiosum in multa minuta & non necessaria inutiliter absumpserit. Xystus Pythag. §. 270. *Rara sit objurgatio tua sed opportuna.* Ovid. I. de Remed. amoris vs. 293.

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit dedoluitque semel.

Non diviso dolore, non per partes, non per intervalla suspenso, sed semel, sed pariter. ut loquitur Quint. declam. XIX. Parentes quoque ne sæpius irascantur liberis suis, fingunt multa non cernere quæ tamen vident, multa non audire, quæ tamen auribus percipiunt. Nazianz. tom. II. p. 126.

Ὄφρα κε μὴ θερίσος αἰνὸν ἀπορρήξειεν ἐλέγξας,
Αἰδῶ τῶν τοκέων ἐσθλῶν ἐπίκουρον ἐλέγξας.

Pelus. IV. ep. 31. narrat aliquem cum sæpius cum Græculo sophista disputare nollet, uno dicto ipsi os obturavisse. Transfert hoc ad studia Martial. IV. epigr. 10.

Non possunt nostros multa, Faustine, litura
Emendare jocos: una litura potest.

141. *Cui omnes bene d. p. p. b.*] Dio Chrysosth. p. 53. Ὧι γὰρ πλεῖστοι μὲν καὶ ἄριστοι φίλοι, δυσμενὴς δὲ οὔτις ἄρα ἐστὶ, καὶ πολλοὶ μὲν οἱ ἀγαπῶντες, πλείους δὲ οἱ ἐπαινοῦντες, ψέγειν δὲ οὐδεὶς ὁ δυνάμενος, πῶς ὁ τοιοῦτος οὐ τελέως εὐδαίμων; ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνὴρ πολλοὺς μὲν ἔχει τοὺς συνηδομένους· οὐδένα δὲ ἐφηδόμενον· καὶ διὰ τὸ εὐτυχεῖν ἐφ' ἅπασι καὶ διὰ τὸ πολλοὺς μὲν ἔχειν φίλους, μηδένα δὲ ἐχθρόν. Sic quoque Cicero in Verr. p. 115. *Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cum videret statuas ab negotiatoribus, ab ara-*

toribus, a communi Sicilia. Cassiod. IX. ep. 24. *Nescivit quisquam de te submurmurare contraria.* Non tamen is semper possidet populi bona, nam novit quendam Symmachus IV. ep. 68. *cui dudum cuncta dempsit invidia fortuna, præter amorem bonorum.*

Cui nusquam domus est, sine sepulcro est mortuus.] Exilium enim mors est civilis. Citat quoque hanc sententiam ut Publii Zwing. p. 612.

142. *Cui plus licet q. p. p. v. q. l.*] Hac de re ex professo agit Herodot. in oratione Otanis, qui post interfectos Magos dissuadet Monarchiam & æqualitatem vult introducere. Et hinc Sallustius dixit de bello Catil. c. 51. *In maxima fortuna minimam esse licentiam.* Quod imitatur Livius p. 407. dum dicit: *quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis.* Nam in magnatum corda cum venit ista ambitio furorem esse, dilucide ostendit Philo p. 969. *Arrogantia sæpe etiam nascitur in contemptis & obscuris hominibus, sed non potest in his crescere, quia sicut ignis absque fomento deficit, ad magnates migrans, quibus large opes & honores suppetunt, eos dulci fortuna ebrios, debacchari facit in servos ac ingenuos, interdum in totas civitates.* Plutarchus in Amatorio p. 782. transfert ad amasios qui domini sui benevolentia abutuntur; ut sane faciebat Alcibiades, qui Anyto in deliciis, apud eum convivatus, dimidiam fere poculorum partem abstulit. Et ad res judiciales eleganter transfert Quintilian. p. 78. Declam. XIII. *Qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam.*

143. *Cui semper dederis ubi n. r. i.*] Hoc prospiciens Burrhus Neronem aliquando sequi naturam suam sivit, sed *mærens simul & laudans*, ut notat Tacit. XIV. Annal. 2. Curtius III. 13. scribit de Gangabis onera regia portantibus, quod quum frigus tolerare non possent, adstrictas vestes, quas cum pecunia portabant

auro

auro & purpura insignes, induisse: *nullo prohibere auso; quum fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam faceret.* Idem Curtius VI. 6. scribit Darium quamvis timeret Bessum ut proditorem, tamen ipsum accersivisse cum Bactrianis; ne scilicet ita aperiens suspicionem suam ex incerto amico certum hostem faceret. Spitamenes autem, ut refert idem VIII. 3. sibi ipsi malum adscivit, quoniam noluit indulgere uxori, quæ sæpe pertæsa peregrinationis virum ad pacem adhortata fuerat, quod quum quamvis valde amata non obtinuisset, interfecit ipsum & caput ejus ad Alexandrum attulit. Nam ut Nazianz p. 808. οὐκ ἔστι τῶν αἰτουμένων, ἀλλ' ἀπαιτουμένων ἀεὶ χάριτος χάριν προσκαλουμένων. Aviditas autem ista & rapacitas optime apparuit in Agathoclia meretrice cum fratre & matre, quas non contentas rege, etiam regnum possedisse scribit Justin. p. 189. Nam munificentia procedente tempore est pro lege; quod optime consideravisse videtur Cassiod. III. ep. 39. dum scribit: *Sequi convenit vetustatem, qui suo quodam privilegio, velut debita, quæ donantur, exposcit. Nec licet negari, quod te cognoscis sub antiquitate largiri.* Et iisdem fere verbis Symmachus X. ep. 54. *Semel honori urbis delata compendia desinunt esse tribuentium; & quod à principio beneficium fuit, usu atque ætate fit debitum.* Zwinger. p. 303. & 1195. ait hoc præcipue ad tyrannos & principes rapaces attinere. Et sic Dio Chrysosth. p. 587. *Plerosque* ait *qui imperium obtinent, omnia concupiscere, quia ipsis licet omnia accipere.* Et Isocrates p 427. notat quosdam *ob insolentiam principatus, quod libuisset licere sibi existimantes, in turbas maximas incidisse.* Ego de his plura in Discursibus. Potest & transferri ad mendicos, qui soliti semper aliquid in loco consueto accipere, jam quasi debitum quodammodo flagitant.

144. *Cuivis potest accidere q. c. p.*] Nam ut Phocylides vs. 25.

Κοινὰ

Κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός· ἄστατος ὄλβος.
Communes casus omnium, vita trochus, instabilis felicitas. Non igitur quis mortalium dicere debet: *nescieram id ita posse accidere.*

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι.

Menander apud Plutarchum dicit p. 476. Hanc autem Publii sententiam citat & commendat Lipsius 1 cent. ep. 26. Cicero quoque in Tusc. Qu. p. 153. illam esse præstantem & divinam sapientiam ait, *nihil admirari cum acciderit, nihil, antequam evenerit, non evenire posse arbitrari.* Aliter sentientes castigat idem ibidem p. 129. *Hæc morte effugiuntur, etiamsi non evenerint, tamen quia possunt evenire, sed homines ea sibi accidere posse non cogitant.* Cogitabat tamen Izarus, qui apud Josephum p. 687. fugitivum Parthorum regem Artabanum omnibus honoribus prosecutus est, οὐκ εἰς τὸ παρὸν αὐτοῦ τῆς τύχης ἀποβλέπων, ἀλλ' εἰς τὸ πρότερον ἀξίωμα, καὶ τι λογισμῷ διδοὺς ὡς κοιναὶ τοῖς ἀνθρώποις αἱ μεταβολαὶ τῆς τύχης. Claudian. in Eutrop. 1. vs. 182. describens exaltationem ejus qui antea fuit humilis; ait:

Cuncta ferit, dum cuncta timet:

Soli fortassis sapientes eximi huic sententiæ possent; Nazianz. certe tom. 11. p. 301. ita ait: *Attingere sapientes nequeunt quæcunque in hac vita eveniunt, ut plerique putant, qui perfectum sapientem non ex opinione constituunt.* Ideo autem sapientem non tangunt, quia ille has omnes rerum vicissitudines jam ante cogitavit, & animum adversus ea quæ possunt evenire firmavit, & cum Poëta dicit:

——— ——— ——— *Non ulla laborum,*
O virgo, nova mi facies inopinave surgit.
Omnia præcepi, atque animo mecum ipse peregi.

Quos versus citans Seneca Ep. 77. ita se diffundit: *Tu hodie ista denuncias: ego semper denunciavi mihi, hominem paravi ad humana, præcogitati mali mollis ictus venit.*

At

At stultis & Fortunæ credentibus omnis videtur nova rerum & inopinata facies. Magna autem pars est apud imperitos mali, novitas. Hoc ut scias, ea quæ putaverunt aspera, cum assuevere, patiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis: & quæ alii diu patiendo levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium; Nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare, quicquid factum est, dicit, sciebam. Idem Ep. 78. *Interim tene hoc mordicus: adversis non succumbere, lætis non credere, omnem Fortunæ licentiam in oculis habere: tanquam quicquid potest facere, factura sit. Quidquid expectatum est diu, levius accedit.* Ep. 99. quoque idem argumentum tractans, ita concludit: *Hæc tibi scripsi, ut contra Fortunam tolleres animos, & omnia ejus tela, non tanquam possent venire, sed tanquam utique essent ventura, prospiceres.*

145. *Cuivis dolori remedium e. p.*] Nam ut Claudian. II. ad Stilicon. vers. 105.

—— —— durum patientia corpus
Instruit ut nulli cupiat cessisse labori.

Et hinc ita concludit Ovid. II. Remed.

Posse pati facile est, tibi ni patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

Recte quoque nescio quis *animum æquum* vocavit *optatum ærumnæ condimentum. Cuivis* autem *dolori* posse resistere optime docet Simplicius p. 46. monens, ut *rectas de rebus habeamus opiniones. Quod cum in nostra potestate sit, illud etiam in nostra potestate erit, ne perturbemur, & magnum ad id nobis afferet adjumentum, ut iis etiam, quæ in nostra potestate non sunt, ita utamur, quasi in nostra potestate sita essent. Etsi enim an ignominia afficiar, an pecunia spolier, an vapulem, arbitrii mei non est: at, recte de his sentire, non ea esse mala, sed sæpe utilia, penes me est. Tale autem decretum satis est ad illud, ut hujusmodi ne accidere quidem videantur: aut si*

acci-

acciderint, noxia non judicentur, ſed interdum conducibilia.

146. *Cum ames non ſ. a. c. ſ. n. a.*] Seneca Ep. 116. *Eleganter mihi videtur Panætius reſpondiſſe adoleſcentulo cuidam quærenti, An ſapiens amaturus eſſet? De ſapiente, inquit, videbimus: mihi & tibi, qui adhuc a ſapiente longe abſumus, non eſt committendum ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem ſibi. Sive enim nos reſpexit, humanitate ejus irritamur: ſive contempſit, ſuperbia accendimur. Æque facilitas amoris, quam difficultas nocet. Facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque conſcii nobis imbecillitatis noſtræ, quieſcamus. Nec vino infirmum animum committamus, nec formæ, nec adulationi, nec ullis rebus blande trahentibus.* Hæc Panætius; & recte, nam ut Zwing. p. 167. *Non ſolum non bene conveniunt majeſtas & amor, ſed etiam ſapientia.* Quantum enim mutetur inde homo docet optime Terent. in Eunucho II. 1.

—— —— —— Adeone homines immutarier
Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeverus quiſquam, nec magis continens.

Sed poſtquam amat quis, inſanire incipit; Epictet. p. 85. Ὅτι σύγγνωθί μοι, ὡς τοῖς ἐρῶσιν· οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ, μαίνομαι. *Ignoſce mihi tanquam amatoribus: non ſum meus, inſanio.* Imo neſcit quid dicat vel faciat. prout Achilles Tatius p. 160. talem nobis Terſandrum deſcribit inania & male cohærentia præ amore coram Leucippe effutientem, τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες, ὅταν πρὸς τὰς ἐρωμένας ζητῶσι λαλεῖν. Οὐ γὰρ ἐπιστήσαντες τὸν λογισμὸν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν εἰς τὸ ἐρώμενον ἔχοντες, τῇ γλώττῃ μόνον χωρὶς ἡνιόχου τοῦ λογισμοῦ λαλοῦσιν. *Id quod amantibus evenire ſolet, ſi quando cum amica ſermonem habere iis contingit. Neque enim in loquendo mentem adhibent. Sed animo in illam intento, ore tantum, ullo abſque rationis*

tionis moderamine verba inaniter fundunt. Vide plura ad vſ. 19.

Amare & ſapere vix Deo conceditur.

147. *Cum das avaro p. u. n. r.*] Tanto enim eſt inſtructior; unde Phædrus fab. 8.

Qui pretium meriti ab improbis deſiderat,
Bis peccat; primum quoniam indignos adjuvat:
Impune abire deinde quia jam non poteſt.

Et ex Ennio, Cic. de Off. p. 383. *Benefacta male locata, malefacta* arbitratur. Natura autem avari eſt, ut *ſi vel omnem illi ſubſtantiam tribuas, nullas referat gratias: imo indignetur, quod non plus habueris.* ut notat Chryſoſt. in Ep. p. 1666. Idem p. 1624. ſceleratam illorum vocem abominatur: *etiamſi beneficiis affectus ſis, jugula.* Egregie quoque mores ejuſmodi hominis depingit Dio Chryſ. p. 74.

148. *Cum inimico n. i. g. t. r.*] Ejuſdem ſententiæ fuit & Sirach. XII. 10. *Ne credas inimico tuo in æternum, nam ut æs rubiginoſum, ita eſt malitia ipſius.* Exemplum habemus apud Sueton. in Auguſto c. 16. quem conſiderantem iſtud, dicit, *M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam & incertam, reconciliationibuſque variis male focillatam abrupiſſe tandem.* Ibidemque narrat ſervum Æmilii Pauli comitis ejus cum fugeret, occaſionem ulciſcendi olim ab eo proſcripti patris Pauli quæſiviſſe. Adde me *Reconciliatio* &c. Laudanda tamen illa Cic. pro Rab. Poſt. p. 564. vox, *Neque me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere.*

149. *Cum vitia proſint p. q. r. f.*] Apud Salluſt. p.77. ita ſe defendit Jugurt. dicens: *Atherbalem dolis vitæ ſuæ inſidiatum: quod ubi comperiſſet, ejus ſceleri obviam iſſe.* Cic. in Verr. p. 157. *Si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in Rep. ſtudium calamitati fuerit; quem poſthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam ante præcipitem & lubricam eſſe ducebat,*

bat, huic plana & stabili præponendam esse arbitretur? Et pro Flacco p. 370. *Si hoc probatis, & si hoc licere, pecunias isto nomine capi, judicatis, certe hoc, quod adhuc nemo, nisi improbissimus fecit, posthac, nemo nisi stultissimus non faciet.* Hinc sane in jure belli argumentum deducit Demosth. p. 81. Ἐγὼ δὲ δίκαιον μὲν εἶναι νομίζω κατάγειν τὸν Ῥοδίων δῆμον. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ δίκαιον ἦν· ὅταν εἰς ἃ ποιοῦσιν οὗτοι, βλέψω, προσήκειν, οἶμαι, παραινέσαι κατάγειν· διὰ τί; ὅτι πάντων μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὰ δίκαια ποιεῖν ὡρμηκότων, αἰσχρὸν ὑμᾶς μόνους μὴ ἐθέλειν. ἁπάντων δὲ τῶν ἄλλων ὅπως ἀδικεῖν δυνήσονται παρασκευαζομένων, μόνους ὑμᾶς τὰ δίκαια προτείνεσθαι, μηδενὸς ἀντιλαμβανομένους, οὐ δικαιοσύνην, ἀλλ' ἀνανδρίαν ἡγοῦμαι· ὁρῶ γὰρ ἅπαντας πρὸς τὴν παροῦσαν καὶ τῶν δικαίων ἀξιουμένους. *Ego vero etiam justum esse censeo ut Rhodiorum populus restituatur. Id vero tametsi justum non esset, cum, quæ isti agunt, intueor, suadendum esse opinor ut reducatur. Cur tandem id? Quoniam, si omnes colere justitiam instituissent: turpe foret, vos solos ab ea abhorrere. Cum vero cæteri omnes ita se parent, jus violare ut possint: si soli, nihil contra vobis vindicantes, jus prætendatis: eam ego non justitiam, sed ignaviam existimarim: cum videam, ut quique armati sunt, ita etiam eos jus suum adipisci.* Bene quoque Terentius in Phorm. v. 2.

Nos nostrapte culpa facimus, ut malis expediat esse.

Nam, ut idem paulo post,

— *his nunc præmium est qui recta prava faciunt.*

Unde ita Hesiodus p. 61. ed. Heinf. quem locum & citat Stobæus p. 56.

Νῦν δὲ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
Ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.

Cum quo consentit ille apud Aristoph. in Pluto vs. 49.

Τὸν δὲ υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει,

Πλουσό-

Πεισόμενος εἰ χρὴ μεταβαλόντα τοῦ τρόπους,
Εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲν,
Ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν.
Ut consulerem eum de filio, quem habeo unicum:
An illi expediat permutatis moribus
Esse improbo, male versuto, sani nihil:
Nam ad bene vivendum hoc credebam apprime utile.

Rursus Demosth. p. 309. Κηρύττεται τις ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ εὐνοίας, ἄνθρωπος ἀσχήμων ὢν τῷ βίῳ καὶ βδελυρός; ὁ δέ γε νεώτερος ταῦτ' ἰδὼν διεφθάρη. *Proclamatur in theatro, aliquem coronari virtutis ergo, & fortitudinis ac benevolentiæ, qui sit homo fœdus in vita, & vecors? adolescens qui id videt, corrumpitur.* Nam, ut Livius p. 584. notat; *erubescamus, gloria si par illis viris, injuria nostra exæquetur.* Accommodari potest & pietati, juxta Athenag. de Resurr. mort. p. 183. σβεννυμένης μὲν γὰρ παντελῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ ζώντων φροντίδος, οὐδὲ τὴν κατ' ἀρετὴν ἢ κακίαν βεβιωκότων ἡ κρίσις. Alias valet illud Cassiod. IX. Ep. 9. *Nullum lædit observata justitia.* Dio Chrys. p. 109. ubi dixit, *nullum sibi opem laturum; quia non erat e re ipsorum*, addit: *absit enim, ut vestrum aliquis in talem infelicitatem incidat.* Idem p. 474. *Oppido essent stolidi, si illis parcerent; qui gratiam etiam habent pro inflictis malis.* Ideo quidam etiam magistratum appetunt, utpote *furtorum occasionem daturum*, prout notat Chrysost. in Ep. p. 169. Apud Liban. p. 204. Ulysses rogat Trojanos, an ex communi consilio Helenam rapuerit Paris, addens: *se tum ipsis judicibus uti nolle, utpote qui male facerent si recte judicarent.* Et Andocides de Alcibiade agens p. 301. ita pronunciat: *Merito mihi videntur judices tueri Alcibiadem, videntes Tauream tanta vi pecunia insumpta illusum. Istum vero adversus leges facientem, maxime pollere; culpa vestra est, cum insolentes non puniatis, & clam peccantes supplicio afficiatis, palam autem insolescentes admiremini.* Bene igitur Phædrus Fab. 34.

Successus improborum plures allicit.

Sic apud Ammian. lib. xxix. Festus quidam Tridentinus prius mitis, bonus, & frugi, cum sub Maximini Imperio scelestos & immeritos provehi ad magnos honores videret; mutata repente persona, eodem modo grassatus pessimus omnium factus est. Qui tamen non *ex vulgi opinione* ut ait Zwing. p. 705. sapit, idem semper manet; prout is ad quem Martial. xii. 6.

—— *sed tu sub principe duro*
Temporibusque malis ausus es esse bonus.

Sic & Salluft. de quodam, in fragm p. 257. *Sane bonus ea tempestate contra pericula & ambitionem.*

150. *Damnare est objurgare c. a. e. o.*] Zwing. p. 1113. *Primum eximendus est calamitati amicus, postea objurgandus, qui sua culpa in eam inciderit.* Eadem repetit p. 334. Vide & P. Fabr. 1. Sem. 1. & supra vs. 138.

Crudelis est in re adversa objurgatio.

imo intempestiva. Bene ergo apud Liv. p 218. Fabius temerario Magistro equitum Minutio opem ferens, *aliud*, inquit, *jurgandi succensendique tempus erit.*

151. *Damnati lingua v. h. v. n. h.*] Plane ita Seneca in Medea vs. 198.

Vox constituto sera decreto venit.

Et hinc apud Curtium ix. 10. bene Philotas, *vincti hominis non supervacuam solum, sed etiam invisam defensionem* judicat, *quæ judicem non docere videtur, sed arguere.*

152. *Damnum appellandum est c. m. f. l.*] Monitum illud Sirach. considera, v. 10. Μὴ ἔπεχε ἐπὶ χρήμασιν ἀδίκοις, οὐδὲν γὰρ ὠφελήσεις ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς. *Ne innitere pecuniis injustis: nihil enim utilitatis ex iis percipies tempore adversitatis.* Hujus infelicitatem describit Isocrates p. 393. *Qui injustitiam pluris faciunt, & summum bonum in eo ponunt, ut alienis opibus potiantur, eos similes esse video feris, quæ inescantur: ac initio quidem his quæ preben-*

prehenderint, cum voluptate frui, sed paulo post in maximis esse malis. Idem p. 21. pluris æstimari jubet justam paupertatem, quam injustas divitias, neque imitandum judicat eum, qui malis artibus potens fit. μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον. μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων. Stobæus p. 226. malum lucrum brevem voluptatem, longas vero habere dolores docet. Τὰ πονηρὰ κέρδη, inquit, τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει μικρὰς, τὰς δὲ λύπας μακράς. Eleganter causam hujus rei describit Hesiodus 1. vs. 319.

Αἰδὼς τοι πρὸς ἀνολβίην, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβον.
Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης ληΐσσεται, (οἷά τε πολλὰ
Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδῶ δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ)
Ῥεῖά τέ μιν μαυροῦσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.

Pudor quidem ad paupertatem, audacia vero (ducit) *ad divitias.*
Opes vero non rapiendæ: divinitus datæ multo meliores.
Si quis namque & manu per vim magnas opes paraverit,
Aut lingua prædatus fuerit, (qualia multa
Fiunt, quam primum lucri amor mentem deceperit
Hominum, pudorem vero impudentia vicerit)
Facile & illum pessum dant Dii, extinguuntur vero familiæ
Viri talis: exiguum ad tempus divitiæ adsunt.

Bene itaque monet Phocylides vs. 3.

Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ne ditescas injuste, sed ex juste partis vive.

Lucrum quoque cum invidia *periculum* vocat Cassiod. 1. ep. 26. Symmach. 11. ep. 30. *Suggere, non plures apud me divitias valere quam famam.* Exemplum injusti lucri habemus apud Cic. de Fin. p. 60. *Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem, unde, si secutus esset eorum*

sententiam, *qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent*, *ne nummum quidem unum attigisset*. Nam, ut Cassiod. IX. ep. 3. *Aurum per bella quaerere, nefas est; per maria, periculum: per falsitates, opprobrium.* Et *illa tantum sequenda sunt lucra, quae potest laetus possessor offerre.* ut Cassiod. ait XI. ep. 7. Idem XI. ep. 13. *Nam si Libya meruit per te recipere libertatem, crudele est me amittere, quam semper visa sum possidere.* Joseph. p. 823. dicit: *illa bella optime administrari, quorum milites bonam conscientiam gerant; qui vero per se pravi sint, his non solum inimicos, sed etiam Deum hostem futurum.* Sic, quae invenimus, si non recto possessori, eum si sciamus, quae debemus, creditoribus non reddamus, injusta lucra sunt. Joh. Chrys. ep. 455. inventa vult ut *sincere dominis suis reddantur.* Et Cassiod. XI. ep. 3. *Non sum callidus abjurator: quod generaliter debeo, incoactus exsolvo.*

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ Θεός.

ut Stob. p. 2. Apud eundem p. 30. Antiphonti respondet Socrates, qui volebat ut ipse Remp. gubernaret, *πότερως ἂν μᾶλλον τὰ πολιτικὰ πράττοιμι, εἰ μόνος αὐτὰ πράττοιμι, ἢ εἰ ἐπιμελοίμην τοῦ ὡς πλείστους ἱκανοὺς εἶναι πράττειν αὐτά.* Imo & lucrum est in loco pecuniam negligere. Hinc Demosth. p. 4. monet divites ut bellum adjuvent, *& pro multis, quae Deûm benignitate possident, pauca impendentes, reliqua secure teneant.* Isocrat. p. 85. in tali re monet, ne putemus, *nos accipiendo, lucrum: erogando, damnum facturos.* Transfert autem ad spiritualia Tertullian. p. 125. *Si aliqua amisistis vitae gaudia, negotiatio est aliquid amittere, ut majora lucreris.* Accommodari etiam potest ad reges qui socios fraudant. Vide me *Alienum appetens & sua perdit.* Et lucrum quoque rursus appellandum est cum bona fama damnum; sic Gratianus ad larem reversus, *procul a strepitu agens, mulctatione bonorum adflictus est a Constanti-*

ſtantino, hoc nomine, quod civili flagrante diſcordia, hoſpitio dicebatur ſuſcepiſſe Magnentium, per agrum ſuum ad propoſita feſtinantem. Sed hoc commendabilem illum & aliæ virtutes Valentiniano fecerunt; adeo ut collega imperii ſumptus ſit ab illo.

153. *Damnum niſi ex a. r. v.*] Juſtin. II. 5. Darium ex Scythia refugiſſe teſtatur trepidum, amiſſis octoginta millibus hominum, *qua jactura, abundante multitudine, inter damna numerata non eſt.*

154. *Dari bonum q. p. a. p.*] Eſt Senecæ Ep. 98. *Honores repulit pater Sextius, qui ita natus ut Remp. deberet capeſſere, latum clavum Divo Julio dante, non recepit. Intelligebat enim, quod dari poſſet, & eripi poſſe.*

155. *Didicere flere femina i. m.*] Zwing. p. 471. citat:

Dediſcere flere feminam eſt mendacium.

& addit: *quia nunquam hoc dediſcet:* at alterum horum rotundius; & firmatur vſ. 423.

Muliebris lacryma condimentum malitia eſt.

156. *De inimico ne l. m. ſ. c.*] Zwing. p. 253. 778. 822. 1071. & 1072: alios aliter legere indicat; citat tamen fere: *ſi cogites.* Theognis vſ. 362.

Εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρὸν· ὅταν δ' ὑποχείριος ἔλθῃ,
Τίσαι νιν, πρόφασιν μηδεμίαν θέμενος.

Bene demulce inimicum. poſtquam vero ſub poteſtatem venerit, ulciſcere ipſum, excuſationem nullam admittens.

Eurip. in Medea vſ. 316.

—— —— καὶ γὰρ ἠδικημένοι
Σιγησόμεσθα, κρεισσόνων νικώμενοι.

& paulo poſt:

Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ,
Ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός.

Hinc ibidem vſ. 776. Medea Jaſoni inſidias ſtruens, ait:

Μολόντι δ' αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους. &c.

Namque ut Plautus in Pſeud. I. v. 34.

——— *jam iſtac inſipientia eſt*
Sic iram in promptu gerere.

Quod confirmant Ep. Gr. p. 61. Ἄλλου μὲν ἦν κακῶς πεπονθότος, μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν' ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος, ἁλώη. Et bene concludit Seneca v. Suas. de Xerxe minante ſe cum exercitu in Græciam venturum, ni tropæa Perſica tollerent; *ſi venturus eſſet non minaretur.* Et ſane apud Joſeph. p. 515. Alexandra cognita filii nece per fraudem ab Herode ſublati, diſſimulavit ſe ſcire id, donec aliquando offerret ſe ultionis facultas. Hoc quoque conſilium Choſrois fuit regis Perſidis, qui, ut narrat Simocatta p. 212. *cum inſolentes Varami literas accepiſſet; cum irarum faces ipſi conſiliarii ſui ſubmitterent, ipſe, metuens, ne verborum minis tyrannum exaſperatum, ad officium præfractiorem redderet, ſententiam occultam habuit; & ficto velatoque blandimento eum captavit.* Et ſic quoque Severus Imperator *ad Orientis ſtatum confirmandum profectus eſt, nihil adhuc de Nigro palam dicens.* ut de eo Spartian. p. 98. Apud Tac. XI. Ann. ubi agunt de opprimenda Meſſallina, Caliſtus *potentiam cautis quam acrioribus conſiliis tutius haberi* dicit; quod & ibidem affirmat Narciſſus, *ſolum id immutans, ne quo ſermone præſciam criminis & accuſatoris faceret.* In bellis præcipue id locum habet, ut hoſtes nihil tale opinantes opprimamus. Sic Livius p. 5. notat Sabinos *non oſtendiſſe prius bellum quam intuliſſe.* Sed quam difficile ſit moderari linguæ, docet Seneca in Medea vſ. 121.

Levis eſt dolor, qui capere conſilium poteſt,
Et clepere ſeſe; magna non latent mala.

Unde conjuratorum fidam taciturnitatem miratur Claudian. in Ruffin. l. II. vſ. 287.

——— *quæ non mirabitur ætas*
Tanti conſilium vulgi potuiſſe taceri,

Aut

Aut facinus tam grande tegi, mentisque calorem
Non sermone via, non inter pocula rumpi.

Maxime autem timendi sunt isti, qui ita palam adulantur prementes corde altam invidiam. vere enim ut infra vs. 379.

Malevolus animus abditos dentes habet.

Unde rogat Ausonius:

Quid facturus eris dum discutis?

Talem hominem graphice depingit Sirach XIX. 26. 27. 28. Ἔστι πονηρευόμενος συγκεκυφὼς μελανίᾳ, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ πλήρης δόλου. Συγκύφων πρόσωπον καὶ ἐθελοκωφῶν, ὅπου οὐκ ἐπεγνώσθη προφθάσει σε. Καὶ ἐὰν ὑπὸ ἐλαττώματος ἰσχύος κωλυθῇ ἁμαρτεῖν, ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, κακοποιήσει. *Est nequitia praditus, qui demisso capite pullatus incedit & interiora ejus plena sunt dolo. Demittit vultum & surdum se simulat, & ubi minime cognitus fuerit, antevertet te. Quod si defectu virium peccare prohibeatur, si opportunitatem nactus fuerit, tum malefaciet.* Impios istos ita idem alloquitur I. 30. Ἀποκαλύψει κύριος τὰ κρυπτά σου, καὶ ἐν μέσῳ συναγωγῆς καταβαλεῖ σε· Ὅτι οὐ προσῆλθες ἐν ἀληθείᾳ φόβῳ κυρίου καὶ ἡ καρδία σου πλήρης δόλου. *Retegat arcana tua Dominus, & in medio congregationis dejiciat te; quia non accessisti sincere ad timorem Domini, & cor tuum plenum dolo.*

Demens superbis invidet felicibus] Ceu Syri citat Zwing. p. 269. at p. 271. tribuit Ausonio.

Demens dolorem ridet infelicium.] Et hoc tanquam Syri citat Zwing. p. 344 Sed utrumque est Ausonii.

158. *Deliberando sape p. o.*] Nam ut Sallust. in bello Catil. c. 1. *Prius quam incipias consulto, & ubi consulueris mature facto opus est.* Et c. 43. narrat Cethegum maximum bonum in celeritate putantem, semper questum fuisse de sociorum ignavia, dicens: *illos, dubitando & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.*

159. *Deliberandum est d. q. s. e. s.*] Tacit. XIV. Annal. 1. *Diu meditatum scelus non ultra Nero distulit.*

160. *Deliberare utilia m. t. e.*] Zwing. p. 816. *Tutissimum est lentas esse consultationes de utilibus.*

161. *Demens est q. p. e. f.*] i. e. *Sequitur casum non consilium.*

162. *Deos ridere credo c. f. v.*] Infra vs. 541.

Perfacile felix quod vota impetrant facit.

Cic. Vatin. p. 492. *Ac si hæc omnia contemnis ac despicis, quod ita tibi persuaseris, ut palam dictitas, te, Diis hominibusque invitis, amore in te incredibili quodam C. Cæsaris, omnia quæ velis consecuturum, ecquid* &c. Impia certe vox istorum tali modo felicium apud Jobum XXI. 15. *Quid est Omnipotens, ut colamus eum? aut quid proficiemus, quum intercedimus apud eum.* Sic multi elati rebus secundis lasciviunt, sed veniant res adversæ, tunc erunt dejecti & superstitiosi. Quod & Livius de Romanis notat in oratione Camilli p. 103. *Adversæ deinde res admonuerunt religionum.* Sic & adversæ res cogunt supplicare potentiores privatis, prout apud Sallust. in Jugurt. Bochus ad Sullam ait: *Nunquam ego ratus sum fore, uti rex maximus in hac terra, & omnium, quos novi, opulentissimus, privato homini gratiam deberem.*

163. *Despicere oportet q. p. d.*] i. e. Contemnere oportet nec habere in proprio. Xyst. Pyth. §. 122. *Nil pretiosum ducas, quod auferre a te possit homo natus.* Cic. pro Rosc. Amer. p. 19. *Cum præsertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur, ut, simulatque ille despexerit, aliquid hujuscemodi moliantur.* Apud Xenoph. p. 886. quidam ostendit in sua se inopia majus delectamentum capere, quam reges in opibus & rapinis suis.

165. *Dives quod d. t. c. r. v.*] Nam *tunc blande loquitur pauperi cum insidiatur*, ut notat Paulin. epigr. 90.

Et

Et hinc apud Plautum in Aulularia II. II. 7.

Non temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem.
Jam illic homo aurum me scit habere; eo me salutat blandius.

Et 19.

Nemini credo, qui large blandus est pauperi.

Et 69.

Nam si opulentus ut petitum pauperioris gratiam,
Pauper metuit congrediri.

Nazianz. tom. II. p. 238. ubi divitum calumnias descripsit, addit: *Si sit callidus, specie patroni vindicat ab injuria miserum, sibique subjicit, dum protegit; voratque postea hunc, ut leo, qui a bestia feras cruentas submovet, non ducitur benignitate, sed prædam parat sibi.* Recte itaque id *largiri & interpellare* vocat Ammian. l. XXVII. in descriptione Probi. Ponas modo ante oculos ista verba Sirach. XIII: 8. Πλούσιος inquit χρείαν ἔχηκέ σου, λαλήσει σοι καλὰ καὶ ἐρεῖ, τίς ἡ χρεία σου; καὶ αἰσχυνεῖ σε ἐν τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ· ἕως οὗ ἀποκενώσῃ σε δὶς ἢ τρὶς, καὶ ἐπ' ἐσχάτω καταμωκήσεταί σου. Μετὰ ταῦτα ὄψεταί σε, καὶ καταλείψει σε, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κινήσει ἐπί σοι. *Dives, si indigebit tui, commode loquetur tecum, & dicet: qua re opus tibi est? & pudefaciet te cibis suis; donec bis terve te exinanierit, & ad extremum te irriserit. Postea spectabit te relinquetque, & caput suum contra te movebit.* Quibus similia sunt apud Salomonem Proverb. XXIII: 7. *dicet ad te, ede & bibe; sed cor ejus non est tecum, bolum quem edisti evomeres, & corrumperes amabilia verba tua.* Qualia porro sint eorum beneficia docet Ambros. in Tob. c. 3 fœneratores eos vocans; *numeratur*, inquit, *pecunia, additur libertas, absolvitur miser minore debito, majore ligatur, talia sunt vestra divites beneficia. Minus datis & plus exigitis.* Quod idem observare est apud Aristoph. in Pluto vs. 381.

Καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς, νὴ τοὺς θεοὺς,

Τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

——— *Atqui per Deos, tu mihi*
Talis videre amicus, qui si tres minas
Exposueris, repetiturus sis duodecim.

Nempe, ut Hieron. 1. tom. p. 15. *Sic bestia, sic aves, sic capiuntur & pisces. Modica in hamo esca ponitur.* Recte itaque Nazianz. tom. 1. p. 302. dicit: *a viro justo corripi satius esse, quam ab improbo inungi; illius enim asperitas etiam ipsa propter utilitatem suavis est; hujus contra ob morum perversitatem, benignitas quoque suspecta.* Sic apud Demosth. p. 31. ii qui a Philippo pecunia corrumpebantur, putabant se munera quæ ab eo accipiebant domum ferre, quum interim ea quæ domi erant, venderent. Et p. 42. ostendit Orator iste, hoc modo libertatem Græciæ eripuisse Philippum, *Thessalos* nempe *muneribus datis in servitutem pellexisse*, *Olynthios, data prius Potidæa, misere decepisse*; &c. Rationes autem beneficii dandi ita distinguit Cic. de Off. p. 376. aut iis præstari, *cujus opes metuunt*; aut contra, *a quibus aliquid exspectant; ut cum reges popularesve homines largitiones aliquas proponunt.* Ut apud Livium p. 87. *Hoc illud esse dictitantes, quod ara militibus sint constituta, nec se fefellisse, id donum inimicorum veneno illitum fore.* At ô felicitatem veterum temporum! *cum largitio ignota esset; & munificus nemo putaretur, nisi pariter volens: & dona omnia haberentur in benignitate.* Prout Sallust. notat in Jugurt. p. 142.

166. *Difficilem oportet habere a. a. c.*] Nam ut Quintilian. in Inst. p. 240. *Difficillima est gravissimi cujusque sceleris fides.* Cum quo consentit Cic. pro Rosc. p. 25. *Hæc magnitudo maleficii facit, ut, nisi pæne manifestum parricidium proferatur, credibile non sit: nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro atque dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania.* I-

dem

dem pro Font. p. 221. dicit : *in rebus judicandis non minimam partem ad unamquamque rem existimandam, momentoque suo ponderandam, sapientiam judicis tenere.* Et pro Sylla p. 383. *Vestra, judices, interest, qui cum summa elegantia atque integritate vixistis, non ex libidine, aut simultate, aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus repentinisque periculis vitam uniuscujusque esse testem.* Sic quoque Cassiod. IV. ep. 12. *Nec insinuationem supplicum renuamus, nec adversarii negotium credula facilitate damnemus.* Et idem V. ep. 34. *Quem a diversis judicibus fecimus justa examinatione perquiri: ne forsitan, ut assolet, cum non veritas, sed infirmaret invidia.* Vitare quoque debet suspicionem criminis; ita de se Cic. Phil. p. 584. *Veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid afferret si essem commoratus.* Sævus autem reorum oppressor fuit Mucianus apud Tac. IV. Hist. 10. qui, *inchoante Cæsare de abolendo dolore iraque, & priorum temporum necessitatibus, censuit prolixe pro accusatoribus.* Longe meliori instituto Caligula in principatus sui initio laudem boni principis affectans, *commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori, aut testi maneret ullus metus, convectos in forum, & ante clare obtestatus Deos neque legisse, neque attigisse quidquam, concremavit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum cur cuiquam invisus esset, negavitque se delatoribus aures habere.* ut testatur Suet. in vita ejus c. 15. Sed non ita fecit Constantius in causa Eusebii cubiculo præpositi, quem ideo Ammian. lib. XX. *ex opinione pleraque æstimantem & insidiantibus patentem* vocat. De eodem lib. XXI. ita narrat : *Si affectatæ dominationis ansam quandam falsam reperisset aut levem, hanc sine fine scrutando, fasque eodem loco ducens & nefas, Caligulæ, & Domitiani, & Commodi immanitatem facile superabat.*

Nec

Nec aliter illi lib. XXXI. Valens describitur *tunc magis intolerabilis, cum incidentia crimina ad contemptam vel læsam principis amplitudinem trahens, in sanguinem sæviebat & dispendia locupletum.* Sed fit sæpe ut properet ad pœnitendum, qui tam faciles aures ad crimina habet, unde illud apud Isocr. p. 747. *Arbitror autem vos non ignorare nostram urbem sæpe pœnituisse judiciorum, quæ per iracundiam potius quam re examinata facta fuerunt.*

167. *Demissum quod n. n. a.*] Citat Zwing. p. 43. & addit: *si quis opinatur sibi adhuc restare rem amissam, opinione ipsa fruitur.* Et p. 47. *Non est damnum; quod non sentis, non percipis.* Est autem desumptum ex Senecæ ep. 4. *Nullius autem rei facilior amissio est, quam quæ desiderari amissa non potest.* Idem de Beata vita c. 17. reprehendit nimis divites; dicens: *Cur plura quam nosti possides? turpiter aut tam negligens es, ut non noveris pauculos servos: aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam quorum notitia memoria sufficiat.* Talis fuit Polyphemus qui apud Ovid. Met. lib. XIII. ita se inter alia Galateæ commendat;

Hoc pecus omne meum est, multa quoque vallibus errant,
Multas sylva tegit, multa stabulantur in antris.
Nec (si forte roges) possem tibi dicere, quot sunt.
Pauperis est numerare pecus. —— ——

Sed tamen, ut apud Horatium,

Exilis domus est, ubi non & multa supersunt,
Et Dominum fallunt, & prosunt furibus. ——

Huc accommoda illud, quod supra habuimus:

Aspicere oportet quod nolis perdere.

168. *Discipulus est p. p. d.*] Zwing. p. 69. & 1379. *Diuturna rerum experientia reddimur docti.* Potest etiam dici ex præteritis judicium de futuris. Vide & Erasm. 1. VIII. 60. ad illud; *Senesco semper multa addiscens.*

169. *Discordia fit c. c.*] Velut inter Tydeum & Polynicem. *Quia dulcior solet esse gratia post amaritudines expia-*

expiatas. Transfert hoc ad jurgia parentum in liberos Salvian. Ritt. p. 320. *Scilicet*, inquit, *ut patris motus non detrimenta amoris sint, sed profectus.*

170. *Discute quod a. o. q. c. p.*] Liban. p. 201. *Verum totius negotii cognitio nihil utique detrimenti nobis attulerit, cum ad extremum usque audiveritis, ad id quod adest urgendum & praestandum.*

171. *Diu apparandum est b. u. v. c.*] Deinde omnis prima occasio optima. Sic apud Liv. lib 1. Sabini *non ostenderunt bellum prius quam intulerunt. Tum enim improvisi graviores accedimus.* ut notat Sallust. p. 129. Thucid. p. 54. D. Archidamus inter alia ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν, πέμπειν δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι μήτε πόλεμον ἄγαν δηλοῦντας, μήθ' ὡς ἐπιτρέψομεν. *Sed censeo arma nondum movenda: at legatos mittendos; expostulatum de injuriis, ut neque nimis aperte bellum declarent, neque significent nos permissuros, ut hac diutius faciant.*

172. *Dolor animi g. e. q. c. d.*] Sic quoque apud Gr. Com. p. 194.

Βέλτιον ἐστὶ σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.

Deterior animi morbus est quam corporis. Nam ut Plutarch. p. 500. (ubi disputat animi an corporis affectus sint pejores) inquit: *morbus quidem in corpore exsistit a natura. Pravitas autem & malitia quae in animo est, primo ejus opus, deinde etiam morbus est.*

173. *Dolor decrescit ubi q. c. n. h.*] Nam *cum malum venit ad summum, inde fit remissius.* ut Zwing. p. 105. Sic apud Curtium III: 5. de ægrotante Alexandro. *Laxataque vis morbi ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat.* Huc accommoda illud Zwing. p. 108. *Solatio est quod miserior esse nequeo.* Et hinc, ut apud Senecam in Oedip. vs. 386.

Solent suprema facere securos mala.

Et vs. 834.

Tuto movetur quidquid extremo in loco est.

174. *Dul-*

174. *Ducis in consilio p. e. v. m.*] Nam *ducis consilium plus valet quam exercitus*, ut bene Liban. p. 92. Idem p. 216. *Bonum consilium plus sæpe quam manum valere* dicit. Et rursus idem p. 259. ita: *Robur consilii expers, & sagacitas viribus carens, parvi momenti & efficaciæ sunt: cum autem simul convenere, plurimum pollent.* Xenoph. p. 871. Magnum virum vocat eum, *qui res magnas consilio potius quam robore perficere potest.* Sic Salomon Proverb. xxiv. 6. dicit: *Per sapientia consilia pro te belligerabis; & in multitudine consiliariorum est posita victoria.* Sall. p. 281. ait multa legendo, comperisse se, *omnia regna, civitates, nationes usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: ubicunque gratia, timor, voluptas, ea corrupere; post paulo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est.* Sic quoque Sirach. c. ix. vs. 19. jubet *consilium ut conferamus cum sapientibus.* Et vs. 22. quod dux sit populi σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ. Zwing. hanc sententiam citat p. 1497. sed non explicat aut illustrat.

175. *Dulce etiam f. q. f. a. p.*] Isocrates p. 25. Ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρους ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. *Nam ut apes omnibus quidem insidere flosculis, de singulis autem utilia carpere videmus: sic eruditionis etiam comparandæ studiosos nullius rei esse rudes, sed undique utilia colligere decet.* Dulce autem fieri potest, quia ab exitu res spectanda, non a principio. Eleganter hoc transfert ad sacrum usum Chrysost. Ep. p. 132. *Opponito igitur parvæ illi voluptati magnos terrorum hujusmodi fluctus, tum autem brevem continentia laborem, vitæ perpetuo duratura tranquillitatem: ac tum demum intelliges hanc illa esse longe suaviorem.*

176. *Dum vita grata e. m. c. e. o.*] Apposite Seneca

ca in Conf. ad Marciam. c. 20. *O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum naturæ laudatur: quæ sive felicitatem includit, sive calamitatem repellit, sive satietatem aut lassitudinem senis terminat, sive juvenile ævum, dum meliora sperantur, in flore deducit, sive pueritiam ante duriores gradus revocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita, quam de his ad quos venit ante quam invocaretur.* Et ostendit idem ibid. quam felices Pompejus, Cicero, Cato fuissent, si in florentissimo rerum suarum statu rapti fuissent. Merito itaque exclamat Theognis vs. 1008.

Ὡς μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅστις ἄπειρος
 Ἄθλων εἰς ἀΐδου δῶμα μέλαν κατέβη,
Πρίν τ' ἐχθροὺς πτῆξαι καὶ ὑπερβῆναι περ ἀνάγκη,
 Ἐξετάσῃ τε φίλους ὅν τιν' ἔχουσι νόον. &c.

Quam beatus fortunatusque, & felix est, quisquis expers laborum in Plutonis domum nigram descendit, prius quam inimicos formidare, & superare necesse est, investigareque amicos quamnam habeant mentem. Plane autem cum Syro nostro congruit illud Eurip. quod citat Stob. 882.

Ἄλις ὦ βιοτά, πέραινε, πρίν τινα συντυχίαν,
Ἢ κτεάτεσιν ἐμοῖς, ἢ σώματι τῷδε γενέσθαι.

Zwing. p. 1397. Similes quoque ex Gr. Auctoribus habet sententias. Hæc considerans Val. Max. IX. 13. *Non solum fortiorem, sed sapientiorem mortis interdum quam vitæ cupiditatem* vocat. *Neque enim mortuis nocet Fortuna*, ut loquitur Liban. p. 373. Verba ejus sunt: Ἐν μόνοις γὰρ ἐκείνη δυναστεύει τοῖς ζῶσι, νεκρὸν δὲ λυπεῖν οὐκ ἔχει.

177. *Effugere cupiditatem regnum e. v.*] Horat. I. ep. 12.

Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

Cic. pro Sylla. p. 375. *Sed, cum mihi patriæ, periculorum*

lorum, templorum &c. *pericula venirent in mentem, & refricarent memoriam; tum denique ei resistebam* &c. ubi ostendit noluisse se contra conscientiam suam compertum crimen defendere.

178. *Eget minus mortalis q. m. c.*] Nam ut vere Claudian. 1 in Ruff. vs. 201.

Semper inops quicunque petit. ——

Et Halicarn. p. 315. sub persona Publicolæ eum divitem pronunciat; non qui plus possidet, sed qui minus eget; Πλούσιος οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος ἐστιν, ἀλλὰ ὁ μικρῶν δεησόμενος. De Romanorum quoque abstinentia & frugalitate verba faciens Livius in præfat. *quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis fuisse* dicit. Bene quoque apud Xenoph. p. 885. Antisthenes, qui rogatus a Socrate, cur tam pauca possidens tam hilaris esset; *quod arbitror*, respondit, *non in ædibus sitas esse tum opes, tum paupertatem hominibus, sed in animis. Rem autem longe maximi pretii meis in opibus illis existimo, quod etiamsi quis ea mihi adimat, quæ nunc adsunt; nullum esse tam vile opus videam, quod mihi non satis alimenti suppeditet.* Si enim & animalia habent unde vivant, suppeditabitur a natura quoque homini aliquid ne fame pereat; exemplo sint eæ gentes quas ultra Caucasum habitantes Plutarch. p. 332. testatur *etiam Diogenem superare, nulla pera indigentes; non enim recondere alimentum, quod iis terra subinde recens suggerit, & potum quidem iis esse fluvios, folia ab arboribus defluentia, & herbam a terra enascentem esse lectum.* Tam paucis natura contenta est. Hinc frugalitatem veterum laudans Val. Max. II. 6. dicit: *frequentiorem maximis viris pultis usum quam panis fuisse.* At vero non parsimonia sed sordida avaritia fuit illius, qui apud Liban. p. 840. Abdicans filium suum, inter alia objicit quod sumptuose nimis Deos coluisset, Εἴθε μηδὲν inquit περὶ τοὺς θεοὺς ἐμεμήνθεις.

179. *Eheu quam m. f. m. f.*] Ovid. ad Liv.

Hosti-

Hostibus eveniat longa senecta metu.
nam ut infra vs. 500.

Nunquam non miser est, qui quod timeat, cogitat.
ideo vs. 746.

Ubi omnis vita metus est, mors est optima.
Potest etiam eam admittere interpretationem, ut dicatur a tyranno, quod cum circumspicit præterita & cogitat futura, isthæc præferat.

180. *Eodem animo beneficium d. q. d.*] Seneca I. de Ben. c. I. *Si spes mihi pracidatur gratum hominem reperiendi, mallem non recipere beneficia, quam non dare.* Idem II. de Ben. c. 31. *Hoc ex paradoxis Stoicæ sectæ minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile est, eum qui libenter accepit beneficium, reddidisse.* Et c. 33. *Beneficium mihi dedit, accepi non aliter, quam ipse accipi voluit.* Idem rursus ep. 81. *Non omnes sciunt referre beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, & unus e turba, utique dum prope est ab accepto, reddere beneficium & pensare: ignorat autem quantum debeat.* Et ibid. plane ad sententiam nostram; *Errat, si quis beneficium libentius accipit quam reddit.* &c

181. *Eripere telum non d. i. d.*] Zwing. p. 254. *Irato non est danda occasio nocendi, sed potius adimendi.* Sic Seneca III. de Ira c. I. vult, ut cedamus ei; *dum tempestas prima desævit, ne remedia ipsa secum ferat.*

182. *Est cupiditati & ipsa t. c.*] Nam, ut infra vs. 355.

Longinquum est omne quod cupiditas flagitat.
Et hanc pulcre describit Claudian. lib. III. de Raptu Proserp. v. 137.

Hæc ubi digreditur templis (sed nulla ruenti
Mobilitas) tardos queritur nunc ire jugales,
Immeritasque movens alterno verbere pinnas
Sicaniam quærit, cum necdum ascenderit Idam.

Ita apud Liv. p. 5. *Lente agere Tatius Sabinique visi*

ſunt Cæninenſibus, Cruſtuminis & Antemnatibus, quorum filiæ una a Romanis raptæ erant. Et apud Heliod. p. 45. amator *præ cupiditate qua incendebatur in Charicleam, etiam unam horam, infinitum tempus dilationis ducebat.* Imo ne proſpera quidem fortuna ſatis proſpera videtur venire, ſi tardior veniat. Hinc Seneca ep. 115. *Nemo eſt, cui felicitas ſua, etiamſi curſu venit, ſatisfaciat.*

183. *Eſt ſocia mortis h. v. i.*] i. e. Homo totus moritur. Quam ſollicite autem hoc evitare ſtuduerit Plinius, oſtendunt ipſius epiſtolæ; & ipſe quidem de ſe v. ep. 8. *Me autem nihil æque ac diuturnitatis amor & cupido ſollicitat: res homine digniſſima, præſertim qui nullius ſibi conſcius culpæ, poſteritatis memoriam non reformidet. Itaque diebus ac noctibus cogito ſi qua me quoque poſſim tollere humo. Id enim voto meo ſufficit: illud ſupra votum, victorque virûm volitare per ora.* Et de Fannio, qui hiſtoriam & caſus occiſorum & relegatorum ſcribens, in medio opere morte abreptus eſt. *Mihi autem videtur acerba ſemper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem vivunt, vivendi cauſas quotidie finiunt: qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat.* Idem rurſus IX. ep. 3. *Alius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ manſuræque famæ præſumptione perfruitur, certuſque poſteritatis cum futura gloria vivit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud altumque otium placeat.* Et ep. 19. *Omnes ego qui magnum aliquod memorandumque fecerunt, non modo venia verum etiam laude digniſſimos judico, ſi immortalitatem, quam meruere, ſectantur, victurique nominis famam ſupremis etiam titulis prorogare nituntur.* Et ibid. paulo poſt; *Impenſa monumenti ſupervacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi vitâ meruimus.*

184. *Eſt*

184. *Est turba semper argumentum p.*] Sic Athen. p. 631. refert olim populari turbæ placuisse, argumentum fuisse artis minus absolutæ, quam ob rem & dixisse Asopodorum Phliasium tibicine magno plausu laudato, in hyposcenio adhuc moratum; τί τοῦτο, δῆλον ὅτι μέγα κακὸν γέγονεν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμήσαντος. *Quidnam hoc est? magnam oportet aliquod malum accidisse, alioqui tam multis non probaretur.* Sic & Plutarch. p. 6. *vulgo placere* dixit esse, *sapientibus displicere*, τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν.

185. *Et calamitas v. e. o.*] Ovidius:

Hectora quis nosset felix si Troja fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.

Vide me, *Bonum sæpe e malo ortum.* Ideo autem *virtutis occasio* est, quia tum se detegit fortitudo. Est ut pila in mari; Corn. Gallus:

Non secus Ægeo moles objecta profundo;
Illa manet: frustra ventus & unda furit.

Ubi non video, cur Heins. ad Silium p. 346. faciat, *Firma manet.* ———

186. *Et deëst & superat m. c.*] Infra vs. 262.

Homini consilium tunc deëst, cum multa invenit.

Optime explicat Zwing. p. 1465. *Deëst*, inquit, *quia non vident, quo pacto possint mederi malis; superest, quia intelligunt, quid debuerint cavere, sed sero.* Nam ut Cic. in Verr. p. 150. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ statuere ipsa sibi non possit.*

187. *Etiam bonum sæpe o. a.*] An vult? malum esse nimium bene agere, quod talis adversitatem non toleret; prout supra dixit vs. 96.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

An vero? non solum non absterreri malis, si invalescat consuetudo, sed ne bonis quidem moveri.

188. *Etiam capillus unus h. u. s.*] Neminem contemni vult, & qui infirmi videntur, sæpe esse pugnaces. Erasm. in Ad. III. v. 32. explicat: *pusillum commodum juvat, exiguum delictum nocet.* Et Zwing p. 1348. dicit: *nil esse adeo minutum, quod non possit aliquid. Umbram* vero cum ait, videtur innuere nihil tam vile esse, quod non aliquando usum præbere sui possit; & sic certe mus infirmum animal leonem corroso loro liberavit, ut narrat Æsopus. Neminem quoque, quamvis infirmum, contemnendum esse, exemplum muris rursus docebit; nam Plutarch. p. 79. narrat Brasidam murem inter aridas ficus deprehendentem, & morsum ab eo, cum dimitteret, dixisse secum: ὦ Ἡράκλεις, ὡς οὐδέν ἐστι μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς, ὃ μὴ ζητεῖ σωτηρίαν, τολμῶν ἀμύνασθαι. *Hercules! quam nihil est ita parvum aut infirmum, ut non possit vitam tueri, si audeat se defendere.* Transfert ad sacra hoc Nazianz. Ep. 22. dicens: *se quidem esse pastorem exiguum, exiguique gregis antistitem, atque inter posteros Spiritus ministros; at gratiam nequaquam angustam esse, nec locis circumscriptam.*

189. *Etiam celeritas in d. m. e.*]

Omnisque nimium longa properanti mora est.

ut Seneca in Agamemn. vs. 421. Et Nazianz tom. I. p. 473. vel unicum diem totius vitæ humanæ instar esse desiderio laborantibus dicit; ὄντως ἡμέρα μία, βίος ὅλος ἀνθρώπου, τοῖς πόθῳ κάμνουσι. Quod videtur imitatus ex lepidissimo illo Xenophontis loco lib. I. Cyrop ubi Medus ille, qui cognatum se Cyro dixerat, cum ab illo vix decessisset, statim sudante equo reversus est, & Cyro dicente, brevi sane ex temporis intervallo reversum esse, respondit: πῶς ὀλίγου; οὐκ οἶσθα, ὦ Κῦρε, ὅτι καὶ ὅσον σκαρδαμύττω χρόνον, πάνυ πολύς μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι οὐχ ὁρῶ σε τότε τοιοῦτον ὄντα. *quid brevi? an nescis, ô Cyre, quod & illud tempus quo vel conniveo, videatur mihi sane quam longissimum esse? quoniam te talem non video.* Rursus Nazianz. tom. I. p. 275.

Εἰς καιρὸν ἥκετ᾽, εἴ γε δή σε πεπράχατε,
Πιστοῖς φίλοις γὰρ συμφοραὶ, τὰ τῶν φίλων,
Πίπτοντα κακῶς, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.

—— —— optime vos huc quidem
Et commode venistis. Ut enim res male
Cedant amicis, ita & amicorum fide
Bona integraque pectus anxium tenent.

Vivide quoque Julianus Ep. p. 153. *Mitte itaque orationem istam, mitte celeriter. Sed & me scito tribus his diebus valde abs te consumptum esse. Siquidem vere Poëta sic:* ἐν ἤματι φάσκων τοῦ ποθοῦντας γηράσκειν. Sic quoque de Uticensibus ab Scipione obsessis Livius p. 351. *Desiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur.*

190. *Etiam hosti est aequus q. h. i. c. f.*] Seneca II. Clem. 7. de sapiente; *Hostes dimittet salvos, aliquando etiam laudatos, si honestis causis, pro fide, pro foedere, pro libertate in bellum accincti sunt.* Sic de M. Anton. Philosopho testatur Spartian. p. 47. *Quod non tantum in cives aequus fuerit, sed & aequitatem circa captos hostes custodierit.* Unde fit aliquando, quod Livius lib. v. c. 27. de Faliscis narrat, quorum liberi fraude pædagogi extra urbem deducti, & Romanis traditi, a Camillo redditi patribus sunt, qui agnoscentes virtutem & fidem Romanorum, dederunt sese & urbem suam, ita præfati: *Vos fidem in bello quam præsentem victoriam maluistis; nos fide provocati, victoriam ultro detulimus.* Sed non omnes sunt tales; unde Quint. Inst. IV. 1. *Ut autem nostrum miserabilem, si vincamur, exitum; ita adversariorum superbum, si vicerint, utile est credi.* Qualem Philippum describit Pausan. p. 241. maximum quidem eum inter Macedoniæ reges dicens, boni imperatoris tamen laudem abnegans, nempe, qui jusjurandum semper contempserit, foederum religionem nunquam sanctam habuerit, unusque omnium in

minimis fidem duxerit, ubi etiam addit: punitum eum a Diis fuisse, nec diu vixisse. Longe alius Cato, qui cum alicui dixisset diem ambitus, adversarii quærebant ex eo, an illa die quid acturus contra illum esset, quod si negaret; fidem ei habebant. *Hæc quidem maximum*, ait Plutarch. p. 91. *continent argumentum Catonianæ existimationis. Sed majus* hoc est atque pulcrius, quod justitiam etiam *adversus inimicos adhibere adsuefacti, nunquam injuste sumus aut per fraudationem cum amicis acturi.* Zwing p. 204. *Qui ulciscendi consilium bellum faciendo suscipit, erga hostem etiam justus est, non fraude sed virtute nitens.* Et p. 1169. *Qui sequitur quod dictat fides, non quod dolor, is etiam hostibus erit æquus.* Ibi enim debemus dissentire de eo qui servat fidem patriæ, amicis, privatim, dummodo probis non noceat, ut is non puniatur tanquam peccet in leges. Videtur autem hæc sententia nata ex eo, quod amicus amico dare noluit testimonium. Inde Plautus in Trinum. *scilicet quando facile est inventu; datur ignis, tametsi ab inimico petas.* Et in Rudente II. 4.

Cur tu aquam gravare amabo, quam hostis hosti commodat.

191. *Etiam innocentes c. m. d.*] Tormentorum scilicet. Ammian. lib. XXI. de Constantio: *In quæstiones acrius insurgens quam civiliter, spectatores apponebat his litibus truces. Imo, facta etiam vel dubia adigebat videri certissima, vi nimia tormentorum.*

192. *Etiam in peccato r. p. f.*] Zwing. p. 1173. non habet *in*; sed citat:

Etiam peccato recte præstatur fides.

193. *Etiam oblivisci quid s. i. e.*] Zwing. p. 1017. citat;

Etiam oblivisci qui sis i. e.

Et addit: *Expedit aliquoties meminisse magis quid præsens tempus & res postulet, quam tua dignitas.* Plautus in

in Capt. III. 4. 28. *Quia suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui siet.* Plut. in Philopœmene c. XI. narrat eum ingressum in ædes hospitis, pallio vili amictum, jussum ab uxore hospitis quæ cœnam parabat, & præcursorem Philopœmenis eum arbitrabatur, ut ipsam in adornanda cœna juvaret, posita lacerna, ligna findere cœpisse.

194. *Etiam oblivisci quod s. i. e.*] Terent. Heaut. IV. 4.

Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. ——

Et Plaut. in Milite II. 6. vs. 89.

—— *etiam illud quod scis nesciveris.*

Theognis. vs. 419.

Πολλά με καὶ συνιέντα παρέρχεται, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Σιγῶ, γιγνώσκων ἡμετέρην δύναμιν.

Multa me & intelligentem prætereunt, sed necessitate taceo, cognoscens nostras vires. Polybius quoque p. 894. Οὐ μὴν ἥγε σύγκλητος τότε προσεποιήθη τούτων οὐδὲν, καίπερ σαφῶς εἰδυῖα τὰ γινόμενα παρ' αὐτοῖς. Et apud eundem p. 895. Cajus Proandrum, licet probe perspectum ejus alienum a Romanis animum haberet, laudavit tamen, & omnibus quæ dixerat est adsensus. Non tantum oblivisci quæ scimus, sed interdum etiam videntes cæci & audientes surdi debemus esse; ὁρῶντες μὴ ὁρᾷν, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούειν. prout Nazianz. p. 14. tom. I. Hinc bene monet Sirach. ut diligamus intelligentem famulum, οἰκέτην τὸν συνετόν; qui nempe non exsultat ea quæ domi fiunt. Plutarch. in Cat. Min. c. 92. refert, cum aliquando quid decerneretur, quod non approbaret, & non esset è Rep. eum transmisisse ea, veluti non audivisset.

195. *Etiam qui facit o. i.*] Seneca IV. de Ben. c. 17. *Quis est qui non beneficus videri velit? qui non inter scelera & injurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis quæ impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti? velit*

quoque iis videri beneficium dedisse, quos læsit? Et sane talis fuit Tiberius, qui, ut narrat Tacit. I. Ann. 2. occiso Agrippa, *nuncianti centurioni, ut mos militiæ, factum quod imperasset: neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud senatum respondit.* Unde rursus Seneca I. de Clem. c. 26. rogat, *quod istud malum sit, occidere, sævire, delectari sono catenarum, & civium capita decidere, quocunque ventum sit multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare?* Et Ep. 97. dicit: *omnium aliarum artium peccata, artificibus pudori esse, & offendere.* Capitonem *ut avaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse,* dicit Tacit. Hist. l. I. quem tamen interfectum audiens Galba, *mobilitate ingenii, an ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobavit. Pertulimus talia*, inquit Cassiod. x. ep. 32. *Qualia & ipsos offendere possunt, qui fecerunt insecutiones sine reatu.* Et ostendens Cic. impudentiam Verris, ait in Verrin. p. 95. *Verum etiam ipsi illi auctores injuriæ, & ex aliqua particula socii prædæ ac rapinarum, clamare cœperunt, sibi ut haberet hæreditatem.* Zwing. p. 311. & 1198. explicat: *Nolunt sibi fieri, quam faciunt aliis injuriam.*

196 *Etiam sanato v. c. m.*] Suetonius in vita Claudii c. 16. narrat de eo, quod cum peroratus a quibusdam amicis dempsisset cuidam appositam notam, dixerit: *litura tamen exstet.* Et bene ad Syrum nostrum Seneca VI. de Ben. c. 26. *Nunquam cicatrix, nisi collata vulneri, placuit: quod ita coisse gaudemus, ut non fuisse mallemus.*

197. *Etiam tyrannus vix p. i.*] Unde tyranni vox apud Senecam in Thyeste vs. 215.

Ubicunque tantum honesta dominanti licent,
Precario regnatur. —— —— ——

Et Alexandri apud Curt. IX. 3. *Mori præstat, quam pre-*

precario imperatorem esse. Quod tamen revera fuit, *debuit enim magnos & parvos sermonibus colere & muneribus, ut ipsi obedirent, & posset perficere quæ vellet;* ut bene judicat Dio Chrys. p 60. Nec illum tantum, sed omnes qui imperare volunt, per vim civibus, servire aliis, & qui cæteris vitam periculosam redderent, ipso metu perterritos vivere ostendit Isocrat p. 503. Imo etiam

Populi est mancipium, quisquis patriæ est utilis,

prout infra dicit vs. 554. ad quod nunc alludit.

198. *Et miseriarum portus e. p.*] Sirach. 1. 21. Ἕως καιροῦ ἀνθέξεται μακρόθυμος, καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνην. *Ad tempus sustinet longanimis, & postea exoritur ei lætitia.* Tacitus quoque 1. Ann. 14. Cum acerbus, si quid largiretur, esset Tiberius, narrat multos *silentium & paupertatem confessioni & beneficio præposuisse.*

199. *Excelsis multo facilius c. n.*] Seneca in Herc. Oetæo vs. 691.

Male pensantur magna ruinis.

Et vs. 697.

Transit tutos Fortuna sinus,
Medioque rates quærit in alto,
Quarum feriunt suppara nubes.

Sic in Antholog. 1. c. 70. epigr. penult. primaria meretrix, quæ nunquam antea se Nemesin osculatam fuisse dicit, deplorat sortem suam, quod jam mercedis causa lanam facere cogatur.

Ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύσοις ἐπ᾽ ἐρασταῖς,
  Ἡ Νέμεσιν δεινὴν οὐχὶ κύσασα θεόν,
Μίσθια νῦν σπαθίοις πενιχροῖς, πηνίσματα χρύει·
  Ὀψὲ τ᾽ Ἀθηναίη Κύπριν ἐληΐσατο.

Zwing. p 229. 231. 1443. & 1460. exponit: *uti ex alto cadentibus periculosior est ruina, ita periculosius dejicimur ex alta Fortuna.* Juv. Sat. x. vs. 105. de Sejano:

—— *Nam qui nimios optabat honores,*
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Vide Locos Emblematum.

200. *Exeritur opere non i. n.*] Sic apud Sueton. in Tib. cap. 57. jam in eo puero notatam fuisse scribit sævam ac lentam naturam, unde & Theodorus Gadarenus Rhetoricæ præceptor eum appellaverit πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον. Exempla deinde ubi exeruerit eam commemorat. Hinc *lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere* solitum eundem fuisse dicit Tac. IV. Ann. Nec degeneravit a matre Livia, a qua *omnis per exercitus ostentabatur, non obscuris, ut antea, artibus, sed palam hortatu*, apud eundem Tacit. I. Ann. Et verum quoque fuisse vaticinium Arruntii de Caligula, quod narrat Tacit. lib. VI. Annal. docuit eventus. Huc itaque respicit illud infra vs. 434.

Naturam abscondit, cum recte improbus facit.

Unde exclamavit Seneca in Hippol. vs. 915.

O vita fallax! abditos sensus geris,
Animisque pulcram turpibus faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum. Vera fallaces probant,
Simulantque molles dura. —— ——

Adde & Locos *Fronti nulla fides.* Nam ut Horat. II. Sat. 7. vs. 73.

—— —— *Tolle periclum,*
Jam vaga prosiliet frenis natura remotis.

201. *Ex hominum quæstu f. f. e. d.*] Zwing. p. 1282. ait: *Studium lucri facit, ut Fortuna credatur esse Dea, quæ faveat. Ex quæstu* autem, quia *illi imputatur si quid acciderit adversi.* ut p. 326. Et sic quoque Symmach. x. ep. 54. *Accedit utilitas, quæ maxime homini Deos asserit.*

202. *Exi-*

202. *Exilium patitur p. q. ſ. d.*] Friſingenſ. MSS. *Exſilium pati eſt* &c.

At Zwing. p. 1482. citat:

Se denegare patriæ, exſilium eſt pati.

Iterumque p. 610. dicit: *Qui latet & non verſatur in Rep. is ſua ſponte exſul eſt.* Noſtrum quoque addit, ſed tanquam incerti.

203. *Ex lite multa gratia f. f.*] Cic. de Reditu p. 391. *Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies feſti, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quam fruendo. Jam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia veſtra, quanquam mihi ſemper clariſſima viſa ſunt, tamen ea nunc renovata, illuſtriora videntur, quam ſi obſcurata non eſſent.*

204. *Ex præmii ſpe l. f. ſ.*] Cicero pro Balbo. p. 519. *Etenim cum pro ſua patria pauci poſt genus hominum natum reperti ſint, qui nullis præmiis propoſitis, vitam ſuam hoſtium telis objecerint; pro aliena Rep. quemquam fore putatis qui ſe opponat periculis, non modo nullo præmio propoſito, ſed & interdicto?*

205. *Extrema ſemper de a. j.*] Ita plane ex Procopio Stobæus p. 36. Ἀνδρὸς ἀρετὴν οὐκ ἀρχόμεναι δηλοῦσιν αἱ πράξεις, ἀλλὰ τελευτῶσαι μηνύουσιν. Et Liban. p. 828. *Neſcis homines ex iis, quæ prius contigiſſe vident, poſteriora judicare; ut præterita futurorum documento ſint?* Demoſt. quoque p. 149. *Nullius rei ſuſceptionem laudari* dicit, *niſi finem etiam utilem ſortiatur & honeſtum.* Vide plura in Lexico meo: *Principio malo* &c.

206. *Ex vitio alterius ſ. e. ſ.*] Hor. 1. Sat. 4.

—— —— *Avidos vicinum funus ut ægros*
Examinat, mortiſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis. —— ——

Et Tibull. III. Eleg. 7.

—— *Felix quicunque dolore*

Al-

Alterius disces posse carere tuo.

Unde Liban. p. 225. *Licere nobis*, dicit, *ex omnibus hominibus, maxime domesticis exemplis instrui; & quod efficitur, lucrari ex adversis casibus: hoc est, ut eorum, qui anteverterunt, experientia sciamus cavere quo minus in eadem incurramus.* Vide me in *Exemplo alieno potius quam malo proprio cavere sibi.* Et sic supra vs. 104.

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.

Vide & Erasm. 2. Chil. III. 39. *Optimum aliena insania frui.*

207. *Facilitas animi ad p. s. r.*] Zwing. p. 847. & p. 1325. *Facile adducitur ad vitia, qui facilis est animo.* Adde infra vs. 250.

Gravis animus dubiam non habet sententiam.

208. *Facilius crescit q. i. d.*] Sunt verba Senecæ Ep. 101. *Senecionem Cornelium, equitem Romanum, splendidum & officiosum, noveras, ex tenui principio se ipse promoverat, & jam illi declivis erat cursus ad cætera. Facilius enim crescit dignitas quam incipit.* Et Florus II. 1. de Romanorum potentia agens; *Itaque*, inquit *(mirum, & incredibile dictu) qui prope quingentis annis domi luctatus est (adeo difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui sequuntur, Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis, victoriisque peragravit.* Et in hunc quoque sensum Isocrates p. 251. dicit: Ῥᾷον γὰρ ἐστιν ἐκ τῶν παρόντων κτήσασθαι τὴν καλλίστην, ἤπερ ἐξ ὧν παρέλαβες ἐπὶ τὴν ὑπάρχουσαν προελθεῖν. Huc & facit locus Taciti III. Ann. 5. *Ac tamen initia fastigii Cæsaribus erant. Additur deinde Pontificatus* &c.

209. *Facit gratum Fortuna q. n. v.*] *Quam* legit Zwing. p. 267. & interpretatur hoc ita: *Felicitas ignota aliis gratos facit aliorum opera non egentes: nota vero, invidiæ objicit. Arme bedelaars maaken rijke Heiligen.* Imo vere *gratus* est, qui est minute dives. unde

de Menander dicit: *In malo quisque meminit Fortunæ, nemo in bono.* Zwing. iterum citat p. 1442. & p. 1285.

Facit gratum Fortuna, quam nemo videt.

& addit: *Fortuna facit invidiosum, nisi lateat. ergo dissimulanda est.* Apposita satis sunt ea quæ ex Alexide citat Athen. p. 40.

Τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν,
Φανερὰν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ ποιεῖν.
Ὁ γὰρ δεδωκὼς τἀγαθὰ, τὴν μὲν ὢν
Πεποίηκεν, οἴεται χάριν τινὰ
Ἔχειν ἑαυτῷ· τοὺς δ᾽ ἀποκρυπτομένους ἢ καὶ
Μετρίως πράττειν φάσκοντας; ἀχαρίστους ὁρῶν
Ἀνελευθέρως τε ζῶντας, ἐπὶ καιροῦ τινος
Λαβὼν, ἀφείλεθ᾽ ὅσα δεδωκὼς ἦν πάλαι.

Æquum est fortunatos splendide vivere, & aperte, quantum Dii dederunt, ostendere: sic enim qui bona largitus est, sui beneficii sibi gratiam haberi putat: qui vero id celant, & modicas esse opes suas prædicant, inutiles cum videt, & illiberalem vitam agentes sordide, occasionem nactus, quæcunque dederat prius, adimit.

210. *Factum tacendo c. f. a.*] Plinius IV. ep. 9. *Præterea rem manifestam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis.* & Æschines Ep. 7. agens gratias Senatui Populoque, quod audire maluissent eos, qui ipsi maledicerent, significat se ipsum potius velle iis respondere; *sin minus, secundo loco oratos velle, ut potius maledicos ipsius audirent, quam ut gratificandi specie conviciatoribus non audiendis, gravioris injuriæ facerent suspicionem, quam quæ dici verecunde possit.*

211. *Falsum maledictum m. m. e.*] Plutarch. p. 456. dicit iratorum linguam exasperatam & inquinatam, cum in absurda dicta erumpit, ἔχθρας ἀνηκέστου δημιουργὸν ὕβριν ἐκφέρειν, καὶ δυσμενείας παλαιᾶς κατήγορον. Et Demost. p. 314. *Etsi autem veterator es, Æschine, in eo tamen perquam stulte putasti, me factorum atque actorum in Rep. meo-*

meorum commemoratione, ad maledicta tua venturum; non ſane id faciam: non ita inſanio. Verum acta quæ mendaciis & calumniis proſcidiſti ſtatim excutiam: iſtius vero tam effuſa petulantiæ deinceps, ſi his audire placuerit, mentionem faciam. & p. 330. *Atqui & hoc ego, Athenienſes, convicium ab accuſatione differre exiſtumo, quod accuſatio crimina complectitur, quorum ſupplicia legibus conſtituta ſunt; convicium autem maledicta, quæ pro ſua quiſque natura inimici alii in alios dicere ſolent.* Et Zwing. p. 1080. *Qui conviciatur & mentitur, is malitioſe mentitur.*

212. *Famam curant multi p. c.*] Nempe ut, ſi non caſte, caute ſaltem vivant, quod diſſuadet Iſocrates, optimus morum magiſter, p. 87. dicens: Εὐτυχεῖς δὲ νομίζετε μὴ τοὺς λανθάνοντας ἐὰν τι καλὸν ποιήσωσιν, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν ἐξαμαρτάνοντας. Et optime quoque Simplicius; qui, c. 47. ubi dixit nos ægre reprehenſionem audire, addit: *Moleſtiæ cauſa eſt ſcilicet quod errata & peccata noſtra latere putamus, donec arguamur: eoque ne peccaſſe quidem nos putamus. Jam hujus ipſius rei cauſa eſt, quod opinionem aliorum ad nos ipſos dijudicandos adhibemus, & non noſmet ipſos, & Deum, hoc eſt, veritatem.* Longe aliter de ſe Seneca de Beat. c. 20. *Nihil opinionis cauſa, omnia conſcientiæ faciam: populo ſpectante fieri credam, quidquid me conſcio faciam.* Ammianus narrat p. 415. quod, cum Valentinianus Imperator, trium oppidorum ordines mactari juſſiſſet, unus interpellare auſus fuerit Euphraxius quæſtor; dicens: *Parcius agito, piiſſime principum: hos enim quos interfici tanquam noxios jubes, ut martyras, id eſt, divinitati acceptos, colit religio Chriſtiana.* Hanc ſententiam ſupra vſ. 126. ita extulit:

Conſcientiæ potius quam famæ attenderis.

Vide quoque Caſaub. ad illud Perſii p. 355.

Nequicquam populo bibulas donaveris aures.

213. *Fatetur facinus is q. j. f.*] Hieron. tom. 1. ep.

120.

120. *Dum acciti frequentibus literis hæretici, ut se defenderent, venire non sunt ausi; tantaque vis conscientiæ fuit, ut absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint.* Et Libanius p. 633. iniquitatem judicii accusans, ita ait: *Conciones adire quis in posterum externus timebit? quis non ad eas libere accedet? quis non audebit?*

214. *Felicitas nutrix e. i.*] Est Senecæ II. de Ira c. 21. *Felicitas iracundiam nutrit, ubi aures superbas assentantium turba circumstetit.* Et Philostr. p. 512. Αἱ γὰρ εὐπραγίαι, τότε μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίρουσι, καὶ τὸ μηκέτι καρτερεῖν, ἃ πρὶν εὖ πράττειν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐκαρτέρουν.

215. *Felix improbitas o. e. c.*] Zwing. p. 721. *Quoties fortuna favet improbis, hoc fit calamitate & malo optimorum.* Unde Liban. p. 296. *Non enim jam ego in discrimen vocor, quam vos examen subitis, utrum improbitas odio vobis sit, & an continentiæ amatores admittatis; imo ut semel dicam; hac una sententia, jura civitatis periclitantur, ut stent valeantque, vel concidant.* Et Salomon Proverb. XXVIII. 28. *Erectis improbis, abscondit se homo; sed pereuntibus illis, augentur justi.*

216. *Fer difficilia f. l. p.*] *Difficiliora enim debent esse quæ exercent, quo sit levius ipsum illud in quod exercent; ut athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine utendum est.* ut ait Quintil. II. Inst. 2.

217. *Feras non culpes q. m. n. p.*] Terent. in Adelph. IV. 7.

—— —. — — D. *Cæterum*
Placet tibi factum, Mitio? M. *Non, si queam*
Mutare: Nunc cum non queo, æquo animo fero.

Adde Erasm. I. Chil. 3. 14. ubi ex Eurip. & Homero similia citat. Sirach. II. 4. *Quicquid inductum fuerit tibi, accipe libenter, & ad commutationem dejectionis tuæ sperandam esto longanimus.*

218. *Feras*

218. *Feras quod lædit, ut & id q. p. f.*] Sen. in Herc. Oetæo:

Vires pepulit, pondusque mali,
Casus animo qui tulit æquo.

Et Plautus Asin. II. II. 58.

Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.

Eurip. apud Stob. serm. XCVII.

Ἔνεστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τοῦτο,
Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.
Καὶ οὗτος ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
Ἧττον δάκνουσιν.

Istud ante omnia discendum est primum, ut eventus rerum non ægre aut iracunde feramus. Hujusmodi vir optimus est, & calamitates ipsum minus mordent. Sed tamen addit, faciliora hæc dictu quam factu esse.

— — — ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
Ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.

Zwing. p. 871. ait: *Ut potiare commodo, feras incommodum.* Adde & Erasm. I. 6. 62. ad illud Sapphus, quod citat Tryphon Grammaticus:

Μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα.

219. *Ficta cito ad n. r. f.*] Namque, ut Menander ait:

Ἤθους δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώποις χρόνος.

Index & explorator morum tempus. Unde apud Senecam in Oedipo vs. 685. Creon dicit:

Parumne me tam longa defendit dies.

Demosth. autem p. 479. agens de quibusdam, qui initio boni, postea mali facti, iram populi experiebantur. *Non enim*, inquit, *eos civitas ad tempus duntaxat oportere justos esse putabat, post vero peculatores; sed in administranda Rep. justitiæ perpetuo observantes. Nam alioquin ejus generis homo non natura probus exstitisse, sed insidiose id egisse videbitur, ut fidem sibi præstrueret, quo postea majore lucro iniquus esset.* Apud Sallust. quoque in bello Jug. Marius ita incipit orationem suam: *Scio*

ego,

ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse: dein per ignaviam, & superbiam ætatem agere.

220. *Fidem nemo unquam p. n. q. n. h.*] Justin. p. 153. de Agathocle postea Siciliæ tyranno notat, quod diu sine fide fuerit; quoniam *nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod inquinaret, habere videbatur. Fidem* autem dicit: i. e. *fidei existimationem. Qui non habet.* i. e. *qui perfidus fuit.* ut explicat Zwing. p. 1207.

221. *Fidem qui perdit perdere u. n. p.*] Nam ut Poëta canit:

Omnia si perdas, famam servare memento,
Qua semel amissa, postea nullus eris.

Unde recte apud Terent. in Phorm. v. 8.

Heus, heus, quanta hæc mea paupertas est; tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.

Et apud Dionem Chrys. p. 331. *Atque alia omnia permittentes Romanis, hoc unum illis noluistis concedere, ut aliquid turpe eligeretis lucri gratia.* Xenophon quoque p. 421. dicit *orationem hominum promissa non servantium, vanam & imbellem esse ac sine honore hinc inde vagari.*

222. *Fidem qui perdit quo s. s. r.*] Vera enim fides non est relinquenda ut ditescas, quapropter Isocrates p. 89. miserrimos judicat & infelicissimos eos, *qui iis fidem fregerunt, qui fidem iis habuerunt.* Præclara sunt illa Demosth. verba p. 365. Εἰ δέ τις οἴεται δεῖν, ὅτι χρήματα οὐκ ἔχομεν, μηδὲ δόξαν ἔχειν ἡμᾶς χρηστήν. οὐ καλῶς φρονεῖ. ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι. εἰ δὲ μή. τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν. *Si quis autem in ea est opinione, ut existimet, quia pecunia nobis desit, etiam honestam famam esse negligendam: is longe fallitur. Nam ego quidem a Diis immortalibus precor, ut etiam ærarium habeamus locuples: quod si fieri nequit, illud saltem retineamus, ut fidem con-*

L stantiam-

ſtantiamque prædicent univerſi. Dixerat autem antea duobus præcipue bonis tunc florere Remp. opibus, & fide apud omnes, majus autem illud eſſe, quod de fide nemo dubitaret.

224. *Formoſa facies muta c. c.*] Sic Iſocrat. p. 428. ubi dixit, multum laboris in eo ſapienti vel præſtanti viro eſſe, ut nos ad ſe alliciat, addit: τοῖς δὲ καλοῖς εὐθὺς ἰδόντες εὖνοι γιγνόμεθα, καὶ μόνους αὐτοὺς ὥσπερ τοὺς θεοὺς, οὐκ ἀπαγορεύομεν θεραπεύοντες, ἀλλ' ἥδιον δουλεύομεν τοῖς τοιούτοις, ἢ τῶν ἄλλων ἄρχομεν· πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προστάττουσιν, ἢ τοῖς μηδὲν ἐπαγγέλλουσι. *Formoſis autem ſtatim primo aſpectu benevolentia conjungimur, & ſolos eos, quemadmodum Deos, colendo non defatigamur, ſed libentius eis inſervimus, quam aliis imperamus, majoremque illis gratiam habemus, ſi multa imperent, quam ſi nihil faciendum denuncient.* Ideo etiam Apulejus p. 377. *virginem formoſam, etſi ſit oppido pauper, tamen abunde dotatam* vocat.

225. *Fortuna cum b. c. v.*] Quam ideo *nunquam ſimpliciter indulgere*, dixit Curtius IV. 14. Eamque idcirco increpat Seneca in Octav. vſ. 378.

Quid me potens Fortuna, fallaci mihi
Blandita vultu, ſorte contentum mea,
Alte extuliſti, gravius ut ruerem, edita
Receptus arce, totque proſpicerem metus.

Unde ita diſputat Boët. II. Phil. proſa 8. *Etenim plus hominibus reor adverſam quam proſperam prodeſſe fortunam. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cum videtur blanda mentitur. Hæc ſemper vera eſt cum ſe inſtabilem mutatione demonſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit.*

226. *Fortuna plus homini q. c. v.*] Sic Plutarch. in Sylla p. 454. ſcribit eum reliquiſſe ſcriptum in commentariis ſuis, ea, quæ non conſulte ſed ex tempore aggreſſus temere eſſet, rectius cecidiſſe, quam quæ deliberaſſe ſibi viſus fuerat mature. Et ſic Salluſt. p. 273. *Sed ea res forte, quam conſilio, melius geſta.* Et p.

141.

141. narrat Marium, *quod summis precibus petens obtinere a Metello nequiverat, ut Romam mitteretur, postea ultro ab ipso ut invitum & offensum parum idoneum sibi rato, dimissum.* Imo sæpe *neutro Imperatorum volente, Fortuna, quæ plus humanis consiliis pollet, contraxit certamen.* ut notat in bello Maced. Livius p. 570. Quod præcipue in certaminibus navalibus obtinere docet Diod. Sic. p. 760. Demost. quoque p. 22. unam esse dicit Fortunam quæ omni humano ingenio & sapientiæ imperat. Ἓν μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' εὐτυχίαν ἣν συμπάσης ἐγὼ τῆς ἐν ἀνθρώποις οὔσης δεινότητος καὶ σοφίας ὁρῶ κρείττουσαν. Idem p. 67. Μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. *Magna enim vis est in fortuna, ad omnes res mortalium: vel ea potius omnia sibi vindicat.* Et rursus p. 341. illam omnium dominam esse dicit, ipsam vero nulli servire. Οὔτε τῆς τύχης κύριος ἦν, ἀλλ' ἐκείνη τῶν πάντων.

227. *Fortuna jus in hominis m. n. h.*] i. e. *Virtus auferri nequit.* Est autem Senecæ Ep. 36. *In mores Fortuna jus non habet.* addamus ex Stobæo p. 76. Οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ' ἐσφάλμεθα. Et ex Isocrate p. 1023. Οὕτω τὰ μετέωρα τῆς τύχης κινήματα ἐκστῆναί σε τῆς πάλαι θεωρίας ἠνάγκασαν.

228. *Fortuna magna m. d. e. f.*] Est Senecæ in Conf. ad Polyb. c. 26. *Multa tibi non licent, quæ humillimis & in angulo jacentibus licent. Magna servitus est magna fortuna. Non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere.* Unde regibus multo major cura impendet, quam privatis. Et hinc Euripid. in Phœniss. vs. 552.

Τί τὴν τυραννίδ' ἀδικίαν εὐδαίμονα
Τιμᾷς ὑπέρφευ, καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε;
Περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.
Ἢ πολλὰ μοχθεῖν, πόλλ' ἔχων ἐν δώμασι
Βούλει; τί δ' ἐστὶ τὸ πλέον; ὄνομ' ἔχει μόνον.
Ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.

Quid tyrannidem, beatam injustitiam honoras supra modum, & magni facis hoc? circumspici, honorificum? at hoc est inane. An multum laborare, habens multa in domo, vis? quid est hoc amplius? nomen habet tantum; nam sufficientia sufficiunt modestis. Magna autem est servitus habenti, quia tantum procurator illorum bonorum est; unde sic Seneca VI. Ben. 3. *Quid tanquam tuo parcis, procurator es.* Et ipse Euripid. Poëta sapientissimus in loco supra citato, ita pergit:

Οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοὶ,
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.
Ὅταν δὲ χρήσωσ', αὐτὰ ἀφαιροῦνται πάλιν.
Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.

Neque enim homines proprias possident opes; sed habentes a Diis datas, curamus eas: quum autem illi volunt, auferunt ipsas rursus; opulentia enim non est stabilis, sed in diem.

229. *Fortuna nulli plus q. c. v.*] Bene igitur dixisse Fabium Magistro equitum Minucio, *ut plus consilio quam fortunæ confideret*, docuit eventus. *Etsi enim nonnulla successerint, seu fortuito, seu virtute viri alicujus: paulo post tamen in easdem difficultates incurres*, inquit Isocrat. p. 337. Pulcre Joseph. p. 836. *Fortuna autem successibus meliores consiliorum, etiamsi aliter successerit, arbitrantur eventus: quasi bonum quidem fortuitum ad rem inconsulte gerendam illiciat: quæ vero ante cogitata fuerint, etiamsi adversus casus exceperit, bene jam meditatos exhibeant ad cavendum ne idem rursus eveniat: & bonorum quidem fortuitorum non is auctor, si cui contigerint, tristium vero quæ præter sententiam acciderint, saltem recte consulta videantur esse solatium.* Hinc Catilina apud Sallust. c. 58. inter alia sic suos hortatur: *Quod si virtuti vestræ Fortuna inviderit; cavete ne inulti animam amittatis.* Non tamen omnino Fortuna est contemnenda in iis; *Potest subsidiarii, auxiliariique & commilitonis vicem præstare,*

non

non tamen Imperatoris, nec sunt penes ejus arbitrium omnia. ut apposite judicat Onosander in præfatione libelli sui. Adde Val. Max. VII. 6.

230. *Fortunam citius reperias q. r.*] *Parare opes est facile, custodire difficile*, citat Suidas p. 766. Sed tamen parare non ita facile esse, at custodire multo difficilius putat Ælian. IV. 14. χαλεπὸν χρήματα συναγείρασθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι. Ibidem quoque illud Suidæ comprobans echino divitias comparat, quem facilius capias, quam teneas. Ὥσπερ γὰρ inquit ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, κατέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Idem Demosth. confirmat p. 4. διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Synesius quoque p. 5. Argum debere esse eum, qui pecunias servare velit, dicit: Καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ χαλεπὸν καὶ μυρίων ὀμμάτων δεόμενον μὴ, ὥσπερ εἴωθεν ἡ τύχη ποιεῖν, ἀνακάμψῃ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ, καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν συνοδοιπόρων. Et p. 4. Οὐ γὰρ ὥσπερ παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις μακαρισμὸς, οὕτως ἀπραγμόνως διασώζεται. Hinc argumentum deducit Isocrates p. 509. nihil esse stabile nisi possessionem virtutis. Ἠπίστατο inquit γὰρ τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας· τὴν δὲ εὐγένειαν ἀεὶ παραμένουσαν. Adde: *Parare facilius quam tueri.* Item, *Quærere* &c. In bello autem præcipue id locum habet; unde Curtius IV. 11. inquit: *Facilius est quædam vincere quam tueri.* Et captat hoc Isocrates p. 295. dicens: *Si nulli unquam post clades acceptas, revocatis viribus, victores hostes superarunt, ne nobis quidem bellum gerentibus victoriæ spes proposita esse debet.*

231. *Fortuna nimium quem fovet s. f.*] Zwing. p. 1279. *Magnæ felicitatis comites sunt stultitia & arrogantia.* Liban. p. 433. Καὶ ἔγωγε ἐνεθυμήθην, ὡς τὸ παρ' ἀξίαν εὐτυχεῖν ἐξίστησι πολλάκις τοῦ φρονεῖν. Et eleganter Isocrates p. 1023. Οὕτω τὰ μετέωρα τῆς τύχης κινήματα ἐκστῆναί σε τῆς πάλαι θεωρίας ἠνάγκασαν. Infra quoque vs. 717.

Stultitiæ partem interdum habet felicitas.
Præcipue humilis cum surgit in altum, fræna impotentiæ suæ immoderatius laxare solet. Cic. Rull. p. 306. *Singularis homo privatus, nisi magna sapientia præditus, vix facile sese regionibus officii, magnis in fortunis & copiis continet, nedum isti ab Rullo & Rulli similibus conquisiti, atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati.* Imo ipsum Philippum nimium fovendo stultum fecit Fortuna, cum enim ex solito ejus favore omnia primo impetu se confecturum putaret, aliquando spe sua deceptum fuisse notat Demosth. p. 4.

231. *Fortuna nos vincit, nisi t. v.*] In hunc sensum Horat. 1. Epist.

——— Animum rege: qui nisi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.

233. *Fortuna obesse nulli contenta e. s.*] In monostichis 201. est:

Metue sinistram, sola namque non venit.

Quanto magis metuenda Fortuna. Zwing. p. 1281. *Nullum malum venit sine cursu alterius mali.* Et Seneca in Troad. vs. 425.

Exoritur aliquod majus e magno malum.
Nondum ruentis Ilii fatum stetit.

Ammian. p. 439. *Adjunctum est his aliud haud mitius malum.* Et apud Achill. Tatium p. 145. Ἐμοὶ δ' ἡ συνήθης τύχη πάλιν ἐπιτίθεται, καὶ συντίθεται καθ' ἡμῶν δρᾶμα καινόν. Efficacissime Cic. pro Sylla p. 385. *Urget eadem fortuna quæ cœpit; repetit novum mærorem; non patitur hominem calamitosum uno modo afflictum, uno in luctu perire.*

235. *Fortuna vitrea est t. c. s. f.*] Seneca Ep. 91. *Quid enim est, quod non Fortuna cum voluit, ex florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur & quatiat, quo speciosius fulget?* Et Augustin. de Civ. Dei IV. 3. *Ut vitro lætitia eorum comparetur fragiliter splendida.* Apud eun-

eundem ep. 36. *vitreum* ei *sinum* tribuit D. Paulinus. Pertinent & huc illa Libanii p. 382. *Sed verum est quod dicitur, invidiam pulcris rebus obsistere, & nimiis prosperitatibus numen indignari; ut res humanæ mutationi obnoxiæ utique esse debent.* Horatius quoque *Famam* vocat *vitream* II. Sat. III. 223.

——— *quem cepit vitrea Fama.*

236. *Fortuna unde aliquid f. c. p. e.*] Phædrus Fab. LXXI. vs. 3.

Idem Prometheus auctor vulgi fictilis,
Qui simul offendit ad Fortunam frangitur.

Et Ovid. II. Trist. 83.

Cum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus:
Cunctaque fortunâ rimam faciente dehiscunt:
Ipsa suo quædam pondere tracta ruunt.

Apud Thucyd. p. 288. de Lacedæmoniis: ϰ̀ ἐδεδίεσαν μή ποτε αὖθις ξυμφορά τις αὐτοῖς περιτύχῃ, οἵα ϰ̀ ἐν τῇ νήσῳ. *& verebantur ne forte rursus aliqua calamitas sibi contingeret, qualis erat, quam & in insula acceperant.* Et p. 444. Syracusanis inter alia mala nunciatur, ceteram quidem pecuniam quam Egestæi promiserant, non exstare: sed tantum triginta talenta apparere. Videtur autem desumptum ex Senecæ c. 37. Cons. ad Polyb. *Omnia illa quæ nobis dedit*, sc. Fortuna, *ob hoc ipsum quod aliquid eripuit, invisa sunt.* Potest & intelligi sic: quod, cui Fortuna aliquantum se ostendit malam, ab eo omnes refugiant, amici, subjecti, tributarii. Intelligi etiam potest: *Felix, si impegit, omnium est timidissimus.*

237. *Fortuna usu dat m. m. n.*] Seneca ad Polyb. c. 29. *Rerum natura illum tibi, sicut ceteris fratribus, non mancipio dedit, sed commodavit: cum visum est, deinde, repetiit, nec tuam in eo satietatem secuta est, sed suam legem.* Uberius hoc tractat. Boëth. II. Philos. Prosa 2. Nazianz. quoque p. 121. tom. II.

Ὥς μή τις βιότοιο περῶν πλόον ᾧ δ' ἀγορεύσῃ,
Μοῦνος ἐγὼ κακότητα βίου καὶ κύδε' ἄλυξα.

& illustrat exemplo Polycratis Samii.

238. *Fraus est accipere quod n. p. r.*] Omnia enim respiciunt redditionem. hinc grave onus est beneficium quia reddendum. Hinc monet Sirach. IV. 36. *Ne sit extensa manus tua ad accipiendum, & ad reddendum contracta.*

235. *Frugalitas inserta est r. b.*] Sic emendavit Joseph Scaliger ad Manilium p. 454. ex MSS. Gellianorum excerptis, cum inepte pro *inserta* legeretur *miseria;* quod vulgatum citans Zwing. p. 915. & 964. mirificam addit interpretationem. *Esse* nempe *frugalem, rumor quidem bonus est, sed infelix & parum vulgo laudatus, cui profusio magis placet.* Vel, *miseria accipitur pro inopia.* Vel, *frugalitas est parsimonia vitii sed sub honesto nomine.* Apud Sarisber. VIII. 12. & 14. utroque modo Codd. habent. Cum autem dicit *inserta*, subaudiri debet *purpura.* vide Salmas. ad Hist. Aug. script. p. 407. Præcipua autem laus est in magnis viris ea si sit. Unde Cic. pro Dejot. p. 580. *Omnes sunt in illo regiæ virtutes; sed præcipue singularis & admiranda frugalitas.* Imo qui *frugi* audit, omnibus abundat virtutibus. Idem Cic. in Tuscul. Qu. p. 150. *Reliquas etiam virtutes frugalitas continet, quæ nisi tanta esset, & si iis angustiis quibus plerique putant teneretur, nunquam esset L. Pisonis cognomen tantopere laudatum.* Huc pertinent illa Silii Italici:

Jam simul argenti fulgentia pocula, mista
Quis gemina quæsitus honor. ———

Quæ Scaliger ad Manil. p. 459. male emendat, legens *mistu* & *gemino.* In malam partem autem istam frugalitatem rapit Martial. XII. 30.

Siccus, sobrius est Aper: quid ad me?
Servum ego sic laudo, non amicum.

236. *Fru-*

236. *Frustra rogatur qui m. n. p.*] *Ineptit* inquit Zwing. p. 284. & 1108. *qui rogat eum, qui non potest mollescere precibus.* Ita apud Virg. IV. Æneid. vs. 439. frustra obtestatur Æneam Dido ut maneat, nam

——— ——— ——— *nullis ille movetur*

Precibus, aut voces ullas tractabilis audit.

Quod in Achille prævidens Hector noluit preces suas frustra perire, sed statuit eum ante Trojam fatali sua die opperiri, expectans citam mortem aut victoriam lætam. Dicit itaque is secum apud Homerum x. Iliad. vs. 123.

Μή μιν ἐγὼ μὲν ἵκωμαι ἰών· ὁ δέ μ' οὐκ ἐλεήσει.

Non ipsi supplicatum ibo: is enim mei non miserebitur. Jerem. VI. 23. *Sævus populus est, neque erunt misericordes.* Potest etiam sententia hæc ferre hunc sensum: frustra imploratur id quod nihil opis ferre potest, ut res inanimatæ & similes. Sic certe apud Plutarch. p. 4. in vita Thesei legimus simplicitatem Peruginis, cujus pater Sinnis Pityocamptes a Theseo erat interfectus. Hæc misera puella fugiens in locum virgultis, stœbe & asparagis obsitum, precabatur illa, *vota cum jurejurando nuncupans, si servassent & texissent se, nunquam læsuram se ea nec crematuram.*

239. *Geminat peccatum quem d. n. p.*] Nilus §. 96. Ὅταν φαῦλα πράττων, ἐπ' αὐτοῖς μὴ αἰσχύνεται, βαρεῖται τὸ τραῦμα, καὶ τὸ πτῶμα εἰς ἀπόγνωσιν ἔρχεται. *Quando iniqua agens quis, propter ea tamen nullo pudore afficitur, vulnus magis exasperat, & error ipsius tendit ad desperationem.*

240. *Gemitus dolores indicat n. v.*] Stulte reprehendit istud Gebh. p. 170. Nam & Ovid. IV. Metam. vs. 426.

Nil poterit Juno nisi inultos flere dolores.

Et apud Heliodor. p. 90. Ulcisci non valens, εἴλξομαι περὶ τὸν τόπον, καὶ θρήνοις παραπέμψω τὸ πάθος.

241. *Grave crimen etiam cum l. d. e. n.*] Zwing. p.

664. *Suspectum enim hominem facit, ut ei in posterum diffidatur.* Horat. Satyr. I. IV. 100.

—— Hic nigræ succus loliginis, hæc est
Ærugo mera, quod vitium procul abfore chartis,
Atque animo prius, ut siquid promittere de me
Possum aliud; vere promitto. liberius si
Dixero quid, si forte jocosius, hoc mihi juris
Cum venia dabis. —— ——

242. *Grave judicium est quod p. n. h.*] Cic. pro Cluent. p. 273. *Vince deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: nihil de illo unquam secus esse existimatum; nihil denique præjudicatum.* Et p. 265. *Itaque confiteor (licet enim jam impune, hoc præsertim in loco, confiteri) quod Oppianici non modo vita, sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset: indignissimum porro videretur, circumventum esse innocentem pecunia.* In Verr. p. 145. *Cum hoc diceret Metellus, præjudicium a se de capite C. Verris, per hoc judicium nolle fieri.* Idem rursus pro Plancio p. 450. *Cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparasti.* Apud Curtium denique VII. I. Amyntas catenis liberatus ad Alexandrum ita inter alia dicit: *Sine præjudicio dicimus causam.*

243. *Grave præjudicium est q. j. n. h.*] Quintilian. Inst. V. I. *Ex illo priore genere, nempe ἀτέχνοις, sunt præjudicia, rumores, tormenta, tabulæ, jusjurandum, testes: in quibus pars maxima contentionum forensium consistit.* Et V. 2. *Jam præjudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur.* Zwing. p. 1212. *Grave est illud præjudicium, quod non sequitur aliud judicium, sed ipsum judicii loco est, neque excutitur melius.* Rursus p. 630. *Grave est illud præjudicium, quod ipsum judicii loco est, veluti si princeps præ se ferat animum inimicum in quempiam; nullus est judex qui secus ausit judicare.* Unde Liban. p. 744. *Quod vero quispiam majus testimonium præbeat in judicio, quam*

quod

quod qui jus dicunt, prius quam prætorium ingressi fuerint, reum condemnarint. Istud *præjudicium* vocat *judicium* Cic. in Verr. p. 47. *Primum causam inimici tui sublevabis, de quo non præjudicium, sed plane judicium jam factum putatur.* Ammian. p. 464. *Ex præjudiciis variis, quæ diebus exercebantur & noctibus, plures a disjunctissimis regionibus trahebantur, dignitatibus & nobilitate conspicui.* Sic postquam Cæsar in provinciam abierat, *statim quæstor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est.* ut notat in ejus vita Sueton. c. 23. Sic, *cum multi essent, quibus Sylla in secunda proscriptione viritim quadragena octona sestertia ob cæsos proscriptos dederat, iique omnibus invisi essent, ulcisci tamen auderet nemo; singulos eos Cato postulavit pecuniæ publicæ injuste possessæ, eamque exegit, iracundia interim oratione impias ei cædes exprobrans. Hi vero statim homicidii rei, & præjudicio jam damnati, in jus rapiebantur atque pœnas dabant.* ut narrat in Catone Plutarch. c. 23. Deprecatur tale præjudicium Athenag. p. 84. Μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκαταγνωσθῆναι. *Infirmitatem* autem vocat Cic. p. 12. Acad. Qu. *Ea est & in ipsis rebus obscuritas, & in judiciis nostris infirmitas, ut non sine causa, & doctissimi, & antiquissimi, invenire posse, quod cuperent, diffisi sint.* Summam impudentiam id judicio affingere vocat Dinarch. in orat. in Demost. p. 93. Καὶ ἡ νῦν sc. βουλὴ ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν, ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου; ναί. καταψεύσεται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους· τοῦτο γὰρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος. *Is ergo nunc indicio de pecuniis contra Demosthenem facto, jus suum atque auctoritatem amittet? quidni? falso enim præjudicio Senatus Demosthenem oppressit? & quid addi queat ad istam impudentiam?*

245. *Gravis animus dubiam non h. s.*] Nam ut Terent. in Andr. 1. v. 31.

Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Ideo

Ideo *gravitatem* & *constantiam* jungit Manuel c. 2. *Virum* autem *certum certa habere consilia* dicit Zwing. p. 1323. Et hinc dicit Horat. 1. ep. 14. vs. 16.

Me constare mihi scis. ——— ———

De tali viro ita Seneca de Beata vita c. 8. *Fiducia ejus non sine scientia sit, non sine constantia. Maneant illi semel placita; nec ulla in decretis ejus litura sit.* Cum quo consentit Sirach. XXII. 19 Ἱμάντωσις ξυλίνη ἐνδεδεμένη εἰς οἰκοδομὴν ἐν συσσεισμῷ οὐ διαλυθήσεται, οὕτως καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς ἐν παντὶ καιρῷ οὐ δειλιάσει. *Compages lignea in ædificatione connexa commotione non dissolvitur, sic cor deliberato consilio firmatum nullo tempore pertimescit.* Idem v. 12. ita monet. Ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου, καὶ εἷς ἔστω σου ὁ λόγος. *Esto stabilis in doctrina tua, & unus esto sermo tuus.* Philo quidem p. 452. dicit *cujuscunque sententiam suopte ingenio quietam esse, nec facile a vero flexilem.* Sed tamen *sententiæ nuper incipientium discere, sunt inconstantes & infirmæ; sicut eorum qui jam profecerunt, firmæ,* ut idem Philo ait p. 222. Unde de Achille Libanius dixit p. 73. *At hic non erat scilicet adolescentulus, qui facile huc illuc raperetur, neque perculit eum auri, urbium, captivorum mentio.* In senectute autem præcipue cani capilli constantiam semper profiteri solent, levitatem abnuere, unde indignatur p. 530. idem Libanius ita: *Quid hæc? senex vir non in iisdem permanet? neque ea quæ pulcre se habere judicavit, servat? neque morum firmitatem ostendit? neque veretur ne quis Euripum eum cavillando nuncupet.* Hinc argumentum capiens Maximus Tyr. acerrime perstringit Poëtas eos, qui pœnitentiam & inconstantiam Diis adscribere audent. & ita quidem assurgit p. 210. *Quid hæc sibi volunt, Poëtarum optime? helluonem esse Deum putas? aut muneribus corrumpi, nec ab hominum vulgo decedere? visne etiam ut hoc unum verum credamus,*

——— *flectuntur Numina sæpe?*

An

An vero contra non flecti Deum, nec humana vota perficere, nec precibus moveri? mutari enim aut pœnitentia duci, non Deo tantum sed & bono viro indignum est. In eo vero præstare Philosophos vulgo dicit Plutarch. p.333. *quod judicia habeant rebus adversis incidentibus firma & roborata.*

246. *Gravior est inimicus qui l. i. p.*] Zwing. p. 204. & Erasmus interpretantur hoc ita: *Affectus vitiosus maxime homini nocet.*

247. *Graviora quædam sunt r. p.*] Seneca in Med. vs. 433.

Remedia toties invenit nobis Deus
Periculis pejora. ——— ———

Et in Oedip. vs. 518.

Ubi turpis est medicina sanari piget.

Sic apud Plutarch. p. 202. Marius *cum varices in utroque crure haberet, secandas eas medico prabuit; alteriusque sectionem solutus, absque ullo gemitu, & ne contractis quidem superciliis sustinuit. Ad alterum transeuntem inhibuit.* Et apud Tacit. III. Ann. 4. Cn. Pompejus *gravior remediis, quam delicta erant*, dicitur. Et apud eundem II. Ann. 8. Magnetes a Sipylo *proximi damno ac remedio habiti.* Apud Senecam quoque Suas. c. 3. inquit Agamemnon: *ista mercede nollem reverti.* scil. in Græciam immolata Iphigenia. Apud eundem Senecam I. Contr. 3. de incesta de saxo dejecta & Vestam invocante servata ita disputat Fuscus Arellius. *Si voluntate Deorum servata sit, an in hoc, ut crudelius periret?* Lepidam autem audi historiam ex Plutarcho p. 218. *Archidamus quidam, cum esset arbiter electus a duobus, adductus in Chalciœci Minervæ fanum, sacramento devinxit, staturos eos ei quam tulisset ipse sententiæ; qua confecta re, pronunciare se dixit, non nisi prius composita lite ipsos abire inde debere.*

248. *Gravissima est probi h. i.*] *Ut tardius, ita gra-*

vius

vius irascitur , si victa sit illius bonitas, inquit Zwing. p. 1246. Talis fuit Hyrcanus quem describit Egesippus p. 64. Talis Cato Uticensis , qui *haud facile ad iram prolabebatur*, *iratus placari ægre poterat*, ut in vita ejus narrat Plutarch. c. 1. Sic & in Minucium *iram Fabii post longam mansuetudinem commotam gravem & implacabilem fore censebant* Romani apud Plutarch. in vita ejus c. 15. Sic denique Entellus a Darete provocatus & eluso ictu humi lapsus, surgens

Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.

ut de eo Virgilius l. v. Æn. Nazianz. quoque p. 232. tom. 2. ubi recensuit patientiam Israëlis in Ægypto ac tandem divinam vindictam quæ insecuta est , ita concludit:

Κρεῖσσον θεραπεύειν γὰρ ἢ πέραν παραφρονεῖν.

Idem Nazianz. notat benedictionem patris irritati nimis, sæpe posse in maledictionem verti; & ita scribit p. 6. tom. 11.

Δείσας στεναγμὸν πατρικῶν κινημάτων,
Μή μοι τὸ φίλτρον εἰς κατάραν ἐκπέσῃ,
Τοιοῦτόν ἐστιν ἁπλότης ὠργισμένη.

Sed si unquam id fieri solet , fit certe in amore , ubi illustre monitum præbet nobis Achill. Tat. lib. vi. p. 156. Καὶ μὴ παροξύνῃς χρηστὸν ἄνδρα. Ὀργισθεὶς γὰρ ἀφόρητός ἐστιν. Χρηστότης γὰρ τυγχάνουσα μὲν χάριτος, ἔτι μᾶλλον αὔξεται. Προπηλακισθεῖσα δὲ, εἰς ὀργὴν ἐρεθίζεται. Τὸ γὰρ περιττὸν εἰς τὴν φιλανθρωπίαν, ἴσον ἔχει τὸν θυμὸν εἰς τιμωρίαν. *Cave , ne hominem mansuetum irrites ; qui cum ira permovetur , ferri nequit. Is enim cui mansuetudo inest , si in mite ingenium incidat , mansuetiorem etiam se præstat : sin vero cum inhumano congrediatur , implacabili effervescit iracundia. Natura enim ita comparatum est , ut in quo ad benemerendum vigeat alacritas , ei ad ulciscendum acerbitas non desit.* De quo loco egi & in Discurs. ad Tacit. lib. 2. p. 26. Plinius quoque vi. 18. *In summa, nosti*

face-

facetias hominis: quas velim attendas, ne in bilem & amaritudinem vertat injuria: quam vim habeat offensus, crede ei quem in amore habet.

249. *Gravissimum est imperium c.*] Et quidem tam bonarum rerum quam malarum. Sic apud Sallust. in Jugurt. c. 54. Metellus suorum virtutem laudans, hortatur: *ad cætera, quæ levia sunt, parem animum gerant.* Nam *ubi studium verecundiæ est, cupiditas rationi cedit: nihilque utile, quod parum honestum videri possit, ducitur.* ut bene judicat Valerius Maximus VI. 5. Sic quoque Plutarch. p. 91. dicit: *eum non invidere amicis res secundas, qui etiam inimicos laudare usu didicit.* At malarum rerum consuetudo quam grave sit imperium idem ibidem docet. *Mala*, inquit, *ubi consuetudine recepta vim legis adipiscantur, non facile possunt aboleri, quantumvis damnosa sint.* Et Sallust. in Jugurth. c. 31. *Non peculatus ærarii factus est, neque per vim sociis ereptæ pecuniæ; quæ quanquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro nihilo habentur.* Et rursus c. 54. *Præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur, quo cujusque animus fert, eo discedunt; neque id flagitium militiæ ducitur, ita se mores habent.* Vide me *Mores regionis.* Zwing. quoque p. 1310. dicit *stultissima, si semel invaluerint, evelli non posse.* Imo non possunt repelli atque exigi mente, repugnes licet quam maxima vi. Inspiciamus Simplicium, qui c. 1. ita scribit: *Nonnulli certe quidem, quamvis appetitus suos moleste ferant, easque cieri nollent: tamen ab habitu & consuetudine impelluntur ad res a sese desideratas, ab iisque alieno motu pertrahuntur, plane quasi in ipsis situm non sit facere aliter.*

250. *Gravius malum omne est quod s. a. l.*] Zwing. p. 301. citat:

Grave est malum omne quod s. a. l.

Et interpretatur p. 1084. de malo *quod aspectu spei bona*

na personatum est, & *aspectum* vocat *personam*.

251. *Gravius nocet quod i. a.*] Nam ut Simplicius philosophatur c. 9. *Vix, ac ne vix quidem fieri potest, ut is qui spem salutis atque successus perpetuo foveat, ingruentes calamitates moderato & æquo animo ferat. Neque enim corpus neque animus subitas mutationes sine perturbatione fert.* Ergo semper cogitandum est, id quod cuiquam possit evenire, cuique etiam accidere posse. Ut enim idem Simplicius c. 8. *Perpetua natura horum recordatio, ereptionis eorum est meditatio: qua ubi assueveris, te, cum illa inciderit, perturbari non sinet.* Idem rursus c. 33. *Maxime percellit & perturbat, quod inexspectatum accidit. nam si quidem id meditatum & cogitando quasi familiare factum fuisset, non ita perturbaret atque doleret.* Quæ omnia & ipse sic his comprehendit in Tusc. Qu. p. 152. *Videntur omnia repentina graviora; sed præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.* Cum quo consentiens Seneca, dicit: *fortem esse animum ad quæ præparatus venit.* Imo etiam Euripides dixit, virum magnum & beatum, ubi in miserias & calamitatem incidit, abjectionem animi pejorem pati, quam is qui pridem est infelix. verba ejus sunt in Helen. vs. 424.

——— ——— Ὅταν δ' ἀνὴρ
Πράξῃ κακῶς ὑψηλὸς, εἰς ἀηθίαν
Πίπτει κακίω τοῦ πάλαι δυσδαίμονος.

Facit & huc sententia quæ citatur infra vs. 794.

Heu quam miserum est ab eo lædi, de quo non ausis queri!

Levius autem fertur onus, cui jam assuevimus, unde Hercules, qui quondam Atlantis vice cœlum humeris tulerat, ita debacchatur apud Senecam vs. 128.

— — — Tota cum domibus suis,
Dominisque tecta, cum Diis templa omnibus
Thebana supra corpus excipiam meum,
Atque urbe versa condar. Et, si fortibus

Leve

Leve pondus humeris mœnia inversa incident,
Septemque opertus non satis portis premar,
Onus omne media parte qua mundus sedet,
Dirimitque superos, in meum vertam caput.

252. *Habent locum maledicti c. n.*] Plutarch. p.289. Ζηλωτὸς ὁ πρῶτος γάμος, ὁ δὲ δεύτερος ἀπευκταῖος· αἰσχύνονται γὰρ ἂν ζώντων τῶν προτέρων ἑτέροις λαμβάνωσιν, ὀδύρονται δ᾽ ἂν ἀποθανόντων. Huc refer illud Martialis:

— — — — *Adultera lege.*

Vulgus, inquit Zwing. p. 366. & 1547. *male sentit de muliere sæpius nupta.*

253. *Habet suum venenum b. o.*] Plaut. in Aulul. II. 2.

Nemini credo, qui large blandus est pauperi.

Idem alicubi *viscum* vocat. *Insidiosa est*, inquit Zwing. p. 110. & 366 *blandiloquentia, & melle litum venenum.* Homer. in Odyssea ρ. *Blanda loquentes; mente struebant mala.* Et Odyss. σ. *Coram bona loquuntur; retro mala cogitant.* Sic & Eurip. in Hippol. *Aucupium facit gravibus verbis impia moliens.* Et apud Justin. p. 158. Agathocles *blando alloquio, & humili adulatione decipiens Aphellam*, postquam filius ipsius ab illo adoptatus esset, ipsum incautum interfecit. Maximum autem venenum blanda meretricum lingua habet; sic exclamat aliquis apud Quintil. decl. XIV. p. 82. *O quam voluit amari! quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatem meam sollicitavit primum, deinde tenuit, donec quantulamcunque substantiam in hujus sinum credulus jam, jamque serus amator egererem.* Huc pertinet suspiciosus tyranni animus, qui, *si admireris eum modeste, offenditur, quod non effuse hoc facias; sive effuse facias, offenditur, quasi sibi assenteris* ut ait Herodot. p. 221. Adde huc quæ habeo in *Delinimentis fœminarum.*

254. *Heredem ferre honestius est q q.*] Quia obtemperabit legi Papiæ Poppææ At quid? si velit: præstat te ferre filium non usquequaque morigerum, quam

M co

eo exheredato, alium quærere adoptandum. Nam ut infra vſ. 358.

Mage fidus heres naſcitur, quam ſcribitur.

Quod comprobatum fuit exemplo Jugurthæ, quem ad concordiam cum Adherbale & Hiempſale filiis ſuis adhortatus Micipſa, hoc argumento utitur: *ne ego meliores filios ſumpſiſſe videar quam genuiſſe.* Sed bonus iſte colubrum in ſinu fovit, qui poſtquam magnus factus eſt progeniem benefactoris ſui ſuſtulit. vide Salluſt. in Jurgurt. c. 10. Zwing. autem p. 1589 citat: *Heredem ſcire* &c. at p. 1398. habet & alterum, & explicat quoque: *præſtat habere liberos, quibus tua relinquas, quam circumſpicere alienos quibus tua leges.*

255. *Heredis fletus ſub perſona r. e.*] Nam *riſus eſt diſſimulatus, gaudet enim etſi fleat:* ut ait Zwing. p. 346. Et ut Lucret. ſcribit lib. III.

Crudeles gaudent in triſti funere flentes.

Ejuſdem farinæ illud Turpilii in Fragm. Poët. Vet. p. 295.

Dolentis perſona meos parentes careo.

Tali vero Δῆγμα λύπης οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται. Non enim *dolor ille eſt, ſed oſtentatio doloris*, ut judicat Plinius IV. ep. 2. verba faciens de Regulo, qui canes, pſittacos, luſcinias & quicquid filius in deliciis habuerat, circa rogum trucidaverat. *Nullus ita*, inquit Liban. p. 806. *qui cognati hereditatem adiit, gaviſus eſt; ut ego tunc lætabar.* Et p. 911. in magum, qui mittere filium in prælium nolebat, ne videlicet ibi periret, cum tamen omnibus modis perdere eum cuperet, *quare*, inquit, *ne mœreas, quando cum urbe ipſe quoque privatum lucraris.* Lepidiſſimum autem & ſalis plenum eſt illud Martialis II. epigr. 65. in eum, qui heres conſtitutus divitem uxorem extulerat.

Cur triſtiorem cernimus Saletanum?
An cauſa levis eſt? extuli, inquis, uxorem.

O gran-

O grande fati crimen! ô gravem casum!
Illa, illa dives mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis?
Nollem accidisset hoc tibi, Saletane.

Acute quoque *aureas* lacrymas vocat Liban. p. 378. eas quæ divitias lacrymanti apportant. *Quidam*, inquit, *amici aut consanguinei hereditatem nactus est?* τὰ χρυσᾶ δάκρυα ταῦτα ἂν εἴη, ἀφ' ὧν ἔστι δακρύσαντα τὸ πλεῖστον ἔχειν. Hostem quoque & inimicum sublatum nemo ex animo dolet, quia plerumque heres fit potentiæ ejus. Sic Joseph. narrat p. 524. *Herode ad Cæsarem deprecatum ituro, amicos desperationem non dissimulasse, inimicos vero simulasse & se dolere, cum clam gauderent, pollicentes sibi in futurum meliorem statum Reip.* Et apud eundem p. 777. Antipater accusat Archelaum ὡς καὶ τὸ πένθος καλειρωνεύσατο τοῦ πατρὸς, μεθ' ἡμέραν μὲν ἐπισχηματίζων τὸ πρόσωπον εἰς λύπην, νύκτωρ δὲ μέχρι κώμων μεθυσκόμενος. Acerbissime autem istam doloris ostentationem in Cæsare carpit Lucanus. l. IX. vs. 1040. quum allato capite Pompeji illacrymasset.

Non primo Cæsar damnavit munera visu,
Avertitque oculos: vultus dum crederet, hæsit:
Utque fidem vidit sceleris, tutumque putavit
Jam bonus esse socer, lacrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitusque expressit pectore læto,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia quam lacrymis. ——

Hunc dolorem tam bene effingere scivit fictus Alexander ille apud Justin. l. XXXVIII. p. 229. Deflens Antiochum, ut *omnes non fictas in eo sed veras lacrymas existimarent*. Sunt quoque qui ægro assident, nutus ejus observant, dolorem fingunt, & hæc omnia ut postea nacti hereditatem defuncti, rideant; hos ita reprehendit Seneca IV. de Benef. c. 20. *Ingratum voco, qui ægro assidet, quia testamentum facturus est, cui de heredi-*

tate aut de legato vacat cogitare. Faciat licet omnia, quæ facere bonus amicus & memor officii debet, si animo ejus obversatur spes, si captator est, & hamum jacit: ut aves quæ laceratione corporum aluntur, lassa morbo pecora & casura, e proximo speculantur, ita hic imminet morti, & circa cadaver volat. Imo talis ut Helena Euripidis in Orest. vs. 111. jam omnia obsignat quasi habens in potestate jam hereditatem, quam animo dividit. πάντ' ἀποσφραγίζεται. Hos corvos, qui nihil aliud optant, nisi ut præclarum tuum funus ebulliat, longe arcere jubet Salvian. de Avar. p. 140. *Despice concupiscentes hereditatem tuam, & dividentes jam inter se substantiam, qui non te, sed patrimonium tuum diligunt: imo qui cupiditate rerum tuarum te exsecrantur.* Et p. 137. *Sed nimirum misericordia frangeris, & lamentantium propinquorum pietate superaris. fit certa ratio. Vides quippe opulentissimi ac splendidissimi cultus homines, tibi anxios, tibi flentes, tristi vultu, & festo habitu, compositas ad mœstitudinem facies tibi ostentantes, per imaginariam sollicitudinem suam ementes hereditatem tuam.*

257. *Heu quam miser est qui in t. v. h. h.*] Venuste disserit hac de re Achill. Tatius lib. II. p. 52. Λόγος γλώσσης βέλος, ἄλλης γλώσσης βέλει θεραπεύεται. Καὶ γὰρ τῆς καρδίας ἔπαυσε τὸ θυμούμενον, καὶ τῆς ψυχῆς ἐμάρανε τὸ λυπούμενον. Ἂν δέ τις ἀνάγκῃ τοῦ κρείττονος σιγήσῃ τὴν ἀμύναν, ἀλγεινότερα γίνεται τὰ ἕλκη τῇ σιωπῇ. Αἱ γὰρ ὀδύναι τῶν ἐκ τοῦ λόγου κυμάτων, οὐκ ἀποπλύσασαι τὸν ἀφρὸν, οἰδοῦσι περὶ αὐτὰς πεφυσημέναι. *Sermo, qui linguæ telum est, linguæ scilicet alterius telo retunditur: eoque pacto animi concitata pars sedatur, & mœrore confecta exhilaratur. Quod si cui res cum potentiore sit, ita ut nec contra loqui, nec referire audeat, tum vero profundiora tacendo vulnera fiunt. Nam sermonis alicujus æstu concitati dolores, nisi spumam ejecerint, sua ipsorum mole magis ingravescunt.* Nam, ut Seneca in Agam.

Magis efferunt quos secretæ lacerant curæ.

Et l. iv. Contr. 1. dicit : *Cum miserrimum sit flere, quam infelix sum, cui ne hoc quidem licet.* Stobæus quoque p. 828. *Omni quidem injuria affici, grave esse* dicit ; *omnium vero gravissimum pati id, quod qui patitur efferre non audet.* Τὸ μὲν, inquit, ἀδικεῖσθαι, καὶ παντὶ οὖν δεινόν ἐστι. Τὸ δὲ καὶ τοιοῦτων τι παθεῖν, ὃ μηδὲ εἰπεῖν ὁ πεπονθὼς δύναται σαφῶς, δυστυχίας ὑπερβολὴν ἔχει. *Non enim omnia quæ dolemus, eadem jure queri possumus,* ait Cic. pro Flacco p. 363. Sic miser est amator, qui non audet vulnus suum indicare, sed altum dolorem corde premit; eo enim, veluti fax agitando, ardescit magis. Adde Zwing. p. 97. Idem p. 631. citat:

Heu dolor quam miser est &c.

Et addit : *Quidam ita torquentur, ut non ausint verum dicere, scientes quid velit taceri qui torquet.*

258. *Heu quam difficilis gloriæ c. e.*] Difficilis quidem acquisitio gloriæ est, sed custodia multo difficilior. Ἃ καὶ κτήσασθαι μὲν ἐστι δυσχερέστερον, κτησαμένους δὲ διαφυλάξαι χαλεπώτατον. ait Polyb. p. 823. Nam ut infra vs. 344.

Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.

Hinc ita Apulejus p. 223. perorat, & dicit hominem constantem esse debere, qui *contemplatus frequentiam tantam, quanta ante ipsum in auditorio Philosophi nunquam visitata est, reputet cum animo suo, quantum periculum conservandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit.* Et eodem fere modo agit p. 305. *Enimvero bonus & innoxius* &c. Cic. ep. p. 439. *Fateor enim, duriorem esse conditionem spectatæ virtutis, quam incognitæ.* Et in Philipp. p. 635. *O Dii immortales! quam magnum est, personam in Rep. tueri principis; quæ non animis solum debet, sed etiam oculis servire civium.* Et rursus in Verr. p. 216. *Mihi crede, ornamenta ista, & beneficia Populi Rom. non minore negotio retinentur,*

 quam

quam comparantur. Et denique idem pro Balbo p. 514. *Ergo illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & convenire iis rebus, quas gesseram non putabam.* Apud Tacit. 1. Ann. 9. milites rebelles ducibus *ingerunt contumelias; Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat.* Huc spectat & illud Claudiani 11. in Stil.

—— —— —— plus est servasse repertum
Quam quæsisse decus. —— —— ——

Et bene illam Joh. Chrys. in Ep. p. 915. confert cum sarcina, quæ corpori imponitur, imo multo graviorem esse ostendit.

259. *Heu quam est timendus qui m. t. p.*] Nam ut infra vs. 427.

Mortem ubi contemnas, omnes viceris metus.

Alienæ enim vitæ Dominus est, quisquis suæ est contemptor. ut ait Zwing. p. 117. & 254. Virg. 11. Æneid.

Una salus victis nullam sperare salutem.

Citat quoque dictum Laconis cujusdam Suidas. Ἀποθνήσκοντας ἐν πολέμῳ ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν. καὶ ζῶντας. Ὅσοι δὲ ζῆν ἀπεγνώκεισαν. κἀγὼ μαχήσομαι ὡς ἀποθανούμενος, καὶ οἶδ᾽ ὅτι περιέσομαι. Λάκων γάρ εἰμι ἄνωθεν. καὶ οἶδα τὴν πρὸς Λεωνίδην ἐπιστολὴν τῶν τελῶν. μαχέσθων ὡς τεθναξόμενοι, καὶ οὐ τεθνάξονται. *Video illos qui vitam plurimi faciunt, in bello mori, & illos vivere, qui vitam desperarant. Quamobrem & ego ut moriturus pugnabo, & scio me superstitem evasurum. Lacon enim sum a primo ortu. Novi etiam Magistratuum epistolam ad Leonidam, pugnent ut mox morituri, & non morientur.* Et sic certe sexcenti illi Spartani; qui, ut refert Justin. p. 26. in castra quingentorum millium Persarum irruperunt & magnam ibi stragem ediderunt, cum persuasi essent ibi mori.

260. *Hominem etiam frugi f. s. o.*] Hinc Isocrates pag. 83. laudat & admiratur quidem, τοὺς φύσει κοσμίους ὄντας, sed multo magis, τοὺς καὶ μετὰ λογισμοῦ τοιούτους ὄντας·

οἱ

οἱ μὲν ἡ τύχη, inquit, καὶ μὴ γνώμη σωφρονοῦντες τυχὸν ἂν καὶ μεταπλασθεῖεν. *Quis enim, est tam ingenio duro tamque firmo pectore, quin ubi quicquam occasionis est, sibi faciat bene*, ut loquitur Plaut. in fine Asin. Quum ea sit vis opportunitatis, ut *etiam mediocres viros spe prædæ transversos agat;* ut est apud Sall. pag. 55. Nec aliter Libanius agens de meretricum corruptelis pag. 573. C. idoneas illas & ingenio quasi natas judicat alliciendis etiam sapientibus ad amores & contemptum virtutis. Πέφυκε, γὰρ inquit, πόρνη καὶ σώφρονα πεῖσαι καταφρονεῖν ἀρετῆς, καὶ λόγοις ποικίλοις θηρεῦσαι πρὸς ἔρωτας. Et ita videmus etiam universos populos præ cæteris luxuriæ sæpe deditos fuisse non aliis magis ex causis quam ipsa rerum omnium abundantia. Cujus rei exemplum habemus urbem Capuam, quam hinc describens Liv. 229. dicit: *Pronam fuisse eam semper civitatem in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terrestrisque*. Add. Casaub. ad Persium pag. 309.

162. *Hominem experiri multa p. j.*] Hæc in malam partem poni putat Zwing. pag. 6. ut dicat *latrocinium, furtum, dolum* & id genus alias artes pravas. Sed vel in genere de quibuslibet conatibus dictum interpretari possumus; prout est apud Plaut. in Stich. a. 2. s. 1. *Illa omnes artes perdocet*. Exemplum hujusce rei lectu haud indignum habet Ammianus in lib. XIX. pag. 174. de militibus illis: *qui necessitate docente postrema, indumenta lintea in oblongos disciderunt pannulos, unde explicato fune ingenti, centonem, quem sub galea unus ex illis gerebat, ultimæ aptaverunt summitati ad aquam e profundo puteo hauriendam*. Vid. etiam Erasmum in Prov. *Paupertas sapientiam sortita est*. 1. Cent. 5. adag. 22.

262. *Homini consilium tunc d. c. m. i.*] Exponit hoc ipsum bene Isocrates pag. 403. dicens; peritissimis

mis eloquentiæ & rerum gerendarum hoc sæpius tamen evenire, ut de rebus iisdem eâdem die non eadem sentiant: sed quæ antequam ascendant in concionem damnarent, mox hæc in concione comprobent suis suffragiis. Paulo vero post domum regressi quæ hic decreta essent, denuo reprehendant. Ἐμπληκτότατοι δὲ λόγων καὶ πραγμάτων ὄντες, οὕτως ἀλογίστως ἔχομεν, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐ ταυτὰ γινώσκομεν. Ἀλλ' ὧν μὲν πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβῆναι κατηγοροῦμεν, ταῦτα συνελθόντες χειροτονοῦμεν· οὐ πολὺν δὲ χρόνον διαλείποντες, τοῖς ἐνθαῦτα ψηφισθεῖσιν, ἐπειδ' ἂν ἀπίωμεν πάλιν ἐπιτιμῶμεν. Imprimis autem hoc fieri videmus in senatu Romano, subitis iisque continuis cladium nunciis perculso, quum, *priusquam satis certa consilia essent*, ut loquitur Liv. l. XXII. p. 211. *repens alia nunciaretur clades.* Et hoc est quod animadvertit regum sapientissimus Prov. XIX: 21. *Multas cujusque animo inesse cogitationes, sed consilium Domini stare.*

263. *Homo extra corpus est s. c. i.*] Hanc sententiam vehementer probant illa, quæ Simplicius in Comment. ad Epict. cap. I. in princip. differit de appetitione & aversatione: *Cæterum*, inquit, *brutæ appetitiones iræ & cupiditatis, contiguæ corporibus, & vita quædam corporum, adeo ut ex eorum temperie quasi efflovescere videantur, multum habent alieni motus, nec plane sui juris sunt: neque proprie in illorum, qui aliquid desiderant, potestate sunt, quamvis intrinsecus & ipsæ cieantur.* ubi plura. Vid. supra:

Absentem lædit cum ebrio qui litigat.

264. *Homo re sit sine dolore f. i.*] Si homines contenti essent se; neque quærerent adventitia, viverent beati. Nam dum divitias, dum honores quærunt & inveniunt, infelices sunt. Manuel cap. 54. Monendi idcirco ut *divitias à semetipsis potius, quam à Fortuna petant*, ex præcepto Senecæ de Tranq. cap. IX. qui

qui ibidem bene docet : *posse ipsam paupertatem in divitias se, advocata frugalitate, convertere.* Quo pertinet egregie Bacchylides apud Stob. serm. ci. felices judicans non eos, quibus Deus tantum concessit bonorum affluentiam ; sed quibus dedit in illis secundis rebus divitem agere vitam :

Ὄλβιος ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορε,
Σύν τ' ἐπιζήλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν.

Sed e contrario, cum ita in vicino remedia malis habeant homines, rejectis his, etiam illis malis, quibus a natura conflictantur, plura adinvenire illos, querela est Isocratis pag. 179. Πολλῶν γὰρ κακῶν, inquit, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑπαρχόντων, αὐτοὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων προσεξευρήκαμεν, πολέμους καὶ στάσεις ἡμῖν αὐτοῖς ἐμποιήσαντες. Quæ tum Fortunæ imputantur juxta illud Quintil. Fil. declam. pag. 55. *Quid foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? non bella, seditiones, latrocinia, cæteraque mala, quæ hominibus ex se ipsis nata sunt, Fortunæ accessissent.* Non minus vere itaque quam eleganter Plutarchus in lib. An vitiositas in inf. suff. p. 489. C. Τὴν Κακίαν, αὐτοτελῆ τινα τῆς κακοδαιμονίας δημιουργὸν vocat, ut quæ non egeat Fortunæ ministerio ad infelicitatem fabricandam. Et Sen. Epist. xci. *Cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas invenit.* Eodem spectat illud Propertii lib. iii. Eleg. 6.

Terra parum fuerat ; fatis adjecimus undas.
Fortunæ miseras auximus arte vias.

Et Martialis in eum, qui vicesimum jam annum sequeretur unam litem lib. vii. Epigr. 64.

Ah miser & demens! viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet?

Hinc vanum, sibique ipsi irascens dicitur genus hominum in Antholog. l. i. cap. 13. ep. 11.

Ὦ γένος ἀνθρώπων, ἀνεμώλιον, αὐτοχόλωτον
Μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιμεμψάμενον.

Adde Interp. Juv. ad Sat. x. v. ult.

Nos te nos facimus &c.

Cæterum Publii hunc versum citat Zwing. pag. 1410. hoc modo:

Homo nescit, si dolore fortunam invenit.

Ut etiam pag. 108 ubi addit sententias tales, quæ dicunt, sæpe ex dolore gaudium nasci &c. sed contra MSS. certe Frising.

265. *Homo semper in os f. a. a. c.*] Exemplo est Imperator Jovianus Persis concedens urbem Nisibin, de quo Ammian. lib. xxv. *dum extimescit æmulum potestatis, dumque in animo Gallias & Illyricum versat, quosdam sæpe sublimiora cœptasse, famam adventus sui prævinire festinans, indignum imperio facinus, amictu perjurii fugiendi commisit, Nisibi prodita.* Et Jugurtha apud Sallustium; qui ad ea, quæ Micipsa dixerat, *tametsi regem ficta locutum intelligebat, & ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne respondit.* Hinc intelligendus Auson. pag. 199. v. 26.

Nec non lascivi Floralia læta theatri,
Quæ spectare volunt, qui voluisse negant.

Et noster inf. in Trochaicis:

Homo semper aliud fert in se; in alterum aliud cogitat.

Vid. Indicem meum Taciti: *specie* &c. & locos: *Aliud homines agunt, aliud simulant.*

266. *Homo toties moritur q. a. f.*] Hoc illud est, hinc illæ lacrymæ, & illi questus Mezentii, comperta filii morte apud Virg.

—— —— *nunc alte vulnus adactum.*

Et paulo post ad Æneam:

—— —— *Hæc via sola fuit, qua perdere posses.*

Quæ verba laudat Macrobius iv. Sat. cap. 4. additque *Quid enim aliud ex hoc intelligendum est, quam hoc altum vulnus esse amittere filium?* Et mox: *sed & hic scilicet accipiendum est perire esse amittere filium?* Tales etiam

etiam querelas Hecubæ tribuit Ovid. XIII. Metam. vſ. 495.

Nata tua (quid enim ſupereſt?) dolor ultime matris,
Nata jaces: videoque tuum mea vulnera pectus.

Nec tantum quoties moriuntur, ſed & quoties captivi ſunt, quoties ægrotant, quoties denique quocunque modo laborant ſui, toties & ipſe. Sic Darius apud Curt. lib. IV. *Matrem meam duas filias, Ochum in ſpem hujus imperii genitum vinctos habet* hoſtis. *Niſi quod in vobis eſt, ipſe ego majore ex parte captivus ſum.* Greg. Naz. tom. I. pag 352. B. *Poſtea autem Imperatoris* Valentis *filius ægrotabat, afflictoque corpore erat; pater etiam, utpote pater, ſimul ægrotabat, remedium undique conquirens morbo.* Menander:

Sibi laborat ipſi amico qui ſuo.

Adde Zwing. qui pag. 1404. etiam citat hunc Publianum verſum, & addit ex Juvenal. Sat. X.

Hæc data pœna diu viventibus. ——

Et Stob. ſerm. 106. Quibus addi poteſt Sen. Conſ. ad Marc. cap. XVII. in fine: *nullum non acerbum funus eſt, ſeu pueri, ſeu juvenis, ſeu ſenis, quod parens ſequitur.* Vid. plura apud me: lib. XX. Suſpic. cap 2. Porro quid ni homo *ſæpius mori* dicatur? *naſcitur* etiam *ſæpius.* unde Plautinus Hegio in Capt. agnito filio: *Dii immortales, iterum natus video, ſi vera autumas.*

267. *Homo vitæ commodatus n. d. e.*] Hinc nec amico amicus. Sen. ad Polyb. cap. 29. *Rerum natura illum tibi ſicut cæteris fratribus, non mancipio dedit ſed commodavit: cum viſum eſt deinde, repetiit, nec tuam in eo ſatietatem ſecuta eſt, ſed ſuam legem.*

268. *Honeſta lex eſt t. n.*] Ita ut quicquid jubeat defendat. Liv. pag. 240. *Quæ fortuna coëgiſſet ita fieri, eandem cogere tueri factum.* Flor. lib. III. cap. 3. *Noſtris aquarum nulla copia, conſultone id egerit Imperator, an errorem in conſilium verterit, dubium: certe neceſſi-*

cessitate aucta virtus, causa victoria fuit. Conf. v. 270.

269. *Honeste parcas improbo u. p. p.*] Contra quam fecit Herodes, teste Josepho pag. 766. C. qui excitatus veneni sibi parati suspicione multos innocentes, metu ne quem nocentium prætermitteret, in tormenta ducebat. Sed in alteram partem potius peccandum esse, cum hic Publii nostri, tum aliorum sententiæ evincunt. Sic Alexander apud Curt. lib. IX. *Quamquam belli auctoribus jure irasci poterat, tamen omnibus* oppidanis *veniam dedit* h. e. etiam iis, qui deditioni imminentes fuerant. Et Judæi apud Jos. pag. 800. F. tribunali assistentes Gessii Flori sævitiei obviam eunt his verbis: δεῖν ἐκεῖνον μᾶλλον διὰ τοὺς πολλοὺς ἀκαταιτιάτους συγγνῶναι καὶ τοῖς ὀλίγοις πλημμελήμασιν ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς ταράξαι δῆμον ἀγαθὸν τοσοῦτον. *Debere illum magis propter multos innoxios dare veniam etiam paucis delinquentibus, quam propter paucos improbos perturbare multitudinem tantam bonorum.* Et p. 870. D. idem judicat Titus Imperator: ἄμεινον εἶναι μετέωρον ἐν φόβῳ τὸν αἴτιον καταλιπεῖν, ἢ τινὰ τῶν οὐκ ἀξίων αὐτῷ συναπελθεῖν. *Melius esse noxium relinquere metu suspensum, quam immeritum quenquam cum eo perdere.* Videndus Themistius, qui pag. 143. hinc etiam Theodosium Imperatorem laudat, quod propter innocentes etiam iis, qui deliquerant, errati gratiam fecisset. Quin etiam nec beneficia dignis neganda esse præ metu indignorum, admonemur ex illo apud Stob. pag. 272. πολλῷ βέλτιον διὰ τοὺς ἀξίους ὀρέγειν καὶ τοῖς ἀναξίοις, ἢ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν, διὰ τῶν ἀναξίων. Nec alio referendum hoc Quintil. Fil. declam. IX. *Me miserum dicendum est, quod hoc ipso admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur.* Noster inf. v. 384.

Malo etiam parcas si una est periturus bonus.

Vid. Fornerius apud Cassiodor. Lib. VII. epist. 1.

270. *Honeste servit qui s. t.*] Prout Senatus Romanus

nus C. Mario, *quanquam advorsus erat, de nullo negotio negare audebat*, ut dicit Sallustius; ipso nimirum tempore efflagitante; quum, ut paulo ante dicit, Marius *cupientissima plebe consul factus esset* &c. Egregie hanc sententiam solatii vice adhibitam expressit Libanius in Orat. Hyperidis pro Demost. pag. 477. D. Δουλεύεις Δημόσθενες; οὐ πρῶτος οὐδὲ μόνος ἐν ταύτῃ δυστυχίᾳ γενόμενος. ἄνθρωπος εἶ· ποικίλαι τῶν ἀνθρώπων μεταβολαί. *Servis Demosthenes? non primus neque solus in hanc miseriam incidisti. homo es. variæ sunt hominum calamitates.* Homini vero quid ni honestum esset servitium tale, cujus nec ipsi Dii immunes fingebantur. Quo facit hoc, quod Hercules confitetur. In Antholog. l. 1. c. 38. ep. 9.

Καιρῷ δουλεύειν καὶ θεὸς ὢν ἔμαθεν.

Publii autem versiculus hic citatur ab Zwing. p. 1354. sed absque illustratione aut explicatione. Vid. Me in tit. *Fortunæ malæ credere.* & *Tempori cedere*, & *Submittere se.*

271. *Honestus rumor alterum e. p.*] Sunt verba ejus, qui bonis excidit infortunio, non sua prodigitate. Zwing. *tantum fere valet fama, quantum patrimonium* pag. 364. Libanius in Orat. Themist. p. 539. οὐδὲν δέομαι χρημάτων· ἀρκεῖ μοι τὸ μέχρι Σούσων ἀφιγμένον ὄνομα. *Non egeo pecunia: sufficit mihi nomen; quod Susa usque pervenerit.* Eodem cum hisce redeunt illa, quæ in ipsa S. S. admonemur: ut apud Proverbiorum Auctorem: *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ.* & verbis Servatoris nostri: *Luceat lux vestra coram hominibus*, quæ duo loca citat Isidor. Pelus. Lib. III. Epist. 142. Vid. plura apud Freherum de Existimatione in 8. pag. 83. & de Fama pag. 198.

272. *Humanitatis optima est c.*] Talis est, quam in Atheniensium & Spartanorum majoribus laudat Isocrates, & egregie Tyrannidis certaminibus opponit; his verbis, pag. 131. Οὕτω δὲ πολιτικῶς εἶχον, ὥστε καὶ τὰς στάσεις

ἐπιεικ-

ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους, οὐχ' ὁπότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπολέσαντες τῶν λοιπῶν ἄρξουσιν· ἀλλ' ὁπότεροι φθήσονται τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιήσαντες. Et Salluſtius de bonis veterum Romanorum moribus loquens: *Jurgia* inquit, *diſcordias*, *ſimultates cum hoſtibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant*, de bello Cat. cap. 9. In eadem oppoſitionis dulcedine perſiſtit quoque Dio Chryſ. pag. 427. quum *pulcherrimam omnium & tutiſſimam victoriam* vocat, qua quis ſuperior fuerit in juſtitia, virtute, amicitia, concordia &c. τὸ μὲν γὰρ ἁμιλλᾶσθαι πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, ὑπὲρ δικαιοσύνης; καὶ ἀρετῆς καὶ φιλίας, καὶ ὁμονοίας ἄρχειν, καὶ τούτοις περιεῖναι τῶν ἄλλων καὶ κρατεῖν, ἡ καλλίστη πασῶν νίκη καὶ ἀσφαλεστάτη. Et vere *tutiſſimam* hanc dixeris victoriam, utpote qua etiam victi gaudent. quod de ſe pollicetur Symmachus lib. IV. ep. 39. *Ama*, inquit, *Flavianum* &c. *& ſi fieri poteſt certamen mecum de amore ejus ingredere. Gaudebo ſi viceris* &c. Quum alioquin nulla ex parte mutui *officii trutina & libra præponderante*, ut loquitur idem ſcriptor lib. I. ep. 86. *videatur inertiæ quoddam eſſe colludium ſemper æqua lance cenſeri*. Cæterum, ut hujuſmodi victoria inter æquales reciprocari gaudet; ita potentiorum eam eſſe curam oportet, ut nunquam erga inferiores eâdem priventur, prout vere hinc Bocchus apud Salluſt. in Jug. exiſtimat: *regem armis quam munificentia vinci minus flagitioſum*.

274. *Jacet omnis virtus f. n. l. p.*] Hoc ipſum eſt, quod dicit Tacitus, *contemptu famæ contemni virtutes* l. IV. Ann. cap. 38. Cum quo egregie concinit Silius lib. IX. verſ. 376.

—— —— nam virtus futile nomen
Ni decus adfuerit patiendo. —— ——

Scilicet eo procedentem gloriæ cupiditatem videas, ut abſque hac vita vix vita judicetur, quo pertinent ejuſdem Poëtæ verba lib. III. vſ. 145.

Quan-

Quantum etenim distant a morte silentia vitæ? Nam si virtuti præmium negetur nec liceat cuiquam efferri suis actionibus, nullum unquam aut memorabile factum inter homines, aut, excellentem sermonem, aut aliud quidpiam editum iri, dicit Aristid. tom. III. p. 625. C. Ὅτι καὶ ὅλως ἀρχαῖον, νόμιμον τοῦτο καὶ ἑλληνικὸν, φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ χωρὶς τούτου τοῦ φρονήματος οὔτε πρᾶξις κατ' ἀνθρώπους ἀξία μνήμης, οὔτε λόγος διαφέρων, οὔτ' ἄλλο πλεονεκτεῖν ποτ' ἂν οὐδέν. Et Cicero in lib. I. de Officiis: *vix invenitur, qui laboribus susceptis, & periculis aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.* Enimvero multos constat mortem etiam propter hoc subiisse, ut vel statuam nanciscerentur, vel præconium aut alium honorem, & suis posteris æquam sui opinionem memoriamque relinquerent. Quibus ablatis, quotus quisque emersisset admirandus? juxta Dion. Chrys. pag. 314. Suis itaque non oportere destitui præmiis, virtutem, si sui sit inventura cultores, in promptu conclusio est. Et iniquius quidem judicandum erit, quam si quis vitia pœnis debitis privet: quin *hoc videri posset misericors, illud nullum haberet prætextum.* ut loquitur idem Dio Chrys. p. 316. B. Hinc, ceu palma omnibus in medio posita *quærat eruditus*, sunt verba Cassiodori l. VIII. epist. 30. *ubi possit existere gloriosus: prudens frequentiam non respuat hominum, in qua se novit esse laudandum, alioqui virtutibus fama tollitur, si earum merita in hominibus nesciantur.* Sic Plinius in lib. V. epist. I. *Neque se tam sapientem esse* fatetur, *ut nihil sua intersit, an iis, quæ honeste fecisse se credat, testificatio quædam & præmium accedat.* At contra si Philosophice agas; unanimis erit omnium sapientiæ auctorum consensus: sapientem nihil quicquam agere opinionis aut famæ gratia, sive (ut ex Stoicorum doctrina loquamur,) famam aut gloriam non habere ut finem actionum suarum, quem summum

bonum

bonum esse oporteat. Egregius est hac in parte Persius, in Sat. I.

Sed recti, finemque extremumque esse recuso
Euge tuum & belle. ——

Vid. Casaub. pag. 78: 90. Nequaquam itaque ut merces aut solatium virtutis appetenda est fama, sed si quis ejus erit usus, ut hinc causa & occasio detur plurium pulcriorumque facinorum. Sic Plutarch. in Libello περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν &c. pag. 539. E: Καὶ γὰρ τὴν δόξαν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ οὐχ ὡς ἵνα μισθὸν ἢ παραμυθίαν τῆς ἀρετῆς ἀπαιτεῖ, καὶ ἀγαπᾷ ταῖς πράξεσιν παροῦσαν, ἀλλ' ὅτι τὸ πιστεύεσθαι καὶ δοκεῖν χρηστὸν εἶναι, πλειόνων καὶ καλλιόνων πράξεων ἀφορμὰς δίδωσι. Nec mirum; quoniam ipsa sibi virtus pretium est & præmium; quod eleganter expressit Seneca lib. I. de Clem. in pr. *Recte factorum verus fructus est fecisse; nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas est.* Unde, si cum Plutarcho loquamur, *foras adhuc spectat*, nec dum *ipsius virtutis spectator* factus est, qui gloriam ita sectatur: sic ejus sunt verba, pag. 80. in fine. δῆλος ἐστὶν ἔξω βλέπων ἔτι, καὶ πρὸς δόξαν ἑλκόμενος, οὔπω δὲ τῆς ἀρετῆς γεγονὼς θεατής. Hinc gloriæ cupiditatem *extremam reliquorum affectuum tunicam* optime vocarunt Philosophi, ut Simplic. ad Epictet. pag. 183. Quod ipsum ceu eodem ex fonte haustum dixit etiam Tacitus IV. Hist. cap. 6. *Etiam sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur.*

275. *Ibi semper est victoria u. c. e.*] Aptissime sententiæ hujus mentem exprimit, quod scribit Athalaricus Rex Rheatinis & Nursinis apud Cassiod. lib. VIII. epist. 26. circa finem: *Pugnatis efficaciter foris, dum in sedibus vestris justitiam fovere contenditis. Ista enim duo mutua se amplexatione consociant, qui æquitatem coluerit, fructum victoriæ possidebit.*

276. *Ibi pote valere p. u. l. v.*] Illud est, quod passim

ſim judicibus ab oratoribus inculcari audimus. Æſchin. in Timarch. pag. 171. C. Ἐντεῦθεν γὰρ ἰσχύετε ὅταν εὐνόμησθε; καὶ μὴ καταλύησθε ὑπὸ τῶν παρανομούντων, καὶ ἀσελγῶς βιούντων: *Nam vires in eo veſtra ſunt, ſi leges tueamini: neque cuiquam licentiam detis vitam legibus contrariam & petulantem inſtituendi.* Idem contra Cteſiph. 275. Ὅταν διατηρηθῶσιν οἱ νόμοι τῇ πόλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία. *Conſervatis legibus, civitatis libertas quoque erit incolumis.* Nec aliud ſpectat quam legum conſervationem Demoſth. quum τὰ δικαστήρια συνέχειν τὴν πόλιν; *continere Remp.* dicit in ea adv. Timocr. p. 462. Ubi vero tolluntur leges & ex libidine cuique vivendi licentia datur, quid fit? οὐ μόνον ἡ πολιτεία οἴχεται, ἀλλ' οὐδὲ ὁ βίος ἡμῶν τοῦ τῶν θηρίων οὐδὲν διενέγκοι. *Non reſpub. duntaxat intereat; ſed nihil etiam inter noſtram & belluarum vitam interſit.* ut loquitur idem orator pag. 493. addens paulo poſt in confeſſo eſſe ὅτι οἱ νόμοι μετὰ τοὺς θεοὺς σώζουσι τὴν πόλιν, *proxime & ſecundum Deos leges conſervatrices eſſe Reip.* Paucis hæc omnia comprehendit Cic. pro Cluent. pag. 277. *Hoc vinculum*, inquit, *eſt hujus dignitatis, qua fruimur in Rep. hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. Mens & animus & conſilium & ſententia civitatis poſita eſt in legibus.*

277. *Id agas tuo te m. n. q. o.*] Hinc Socrates apud Xenoph. pag. 706. D. dolenti Apollodoro, quod injuſte ipſum necari videret; Σὺ δὲ, ὦ φίλτατε, inquit, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾷν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. *Tune o cariſſime Apollodore, videre me malles jure quam injuſte occidi?* Et Darius Perſarum rex, quum nollet popularium fidem damnare, ne parricidio excuſatio offerretur; *præoptabat, immerito quam jure violari*, quæ ſunt verba Curtii in lib. v. p. 147. Bene monet ergo D. Hieronim. ad Celant: *Nos modo id agamus, ut de nobis loqui male nemo ſine mendacio poſſit.* Addendus Plaut. in Sticho a. 1. ſ. 11. v. 57. *Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat ſibi.*

278. *Ignis suum calorem e. i. f. t.*] Puto accommodandum, ubi aliquis amat, tamen vilis, & miser, ubi amicus est: non videri debere indignum, qui ab altero caleat. Huc spectaverit illud, quod supra dixit:

Amicitia pares aut accipit aut facit.

279. *Ignis probat aurum m. f. p.*] Simile illud est in libro sapientiæ cap. III. v. 6. *Tanquam aurum in fornace probaverit* Deus justos *& tanquam holocaustum sacrificium acceperit ipsos.* Sirach. II. v. 5. *Nam ut igne probatur aurum, sic homines accepti camino dejectionis.* Adde Aristid. tom. III. pag. 357. B. Ὅλως ἡ ὥσπερ τὸ χρυσὸν ἡ βάσανος δείκνυσιν, ὅτω τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς κρίνουσιν αἱ συμφοραί. *Ut index aurum probat, sic viros fortes examinant calamitates.* Ita amicus verus an fictus vix dijudicatur alio quam hoc examine. unde Cic. IX. ad Fam. ep. 16. *Non facile dijudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut, quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit.* Adde Eurip. in Herc. fur. vs. 1348. qui etiam fortitudinem calamitatibus imprimis probari censet:

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐκ ὑφίσταται
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος.

Quisquis enim non sustinet adversos casus: is ne viri quidem telum sustinere poterit. Hinc felicitatem *freno indigere*, bene animadvertit Nazianz. & in eo agnoscit sapientiam Dei admirandam, quod felicitatem invidia, calamitatem vero misericordia sistere soleat; ne dolor solatio aut prosperitas disciplinæ coërcitione careat. Verba ejus sunt tom. I. pag. 269. A. Καὶ φθόνος μὲν εὐπραξίαν, συμφορὰν δὲ ἔλεος ἵστησι, καὶ τοῦτο σοφῶς κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον καὶ θαυμασίως, ἵνα μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀπαραμύθητον ᾖ, μήτε τὸ εὖ πράττειν ἀπαιδαγώγητον.

280. *Ignoscere hominum est, u. p. ci.*] *Humanum* habet Zwing. pag. 1041. sub *Pœnitentia.* Item pag. 246. additque *pœnitenti scilicet.* Claud. in Epist. ad Hadrianum vers. 12.

En

En adsum & veniam, confessus crimina, posco.

281. *Ignoscere hominum est nisi p. c. i.*] Hinc Epidici servi apud Plautum v. II. 59. cupido sumendi de hero suo supplicium: *Nunquam, hercle, hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.*

282. *Ignoscito sæpe alteri n. t.*] In omni vitæ genere hanc nobis proponit regulam Plinius lib. VIII. epist. 22. qua *nobis implacabiles sumus, exorabiles istis etiam, qui dare veniam nisi sibi nesciunt.* In qua tenenda, quæ fuerit Catonis severitas, testis est ipsius apud Sallustium oratio, ubi dicit: *qui mihi atque animo meo, nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius libidini malefacta condonabam.* Quum autem e contrario illud obtineat, quod dixit Plato: τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον: *id quod amat cæcutit in eo quod amatur.* Vide Plutarch. in libello De capienda ex inimicis utilitate pag. 90. hinc facile fit, ut nobis vitia virtutum nomine obrepant. Quo spectat egregius Senecæ locus Epist. XLV. *Adulatio quam similis amicitiæ? non imitatur tantum illam, sed vincit & præterit: apertis & propitiis auribus recipitur, & in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit. Doce, quemadmodum hanc similitudinem dignoscere possim, venit ad me pro amico blandus inimicus. vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt.*

283. *Illo nocens se damnat q. p. d.*] Macrobius in somn. lib. I. cap. 10. *Judice ipso nemo nocens absolvitur, nec de se suam vitare potest sententiam.* Nam *etiamsi nemo judex, pronunciet damnatur tamen judice conscientia.* Zwing. pag. 55. & 1198. Adeo ut licet ab externis suppliciis *tutus* sit, ab internis tamen *securus* esse nequeat. Sen. in Hippol. v. 161.

Quid pœna præsens conscia mentis pavor
Animusque culpa plenus & semet timens?
Scelus aliqua tutum nulla securum tulit.

284. *Imperium habere vis m. i. t.*] Et *rectius appellabere*

rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi (is enim est dictator) quam Sylla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magister fuit. Quæ sunt verba Ciceronis in fine lib. III. de FF. Estque magnum sane imperium, utpote omnium difficillimum. Dio Chrys. p. 538. καὶ γὰρ τοῦτον εἰκὸς ἐστὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἱκανώτατα διοικῆσαι, ὃς τὴν χαλεπωτάτην ἀρχὴν διηνεκῶς ἄρχων, δύναται παρέχειν ἀναμάρτητον αὐτόν. Hinc apud Cassiodorum lib. x. epist. 3. Theodahadus laudatur, ut *patiens in adversis, moderatus in prosperis, & quod difficillimum genus potestatis est olim rector sui.* Pluribus hanc sententiam exsequitur Seneca in Epist. CXIII. circa fin.

285. *Imprudens peccat q. p. f. p.*] Huc faciunt illa alia: inf. 704.

Sibiipsi dat supplicium quem admissi pudet.

Item v. 460.

Nil est miserius, quam ubi pudet, quod feceris.

Vide locos: *Confessio est satisfactio.* Non *imprudens* igitur *peccat*, qui iram suam colere & servare gaudet, τὴν οἰκείαν φιλεῖ θεραπεύειν ὀργήν. ut loquitur Libanius pag. 262.

286. *Impune in eum p. q. p. r.*] Quia se non vindicat: fert potius injurias, quam refert. Hinc fere & paupertatem sequi videas. Greg. Thaum. cap. VI. Metaph. Eccles. ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἡ ἀφύτης ζωῆς ἄνθρωπον τῇ πενίᾳ ὁδηγεῖ. *Fere fit ut vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat.* Adeoque malus sit oportet, quisquis ab malorum hominum iniquitate se tutum præstare voluerit. Quare merito indignatur Salvianus pag. 168. edit. Ritt. *Nemo itaque horum tutus est, nec ulli admodum præter summos a vastatione latrocinii populantis immunes, nisi qui ipsis latronibus par est in hac conditione. Imo in hoc scelus res devoluta est, ut nisi quis malus fuerit, salvus esse non possit.* Sed, ut dicit Noster inf. 755.

Viri

Viri boni est, nescire facere injuriam.

Et 812.

Nescit is nocere, qui nocere velle perdidit.

287. *In amore semper m. i. e.*] Id est: non vere irascitur. Amoris integratio, iræ. Supr. v. 15. dixit:

Amans iratus multa mentitur sibi.

288. *In amore forma plus v. q. a.*] Id est: Si parens moneat filium, quæ deceant, plus eum trahit forma amasiæ, quam patris auctoritas. Potest etiam accipi: si cui forma est, plus perficiet per eam, quam auctoritate.

289. *In amore semper causa d. q.*] Sumptuosa enim est meretrix, multisque artibus instructa. unde Horat. lib. 1. epist. 17.

Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis, verisque doloribus adsit.

Liban. pag. 572. Laida meretricem idoneam ad locupletem civitatem inopem reddendam ab pravo quodam Genio in urbem invectam esse contendens: ἑταίρα γὰρ inquit, ἐπαγωγὸν χρῆμα νεότητος· καὶ πλουτεῖν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐργασίας πεπαιδευμένη. *Meretrix enim est juventutis illecebra, & ad rem faciendam ex ejusmodi quæstu edocta.* Non unus itaque aliquis Genius, sed sæpe etiam duo, hique contrarii sibi invicem, obtinere credebantur regimen hominis, veluti quum hic voluptatis ille avaritiæ esset amans, hic juberet hominem, neque auro neque argento, neque alii cuiquam rei parcere, ad exercendas voluptates; ille rursus in plane contraria impelleret eum vel minas intentando homini, si alteri obtemperaret Genio. Locus est apud Dion. Chrysost. pag. 81. ὁ μὲν φιλήδονος ἀναλίσκειν εἰς τὰς ἡδονὰς κελεύων, καὶ μήτε χρυσοῦ, μήτε ἀργύρου, μήτε ἄλλου χρήματος φείδεσθαι μηδενός· ὁ δ᾽ αὖ φιλοχρήματος καὶ μικρολόγος οὐκ ἐῶν, ἀλλὰ κατέχων τε καὶ ἀπειλῶν, εἰ πείσεται ἐκείνῳ. Nec pecuniæ

tantum, sed & corporis, sed & famæ damna quæruntur: seu *quæ patrimonium populantur*, ut loquitur Quintil. Pater orat. CCCXLIV. *quæ adversus corpus excogitantur, quæ inquinant famam.* Adde libertatis omnis jacturam, quam exhibet elegans admodum Lucilii epigramma hoc. VII. Anthol.

Σοί με λάτρειν γλυκύδωρος ἔρως παρέδωκε, Βοῶπι,
Γαῦρον, ὑποζεύξας εἰς πόθον αὐτομόλον,
Αὐτοθελῆ, πάνδουλον, ἑκούσιον, αὐτοκέλευστον,
Αἰτήσοντα πικρὴν μήποτ' ἐλευθερίην,
Ἄχρι φίλης πολιῆς καὶ γήραος· ὄμμα βάλοι δὲ
Μήποτ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη.

Hisce denique damnis annumera abalienationem ab cognatis & necessariis; quo pertinet illud apud Stobæum pag. 622.

Ὅταν δ' ἔρωτος ἐνδεθῶμεν ἄρκυσι,
Θᾶσσον θυραίοις τὴν χάριν ποιούμεθα,
Ἢ τοῖς ἀνάγκης ἐν γένει πεφυκόσι.

290. *In calamitoso risus e. i. e.*] Bene monet itaque Isocrat. ad Demon. p. 15. Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς. κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. *Nemini exprobra calamitatem, communis enim est fortuna & futura provideri non possunt.* Diversis tantum verbis eundem expressit sensum Nilus Patriarcha §. 136. Μὴ γελάσῃ ἐπὶ πτώματι ἑτέρου, ἵνα μὴ γελασθῇς ἐφ' ὧν οὐ θέλεις. *Ne irrideas casui alius, ne in iis, quæ non vis irridearis.* Adde locum Sirach. VII. v. 12. *ne derideas hominem, cujus anima in acerbitate versatur; est enim qui deprimat, & qui exaltet.* Et hoc est, quod Eurip. apud Stob. pag. 323. ἀμαθίαν vocat; quæ sane locum habere nec debet nec potest in eo, qui se hominem esse cogitet, adeoque humani nihil a se alienum esse. Verba Euripidis sunt:

Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγενεῖ ὅταν παρῇ
Τραχεῖα καὶ ὀξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

Si cognatio, inquit, seu cognati *affuerint male fortunato asperi*

aſperi & irati, imprudenter faciunt. Cæterum aſperitate, opprobriis, aut aliis contumeliis, adeoque riſu etiam miſeros offendi quid mirum? quum ipſæ calamitates in ſe habeant, quod pœnitentiam inducat, & caſtiget? quare Plutarchus in libell. de adulatoris & amici diſcrimine, p. 68. D. loquens de iis, qui ſua dicendi libertate non niſi in calamitoſos audent uti; inacceſſam admonitioni proſperitatem exiſtimantes, hoc valde iniquum cenſet. Ejus verba ſunt: Ὅταν δὲ ὁ δαίμων, καταβάλῃ καὶ περιέλῃ τὸν ὄγκον αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν, ἔνεστι τὸ νουθετοῦν καὶ μετάνοιαν ἐμποιοῦν. Vide ſupr. 150.

Damnare eſt objurgare, cum auxilio eſt opus.

292. *Inertia judicatur cum f. l.*] Contrarium laudat in Pomponio Baſſo ſuo Plin. lib. IV. epiſt. 23. quem cognoverat, *diſponere ocium, & ferre* &c. *& nunc terra, nunc mari corpus agitare* &c. Ita ſcribit Symmachus cuidam magiſtratum abnuenti: eique ob oculos ponit nihil dum illum conqueſtione dignum perpeſſum eſſe, quare illud munus ita fugiat &c. l. VIII. epiſt. 41. *Nondum te militares contumeliæ perculerunt, nondum catervas militum ſciſſa veſte fugiſti, nondum ante januas eminentium poteſtatum vigilem noctem ſalutator expertus es; & jam delicato faſtidio renuis magiſtratum?*

293. *Inertia eſt laboris e.*] *Laborioſum opus & agriculturam creatam ab Altiſſimo ne oderimus*, monemur ab Sirach. VII. 12. Quin imo *laborem*, ut loquitur Sen. ep. XXXI. *ſi non recuſes, parum eſt. poſce.* Hinc imbecillitatem hominis, quæ honeſta alioquin laboris excuſatio eſt, ut vitæ per inertiam & deſidiam actæ argumentum conſiderat Aſterius, ubi dicit pag. 29. edit. in 4°. Plant. τὸ δὲ ἀδυνατεῖν πρὸς τὸ ἔργον, ἀργοῦ βίου καὶ ἀναπεπλωκότος ἐστὶ κατηγόρημα. Hinc itaque Therſiten laudaturus Libanius occaſione ſumpta, mirum quantum ejuſdem induſtriam & ſolertiam exaggerat, qui nimirum quum habuerit honeſtum prætextum,

 ſiqui-

ſiquidem inertiæ ſe dare voluiſſet, corporis illam labem, tamen ab ſe impetrare non potuerit, ut, in expeditionem Trojanam proficiſcentibus ſuis, ipſe domi maneret deſes &c. Libanii verba ſunt p. 80. D. Τῶν γὰρ Ἀτρειδῶν ἀγειρόντων ἐπὶ τοὺς βαρβάρους στόλον, ἔχων πρόφασιν εὐπρόσωπον, εἴπερ ἐβούλετο ῥαθυμεῖν, τὴν παρὰ τὸ σῶμα τύχην, οὐκ ἤνεγκεν οἴκοι μένων περὶ τῶν ἔργων ἀκούειν, &c. Et de expeditione Græcorum in Trojam agens apud Eundem Patroclus pag. 271. dicit Græcos *ſuſpicionem ignaviæ præbituros* fuiſſe; ſi quieviſſent. &c.

295. *Inferior reſcit q. p. ſ.*] Scalig. putat: *tanto proſpectior in ſe crimen habet*. Ego putaverim potius accipiendum juxta illud:

Quicquid delirant reges plectuntur Achivi.

Item quod habet Phædrus:

Humiles laborant, ubi potentes diſſident.

Zwingerus autem pag. 1521. hunc verſum citat hoc modo:

Inferior horret, quicquid peccat ſuperior.

& adducit illud Horatii: *Quicquid delirant* &c.

296. *Infirmi animi e. n. p. d. p.*] Eſt Senecæ epiſt. v.

297. *Ingenuitas non r. c.*] Zwing. p. 679. interpretatur: *affligi poteſt, lædi non poteſt*. Idque de viro etiam probo Plato docuit: *neminem niſi a ſeipſo lædi poſſe* profeſſus. At inepte interpretatur Zwing. pag. 881. *Quia nequit negligit*. melius pag. 871. ait: *generoſus animus impatiens eſt contumeliæ*; verbis Senecæ lib. ix. Controv. 1. Et p. 1108. ait: *ſervile eſt ſupplicium, cum homini indigno læditur ingenuitas*.

299. *Ingenuus animus non f. v. v.*] Verum hoc arguit cautio Quintiliani in Inſt. orat. pag. 260. exponentis, quid in quemque teſtem dicendum ſit oratori: *Prudens vero & conſtans*, inquit, *vel tanquam inimicus & pervicax dimittendus ſtatim, vel non interrogatione, ſed brevi interlocutione patroni refutandus eſt: aut aliquo ſi contin-*

continget urbane dicto refrigerandus, aut si quid in ejus vitam dici poterit, infamia criminum destruendus. Probos quosdam & verecundos non aspere incessere profuit. Nam sæpe qui adversus insectantem pugnassent modestia mitigantur.

300. *Ingrata sunt beneficia q. c. m.*] Hinc Avarus se deferens in fine orationis apud Libanium: non habere nec plangere melius judicat, quam habere quidem, alios autem videre qui ea eripiant: ἀλλ᾽ ὅμως βέλτιον, inquit, μήτ᾽ ἔχειν, μήτε κόπτεσθαι, ἢ τὸ μὲν ἔχειν, τοδὲ ὁρᾶν ἑτέρους ἀφαιρουμένους. De Fortuna quæ sceptra, quæ alia donat; sed ea, quæ sollicitudinum morsus expellere, quæ formidinis aculeos vitare nequeunt, videndus Boëth. lib. III. prosa 5. de Cons. Ph. Bene itaque, hoc expertus mus rusticus apud urbanum:

—— —— —— Haud mihi vita
Est opus hac, ait, & valeas: me sylva cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

Hor. II. Sat. 6.

301. *Ingratus unus omnibus m. n.*] *Facit enim, ut nec gratis & bonis succurratur cum egent*, quod dicit Zwing. 1452. Et, quod ait Plautus, *male fidem servando, illis quoque abrogat fidem, qui nihil meriti*: in Trin. 4: III. 42. Quippe ex ejus ingenio ingenium aliorum hominum probatur. *Hoc genus hominum, universis omnibus est adversum.* ut judicat ibidem. Quare in odium merito incurrit omnium. Cic. II. de Off. pag. 383. *Omnes enim immemorem beneficii oderunt: eamque injuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant.* Opportuna igitur heic est admonitio Xysti Pythogorei §. 319. *Ne te impediat a benefaciendo homo ingratus.* Sic Clytæmnestra, illo scelere cum Ægistho adultero perpetrato, non sibi tantum, sed etiam post se futuris fæminis, etiam pudicis ac bonis nocuisse judicatur; de qua apud Hom. λ. Odyss. v. 433.

Ἧ τε καὶ αἶσχος ἔχευε καὶ ἐσσομένῃσιν ὀπίσσω
Θηλυτέρῃσι γυναιξὶ καὶ ἥ κ' εὐεργὸς ἔῃσιν.

Sibique turpitudinem aspersit & etiam venturis in posterum mollibus fæminis, etiam illi quæ benefica erit. Adde ea quæ habet Libanius de Paride in oratione Ulyssis pag. 205. Noster infra vs. 381. *Malitia unius cito fit maledictum omnium*.

302. *Inimico extincto exitium l. n. h.*] Exemplo sit Otho cujus lætitiam ob mortem Pisonis describit Tacitus I. Hist. cap. 44. *Nullam cædem Otho majore lætitia, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur* &c. Sic in Psalmo XLII. vs. 10. *Quare atratus incedo propter oppressionem inimici?*

304. *Inimicum quamvis humilem d. m. e.*] Idem quod dicit Phædrus fab. XXVIII.

Quamvis sublimes debent humiles metuere.

Siquidem verum est, quod ait Dio Chrysost. pag. 492. B. *Nullum hominem tam esse imbecillem, qui non nanciscatur opportunitatem ad inimicitias odiumque demonstrandum, vel per se vel cum aliis.* Idem repetit pag. 501. in fin. Quare *etiamsi abjiciat se & inflexus ambulet inimicus, ne credas tamen, sed ab illo caveas*, pluribus monet Sirach. in cap. XII. Exemplum habemus in Romana historia egregium, Andriscum Pseudo-philippum, ultimæ sortis virum; cujus ductu Macedo Romanorum jugum excusso, *aliquanto, quam ante, gravior dum contemnitur*, consideratur ab Floro l. II. cap. 14. Addi potest Lucian. de Dea Syria; ubi Stratonice a marito commendatur Combabo.

305. *Inimicum ulcisci vitam a. e. a.*] Ultionis dulcedinem expressit bene Euripid. in persona Hecubæ v. 1258.

Οὐ γάρ με χαίρειν χρή σε τιμωρουμένην;

Non enim me gaudere oportet te quæ ulta sim?

Et mox: v. 1274.

Οὐδὲν μέλει μοι σοῦ γε μοι δόντος δίκην.

Nihil curæ est mihi, quum tu mihi dederis pœnam.

Illud

Illud nimirum eſt, quod vita contra carum vulgo haberi ſoleat. Quod ipſum exempla probant eorum, qui ultione inimicorum, ceu alteram accipientes vitam, ipſam mortem ob id ipſum alacriter ſubiere. Hujuſmodi lætitia plenus conſpicitur Ptolomæus, occiſo Alexandro, cum ipſius cædis ſpectaculo, Alexandri capite amputato frueretur, tandemque ſatiatus, etiam vitam ſuam finiret: ut legitur apud Joſephum pag. 437. Similiter Antigonus apud eundem, quod fratrem ultorem ſui relinqueret, dicitur σφόδρα εὐθύμως τὴν πληγὴν ὑπομείνας. Vide eum pag. 498. quod repetit Auctor pag. 732. G. Et hæc ultionis dulcedo etiam Sampſonem eo perduxit, ut ſibi ipſe mortis cauſa exiſteret. Adeo nimirum verum eſt, quod ait Heliodor. in Æth. pag. 400. οὕτως ἄρα ἡδὺ τισὶ καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι, ὅταν συμβαίνῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐπαπόλλυσθαι: *Sic omnino ſuave quibuſdam eſt, vel perire dummodo inimicorum internecione pereundum ſit.* Hujus itaque voluptatis ſenſu affecti homines imprimis in præliis quid præſtiterint, videre licet paſſim. Dum nihil frequentius militibus inculcari audias; quam *ne inulti pereant;* & in prœlio potius quam in fuga mortem oppetant; perſuaſi, *ſi hoc bene fixum deſtinatumque omnibus in animo ſit, ſe jam viciſſe;* ut agit Annibal apud Liv. xxi. cap. 44. Hoc propoſito:

> ——— *Paulus numeroſa cæde futuram*
> *Ultus jam mortem.* ——— ———

exhibetur apud Silium Ital. lib. x. vſ. 171. Sic apud Curt. Tyrii *ruunt in hoſtes, haud inulte tamen perituri* in lib. iv. p. 61. & Menedemus apud eundem lib. vii. p. 250. *Nihil aliud ſupereſſe locorum fraude deceptis, quam honeſtæ mortis ſolatium ex hoſtium cæde* clamitans. itemque Charus ille, de quo in lib. viii. pag. 312. *qui pro rege ſuo Alexandro certamine ſuſcepto, ruere in hoſtem, omnium præter ultionem immemor, cœpit.* Non prætermittendus etiam eſt ſervus ille ulciſcens dominum ſuum,

quem

quem occidentibus supervenerat militibus; horum itaque centurione occiso, sibi ipse mox inferens manus, moribundo inclamat domino ἔχεις παραμυθίαν, *habes solatium.* Vide App. Alex. pag. 604. Unde patet bene *ultionem*, ut *auxilio proximam* considerari ab Liv. l.xxxi. cap. 24. Sic apud Apul. pag. 39. mulier quædam per theatrum medium decurrens solatii vici vindictam invocat; *Misereminí indigne cæsorum juvenum, nostraque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date.* Hunc ultionis fructum Syracusanis aliquando negatum Verri etiam objectat Cic. Act. v. pag. 198. *Homines maritimi* inquit, *Syracusis, qui sæpe istius ducis nomen audissent, cum eum sæpe timuissent, cum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent; potestas adspiciendi nemini facta est.* Vide quæ in orat. pro Sextio pag 467. de C. Mario dicit Idem. *Qui* nempe *profugus* &c. *tamen vitam suam ad incertissimam spem, ne inultus esset, reservasset.* Huc accedit Jesus Sirach. qui cap. xxv. v. 10. inter alias beatitates etiam hanc enumerat; quæ est illius, *qui vivens videt ruinam inimicorum.* At vero quam non appetendæ sint tales beatitates cum variis dehortationibus nos docet S. Scriptura; tum imprimis huc applicari meretur Joh. Chrysost. in Epist. Pauli ad Rom. pag. 255. ad Apostoli hæc verba: *si esurit inimicus tuus, pasce illum* &c. cap. xii. v. 20. Et ibidem p. 467. ubi ostendit, *deflendum* esse non qui injuriam acceperit, sed qui fecerit, *se voluisse ostendere animam ejus, qui in injuria facienda superior fuisset, quam extenuata sit tanquam in cinerem.* Ἠβουλόμην σοι, inquit, τοῦ ἠδικηκότος μετὰ τὴν νίκην δεῖξαι τὴν ψυχὴν, πῶς τέφρα γίνεται.

306. *In judicando criminosa e.c.*] Egregie Plutarchus in lib. de ira cohibenda pag. 459. E. οὕτως οἶμαι δεῖν ὑποβάλλειν ἑαυτῷ τὸν ἀποδιδόντα δι' ὀργὴν ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, Εἰ σήμερον οὕτως ἠδίκησε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰς τρίτην ἠδικηκώς·

καὶ

καὶ δεινὸν οὐδὲν εἰδῶσι δίκην βράδιον, ἀλλ' εἰ ταχὺ παθὼν, ἀεὶ φανεῖται μὴ ἀδικῶν. *Sic arbitror eum, qui ad capiendum supplicium properat iratus, debere sibi subjicere, si hodie iste meruit pœnam, etiam cras erit, & perendie in noxa: neque in eo mali quicquam est, si serius luit flagitium, sed si celeriter punitus, perpetuo videatur insons.* Hinc Pium & Verum Imperatores laudat Jul. Capitol. pag. 37. edit. in 4. *Adepti imperium ita civiliter se ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo desideraret, quum eos Marullus sui temporis Mimographus cavillando impune perstringeret.* Zwing. 1486. *Ne sis praeceps ad judicandum.* Idem pag. 1050. ait & legi posse: *In vindicando cr. e. s.* i. e. ne sis præceps ad ultionem.

307. *Injuriam aures quam o. f. f.*] Idem agnoscunt illi, qui apud Livium Virginio succlamant &c. quum immisti turbæ militum togati eadem illa, quæ Virginius, quererentur, docerentque *quanto visa, quam audita indigniora potuerint videri*, ex verbis Liv. in lib. III. pag. 58. Idcirco Messallina uxor Claudii post nuptias cum Silio celebratas, ire obviam & aspici a marito Claudio, *quod sæpe*, ut ait Tacitus, *subsidium habuerat*, haud segniter intendit. quare etiam quum esset jam in aspectu, jussis Britannico & Octavia in complexum patris pergere, clamitaretque audiret Octaviæ & Britannici matrem; obstrepens accusator, Silium & nuptias refert. Simul codicillos libidinum indices tradidit, quibus visus Cæsaris averteret. Vide Tac. Lib. XI. pag. 195. qui mox addit: *nec multo post urbem iningredienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus amoveri eos jussisset.* Hinc præceptum format Quintil. Instit. pag. 334. *Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo quadam lachrymas movemus, unde & producere ipsos, qui periclitentur squallidos ac deformes, & liberos eorum ac parentes, institutum & ab accusatoribus ostendi*

cruen-

cruentum gladium, & lecta e vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resolvi, & verberata corpora nudari, quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in rem præsentem animos hominum ducentium. Poteſt autem & accommodari hæc ſententia eis, qui non vindicant. Quo facit Sirach. IV. 9. *Exime eum, cui fit injuria e manu injurii, neque sis minuto animo cum judicas.*

308. *Injuriam facilius f. q. f.*] Puto ad cinædos hæc primitus accommodata.

309. *Injuriam ipse facias, u. n. v.*] Ut ſane non multum præſtes ipſi, qui perpetraverit injuriam; quod egregie in ea adverſus Piſonem exprimit Cic. pag. 527. *Nondum dico quæ feceris; sed quæ fieri passus sis, dico; neque vero multum interest præsertim in Consule, utrum perniciosis legibus; improbis contentionibus Remp. vexet, an alios vexare patiatur.* Imo ejuſdem ſe criminis reos facere, qui cum poſſent illud non puniunt, Demoſth. arguit pag. 533. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἴστε πάντες, καὶ ἔχετε ἐφ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ κύριοι ἐστε κολάσαι· ὑμέτερον ἤδη τὸ ἀσέβημα γίνεται τὸ πρὸς τοὺς Θεοὺς, ἐὰν μὴ ταύτην κολάσητε: *Postquam autem & nostis omnes & penes vos habetis, & ejus puniendæ potestas datur: jam vestra erit illa in Deos impietas, nisi eam* (ſc. Neæram) *puniveritis.* Quocirca bene Demonicum ſuum admonet Iſocrates, ne malos in miniſterium adſciſcat pag. 19. εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ, πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι: *nam quicquid ille deliquerit, tibi imputabitur.* Ita, ut plane conſiderandi ſint, ut poteſtatem injuriam faciendi præbentes, quicunque, cum poſſint, non coërcent maleficos; quare etiam hiſce illi nihilo meliores. Liban. pag. 48. D. Δεῖ δὲ τὰ ἀδικήματα νομίζειν οὐ τῶν ταῖς χερσὶν ἐργαζομένων μᾶλλον, ἢ τῶν τὸ δυνηθῆναι δεδωκότων.

310. *Injuriarum remedium est o.*] Habet hunc verſum Sen. in epiſt. 94. Noſter infr. *Medi-*

Medicina sola miseriarum oblivio est.

311. *In miseri vitia n. c. e.*] Forte *vita*. Nam contumeliosi magis felices quam miseri sunt. Vid. Sen. de Injur. cap. XI. Vel etiam *vitio*. ut dicat etiamsi contumeliosum quid faciat miser, non est tamen contumelia; quia vere animus contumeliam faciendi ei non adfuit. Egregius est locus apud Lysiam in Orat. pag. 23. Ubi reus se accusatori justas agere gratias non posse dicit, quod ipsi hanc actionem intenderit, quod cum antea reddendi vitæ rationem occasio ipsi deesset; nunc eam per illum nactus sit; conaturumque oratione hunc quidem falsum ac mendacem demonstrare, se vero in hunc usque diem ita vixisse, ut laude magis quam invidia dignus videri queat, βεβιωκότα inquit, ἐπαίνου μᾶλλον ἄξιον ἢ φθόνου. Hoc sibi maximo argumento esse posse dicit Cic. ad innocentiam S. Roscii, quod in rusticis moribus, in victu arido in horrida & inculta vita istiusmodi maleficia gigni non soleant, addens: *ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur*. Neque *etiam si cupiat*, *copia est* misero, contumeliam faciendi, quod fatetur senex Plautinus in Aul. a. II. s. 2. v. 76. Cæterum Zwing. hunc versum interpretatur hoc modo in pag. 1467. *Non videtur contumelia, quam facias in hominem malum & infelicem*. Habet quoque: *In miseri vita &c.* & in transversum *vitia*.

312. *In misero facile f. p. i.*] Nam, ut supra dictum v. 5.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Et vs. 290.

In camitoso risus etiam injuria est.

Hoc itaque est, quod dicit Dio Chrysost. pag. 491. ad imbelles redarguendos & humiliandos idoneam semper occasionem esse &c. Τοὺς γὰρ ἀσθενεῖς inquit, ἱκανὸν ἐξελέγξαι, καὶ ταπεινῶσαι πρὸς τοῖς οὖσι χαλεποῖς. Idem fit

in

in civitate Juliopolitanorum, de qua Plin. in Epist. lib. xi. epist. 81. scribens eam nimia onera sustinere: *tanto graviores injurias* inquit *quanto est infirmior, patitur*. Quin etiam tanto iniquiores sunt, qui se difficiles miseris præbent, quanto hi fuerint imbecilliores, quod innuit Nazianzenus tom. 1. pag. 383. C. de amicis Jobi agens; judicantibus ipsum non virtutis explorandæ, sed sceleris vindicandi causa ita afflictum; & ita ne calamitatem quidem ipsi exprobrare verentibus. Οἱ τὸ μὲν πάθος ἑώρων, τὸ δὲ τοῦ πάθους ἀγνοοῦντες μυστήριον, οὐ βάσανον ἀρετῆς, ἀλλὰ κακίας εἴσπραξιν τὴν πληγὴν ὑπελάμβανον, καὶ οὐκ ἐνόμιζον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ᾐσχύνοντο τὸ δεινὸν ὀνειδίζοντες, ὁπότε καὶ εἰ διὰ κακίαν ἔπασχε, σοφίζεσθαι τὸ λυποῦν ἔδει παραμυθίας ῥήμασιν. Et par ratio est in imbecillioribus; quoties sese superioribus opposuerint; unde Sen. lib. ii. Ira cap. 34. *cum superiore contendere furiosum* esse dicit.

313. *In nullum avarus bonus est, i. s. p.*] *Qui videt oculis, & gemit, tanquam Eunuchus amplectens virginem & ingemiscens*, ut loquitur Sirach. cap. xxx. 21.

314. *Inopiæ desunt multa a. o.*] Hic conf. Zwingeri verba pag. 982. *Multa quidem desiderat pauper ad vitæ usum, sed avarus magis eget, qui nec id habet quod habet.*

316. *In rebus dubiis p. e. a.*] Emendandum hunc versum putat Zwing. pag. 119. & quærit: an *plurimum* vel *plurium?* quod ad rem faciat vide apud eum pag. 869. ubi dicit: *multum valet audacia, cum res est dubia i. e. periculosa;* quod ipsum patet in militibus Romanis apud Livium, quos e reliquiis cæsorum exercituum contraxerat in Hispania L. Martius ut ipsum hunc audire est ad suos loquentem lib. xxv. pag. 277. *Nunc, qui tantum ausi estis sponte vestra*, loquens de memorabili pridie commisso prælio, *experiri libet quantum audeatis duce vestro auctore. Non enim hester-*

heſterno die quum ſignum receptui dedi, ſequentibus effuſe vobis turbatum hoſtem, frangere audaciam veſtram, ſed differre in majorem gloriam atque opportunitatem voluì. Sic Menius Præfectus caſtrorum, quum e ſeditioſis duos milites ſupplicio affeciſſet, *bono magis exemplo quam conceſſo jure. Deinde* ut loquitur Tacitus in I. Ann. p. 20. *intumeſcente motu profugus repertuſque poſtquam intutæ latebræ, præſidium ab audacia mutuatur.* Cæterum, cum in rebus dubiis & periculoſis; tum vel imprimis in flagitiis ſummis, utpote quæ ſummis periculis obnoxia ſint, quo ſpectant illa apud Sen. in Agam. vſ. 150.

Res eſt profecto ſtulta nequitiæ modus.

Et:

Et ferrum & ignis ſæpe medicinæ loco eſt.

Et:

Capienda rebus in malis præceps via eſt.

Et, quod dicit apud Tacitum Silius novus Meſſallinæ ſponſus: *Inſontibus innoxia conſilia: flagitiis manifeſtis ſubſidium ab audacia petendum.* lib. V. Ann. p. 192. Item quod habet Plautus in Moſt. a. V. ſ. I. v. I. *Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit.* Hinc Tacitus *inter ancipitia deterrimum* eſſe dicit *media ſequi, nec audere ſatis nec providere.* lib. III. Hiſt. pag. 440. Adde *Media non ſequenda.*

317. *Inſanus omnis furere c. c.*] Se vero ſanum eſſe & ſapere; prout Pentheus inducitur apud Eurip. in Bacch. v. 655. cum Baccho colloquens:

Β. Σοφὸς σοφὸς εἶ, πλὴν ἃ δεῖ σ' εἶναι σοφός.

Π. Ἃ δεῖ μάλιστα, ταῦτ' ἔγωγ' ἔφυν σοφός.

Non aliter furere ſe ſimulans Menæchmus Plautinus: *Hei mihi*, inquit, *inſanire me ajunt, ultro cum ipſi inſaniunt.* in Menæch. a. V. ſ. 2. v. 90. Ita nimirum eſt; & perinde fieri obſervare licet in cæteris cum mentis tum corporis defectibus. Sic ebrii ſobriis plerumque

O illud,

illud, quo ipsi laborant, objectant, quod dicit Greg Nyss. tom. II. pag. 1014. & in comparationem istorum hominum adducit, qui Theodorum Martyrem necaverant, eodem modo ipsius pietati insultantes; nimirum mentis sanitatem insaniam vocando, pietatem vero, mentis alienationem, ipsi dementes. Μανίαν γὰρ, inquit, οἱ ἔκφρονες τὴν σωφροσύνην ἐκάλουν· ἔκστασιν δὲ καὶ παραφορὰν τὴν εὐλάβειαν ὥσπερ ὅταν οἱ μεθύοντες τὸ ἴδιον πάθος τοῖς νήφουσιν ὀνειδίζουσι. Plane ut etiam indocti se omnium doctissimos ut plurimum putant; prout de Græcis Ægyptium sacerdotem quendam loquentem facit Dio Chrys. pag. 162. Sic & alios ex suo ingenio judicat impurus, vel etiam, ut Nero, omnes homines impuros esse credit. De eo Suet. cap. XXIX. *Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse, verum plerosque dissimulare vitium, & calliditate obtegere, ideoque professis apud se obscœnitatem, cætera quoque concessisse delicta.* Vide quæ huc applicat Elias Cretensis ad Greg. Nazianz. tom. II. pag. 308.

318. *Inopia instructa est i. d. c.*] Quasi dicas *quendam divitem inopia.* Vide Zwing. p. 983. Huc refer Æsopi asinum onustum dapibus & carduos edentem. Ipsam sententiam explicat Henr. Steph. in Diatrib. ad Hor. pag. 93.

320. *In turpi re peccare b. d. e.*] Nam præterquam quod incontinentiæ sit adulterium committere, ut ait Plutarchus, gravis etiam est insuper stultitiæ atque insaniæ. Ejus verba sunt in libro περὶ πολυπραγμοσύνης pag. 519. E. in quo vitio describendo eodem modo & hic sese rem habere dicit, ut nempe in ista curiositate bis delinquatur: ἀκρασίας γὰρ τὸ πολυπραγμονεῖν, ὡς καὶ τὸ μοιχεύειν, καὶ πρὸς τῇ ἀκρασίᾳ δεινῆς ἀνοίας καὶ ἀφροσύνης. Hinc Seneca in epist. XCII. *voluptatem* ne quidem hominis, sed *pecoris bonum esse* dicit; eumque, cujus summum

mum bonum ſaporibus ac coloribus ac ſonis conſtet, non tantum non inter viros habendum eſſe, ſed ne inter homines quidem. *Excedat*, inquit, *ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac diis ſecundo, mutis aggregetur animal pabulo natum.*

322. *In Venere ſemper d. e. d.*] Idem conſiderat Quintil. Declam. xv. pag. 88. *Ex omnibus tamen quæ nobis patientibus extorquet affectus, hoc ſæviſſimum patimur, quod nemo vult in amore ſanari.*

323. *Invidia loquitur id, quod o. n. q. ſ.*] Noſter infr.
Iratus nil non criminis loquitur loco.
Zwing. pag. 270. citat:
Invidia loquitur non quod eſt, ſed quod ſubeſt.
& interpretatur: *in animo ſuo.*

324. *Invidiam ferre aut fortis a. f. p.*] Zwing. pag. 862. *Fortunati negligunt invidiam.* Iterum 269. *Vir fortis contemnit.*

325. *Invidia tacite ſed i. i.*] *Minute iraſcitur* legit Zwinger. 270. i. e. *diſſimulanter* inquit. & ſic etiam citat pag. 252.

326. *Invitat culpam qui d. p.*] Imo ejuſdem farinæ habendus etiam eſt. Liban. pag. 647. A: μετὰ γὰρ τοῦ κακῶς ποιοῦντος τὸν τὸ παρὸν κωλύειν οὐκ ἐθελήσαντα, θετέον. *Juxta enim exiſtimandi, & qui delinquit, & qui hunc in præſens noluerit inde prohibere.* Idemque pag. 556. ejuſdem vitioſitatis cenſet, parva neſcire præterire, magnis autem ſe non opponere peccatis. ἴσης, οἶμαι, κακίας, τό τε μὴ τὰ μικρὰ παρορᾶν εἰδέναι· τό τε ἐπὶ τοῖς μεγίστοις οὐ χαλεπαίνειν. Vide Zwing. pag. 1060. *Qui diſſimulat peccatum, invitat, ut iterum peccetur.* Vide me: *Sceleribus ferox.* &c.

327. *Invitum cum r. e. i.*] Hinc Nero, quum ab uxore Octavia, *fato quodam*, ut loquitur Tacitus lib. XIII. Ann. c. 12. *an quia prævalent illicita*, abhorreret, non immerito *metuebatur ne in ſtupra fæminarum illu-*

ſtrium prorumperet, *ſi illa libidine*, (amabat Acten libertam,) *prohiberetur.*

328. *Iratum breviter v. i. d.*] Zwing. 1042. *Ira ſtatim ſubſidit*, *odium diuturnum eſt*. Odit autem quiſquis eſt inimicus. *Ab hoc*, inquit, *diu cavendum eſt*, imo ſemper.

329. *Iratus cum ad ſe. r. ſ. t. i.*] Sic & Hor. lib. 1. Epiſt. 2. v. 60.

——— ——— ——— qui non moderabitur iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit & mens,
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.

Irato itaque *ſpatium* modo *dandum*, *quo diſpicere quid fecerit*, *poſſit. ſe ipſe caſtigabit; denique dabit pœnas*, ſunt verba Sen. III. de Ira cap. 25. Adeoque verum eſt quod dicit Ennodius pag. 346. *Liberior juſto iracundia plus quam alios laceſſit auctorem.* Appoſitiſſimus etiam noſtro eſt ille locus Appian. Alex. ubi ſcribit Senatum Romanum, tranſgreſſo Rubiconem Cæſare, tam inopinata impreſſione, territum, ſibi metuiſſe, utpote imparatum. Itaque, ut pergit auctor pag. 450. A. σὺν ἐκπλήξει μετενόουν οὐ δεξάμενοι τὰς Καίσαρος προκλήσεις, τότε νομίζοντες εἶναι δικαίας, ὅτε σφᾶς ὁ φόβος ἐς τὸ εὔβουλον ἀπὸ τοῦ φιλονείκου μετέφερε. *pœnitebat Senatum*, *conditionum Cæſaris*, *quas tum demum æquas cenſebant*, *non acceptarum*, *poſtquam timor a contentione eos ad recta conſilia traduxerat.* Cæterum qui hic dicitur *ſibi iraſci*, hunc ejuſdem iniquitatis judicat Cicero, atque is eſt, qui ſocium lædit. Eum vide in libb. de Officiis pag. 353. *Qui injuſte impetum in quempiam facit aut ira aut aliqua perturbatione incitatus*, *is quaſi violenter manus afferre videtur ſocio.* Et ſane in reliquis animi perturbationibus idem obtinere videas veluti in voluptate, de qua monet Epictetus apud Stob. pag. 137. μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὧν ἀπολαύσας μὲν τῆς ἡδονῆς, ἡττώμενος μὲν ἀπονοήσεις καὶ λοιδορήσεις σεαυτῷ, ἀπεχημένος δὲ χαίρεις.

καὶ

καὶ ἐπαινεῖς αὐτοὺς σεαυτόν. Nec immerito ut *extra se*, sive, ut supra dixit; *extra corpus suum* consideratur animus aliqua perturbatione commotus. Unum modo vide exercitum Annibalis voluptate in Campania debilitatum & enervatum: *velut si cum alio exercitu a Capua exiret Annibal, ita nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit.* ut testatur Livius lib. XXIII. pag. 234.

330. *Iratus etiam facinus c. p.*] Zwing. 251. interpretatur: *Ab ira dehortantem inimicum sibi credit esse.* Male. Melius explicat pag. 254 *Qui irascitur, etiam scelus putat judicio recteque fieri.* Egregium plane exemplum præbent apud Just. in lib. VIII. cap. 4. Thessali Bœotiique, ubi, *crudescente ira, Philippum regem Macedoniæ orant, ut professum adversus Phocenses ducem Græciæ exhibeat: tanto odio Phocensium ardentes, ut obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos præoptarent.* Eo nimirum usque sæpe procedente ira, ut nec divini nec humani quicquam juris præ ejus impotentia servetur; perinde ut in Philippo item Macedoniæ rege videmus, dum Cynosarges & Lyceum, & quicquid sancti amœnive circa urbem Athenas erat, ab eo incenditur. Historiam lege apud Livium lib. XXXI. pag. 375. Nobiscum facit etiam Augustin. tom. III. pag. 1069. B. *Nulli irascenti videtur ira sua injusta Unde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in ejus odium transit.* Et ceu eadem hæc verba ante oculos habuisset Prosp. Aquitan. ita plane concinit iis in Epigrammate XCVIII.

Nemo suæ mentis motus non æstimat æquos;
Quodque volunt homines se bene velle putant.
Unde animus celeri pace est revocandus ab ira;
Ne robur sævis tempora dent odiis.

331. *Iratus nil non c. l. l.*] Qualem audimus apud Homerum Achillem Agamemnoni convitia ingerentem his verbis:

 Οἰνο-

εἶναι, τὸ πιεῖν ἐξεῖναι ταῦτα κωλύειν. *Non enim sanæ mentis hominum esse puto, sive cum aliquem amicum esse putarint, sic ei fidere, ut etiamsi cœperit esse injurius, facultate sese tuendi seu vindicandi ipsi sese spolient: sive quem pro inimico habeant sic odisse rursus, ut si depositis odiis in gratiam redire velit, prohibeant, quo minus hæc facere liceat.* Ad hanc Mimi sententiam vid. Zwing. pag. 186. *Ita fidas amico, ne dissoluta amicitia possit nocere.* Nec hic admittit ullam exceptionem, sive amicus, sive cognatus, aut consanguineus quis fuerit, Dio Chrysost. p. 636. A. πάντας δεῖ τοὺς φίλους ἴσως φυλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδὲν μᾶλλον, ἢ ἂν φίλος, ἢ συνήθης, ἢ πρὸς αἵματος εἶναι δοκῇ. Documento sit Lustricus Bruttianus ille, quem nimia familiaritas cum Atticino sic deceperat, uti patet ex Plin. VI. epist. 22. qui idcirco bene ibidem addit hanc admonitionem; *plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas.* Nimiam illam persuasionem de fide eorum, quibuscum degas, rejiciendam quoque putat Plutarchus in lib. de ira cohib. pag. 463. maximeque iis, qui malorum odio aliquoties ab ira vincantur. addita ratione: αὕτη γὰρ αὔξει μάλιστα τῶν αἰτιῶν τὸν θυμὸν ὅταν ἢ χρηστὸς ὑποληφθεὶς ἀναφανῇ μοχθηρὸς, ἢ φιλεῖν δόξας, ἐν διαφορᾷ τινι καὶ μέμψει γένηται. *Non est enim alia causa, quæ vehementius animum inflammat, quam cum pro probo aliquis habitus, pravus esse deprehenditur, aut cum eo jurgium aut discordia incidit, qui amare videbatur.* Bene itaque paulo post ostendit & hoc in casu imitandum esse Anaxagoram, utque is, narrata filii morte, respondit: ᾔδειν ὅτι θνητὸν ἐγέννησα. *sciebam me genuisse mortalem:* ita, quoties pro amico quis habitus, inimicus deprehensus fuerit nobis, hoc identidem in ore habendum: ᾔδειν ὅτι ἀπαθῆ τὸν φίλον οὐκ ἐκτησάμην. *Sciebam me parasse amicum, cujus animus motibus esset obnoxius.* Huc referenda etiam est illa admonitio Jesu Sir. in cap. VI.

v. 1. *Imprimis pro eo quod amicus es, ne efficiaris inimicus &c.* Ubi plura de non facile credendo alicui. Denique eſt hic inſignis Arriani locus, ubi virum prudentem cauto viatori comparat, pag. 369. ad Epict. *Multa ſunt latrocinia*, inquit, *tyranni*, *tempeſtates*, *egeſtates*, *jactura cariſſimorum. Quo confugias? cui te adjunges? diviti illi aut conſulari? quem inde fructum capiam? ipſe exuitur, plorat, luget. Quid vero ſi comes ille meus in me converſus, latro meus fiat: quid faciam? amicus ero Cæſaris* &c. *nemo mihi injuriam faciet. Si vero delatione aliqua impulſus idem inimicus mihi factus fuerit, quo recedendum? non licet ergo invenire comitem fidelem?* Et ſic tandem concludere prudentem, ὅτι ἐὰν τῷ θεῷ προσκατατάξῃ ἑαυτὸν διελεύσεται ἀσφαλῶς, *ſi Deo ſe dederit, ſe iter tuto confecturum.*

335. *Iter eſt quacunque d. p. v.*] Hoc modo Ennodius in vita B. Antonii Monachi, loquens de monte dedicato ab eo, ante nemini conſcenſo: *Reſerata*, inquit, *itinera poſt ingreſſum ejus patuere cupientibus.* Inde eſt quod exemplum unum plurimum poſſit. Tac. lib. 1. Annal. pag. 39. *Templum ut in colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum, datumque in omnes provincias exemplum.* Ita Demoſthenes poſtulatus a Philippo; cum tradi nollet; at emori præoptaret, loquens exhibetur ab Libanio p. 402. B. *Si me tradideritis, Philippum docebitis alium poſt me expoſcere, itemque alterum poſt illum, & omnes deinceps ordinis mei.* Idem videas apud Joſephum accidere in urbe Hieroſolymis; ubi narrat tempore feſti quoſdem quaſi religionis ergo in urbem aſcendiſſe ſicis clam ſuccinctos ſub veſtibus; & permixto Jonathæ famulitio, peremiſſe hominem; cujus facinoris quum nemo ultor exiſteret, invitatos hac licentia ſicarios per ſingula feſta ventitaſſe poſtea, & tela celantes pari modo ſe turbæ immiſcuiſſe; & ita ad poſtremum totam

Judæam

Judæam refertam latronum receptaculis fuisse. lib. xx. Antiq. Jud. pag. 695. Huc spectat fabula apud Phædrum de serpente illo: *ne quis discat prodesse improbis*, docens. lib. IV. Fab. 75. Vide me *Vitia parva struunt viam* &c. Porro in bonam partem valebit idem dictum; velut in exercendo jure, qua occasione Plin. in Epist. lib. IV. epist. 29. scribens Licinium Nepotem prætorem multam dixisse etiam senatori: addit in fine: *dices non omnes pratores tam severi, falleris. Nam vel instituere vel reducere ejusmodi exemplum, non nisi severi: institutum reductumve exercere etiam levissimi possunt*; & sic in cæteris. Quo faciunt etiam verba Isocratis in Euagora prope fin, quibus laudat Nicoclem, ut qui solus & primus eorum, qui regia dignitate præditi opibus & deliciis circumfluunt, sapientiæ studium amplexus esset; addens ὅτι ἐμὲ λέληθεν, ὅτι πολλὰς τῶν βασιλέων ποιήσεις, ζηλώσαντας τὴν σὴν παίδευσιν, τούτων τῶν διατριβῶν ἐπιθυμεῖν, ἀφεμένους, ἐφ' οἷς νῦν λίαν χαίρουσι. *Nec illud obscurum etiam est, multos reges exemplo doctrina tua incitatos, & missis iis rebus, quibus nunc impense gaudent, istud studiorum & disciplina genus expetituros.*

336. *Jucunda est macula e. 1. s.*] Sic noster inf. 842.

Sine dolore est vulnus, quod ferendum in victoria.

337. *Jucundum nihil est n. q. r.*] Sic Plinius lib. III. epist. 19. deliberans, utrum prædia agris suis vicina atque etiam inserta, cum maxime venalia, emat; & tutius sibi videri, dicens, *incerta fortuna possessionum varietatibus experiri; habet etiam*, inquit, *multum jucunditatis soli cœlique mutatio ipsaque illa peregrinatio intersita.* Egregie etiam Cassiodorus lib. VII. epist. 36. *Nemo dubitat homines sua varietate recreari, quia in continuatione rerum magnum fastidium esse constat. Dulcedo mellis si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt.*

338. *Judex damnatur c. n. a.*] Sic & inf. 692.
Se damnat judex innocentem qui opprimit.
Urget hoc ipſum Demoſthenes in princ. orationis adverſus Ariſtogitona pag. 492. B. Ὡς εἰ μὴ τοῦτον ἕξετε τὸν τρόπον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συνήθους εὐηθείας εἰσεληλυθότες καθεδεῖσθε· φοβοῦμαι μὴ τὸ πρᾶγμα εἰς τοὐναντίον περιστῇ· καὶ δοκοῦντες ἡμεῖς Ἀριστογείτονος κατηγορεῖν, ὑμῶν κατηγοροῦντες φανῶμεν. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον ἡμῶν δειξάντων τὴν τούτου πονηρίαν μηδὲν ὑμεῖς φροντίσητε· τοσούτῳ μείζων ὁ καθ' ὑμῶν αἰσχύνη γενήσεται. *Quod ni ita eritis animati, ſed pro ſolita facilitate ingreſſi ſedebitis: vereor ne res in diverſum vertat: & nos dum Ariſtogitonem accuſamus, vos accuſare videamur. Quo enim evidentius oſtenſam a vobis iſtius improbitatem vos minus curaveritis, eo majus dedecus ſuſcipietis.* Non aliter Libanius pag. 541. B. *Si nunc reum hunc abſolveritis, eadem, qua ille, etiam ipſi feciſſe apud omnes confeſſi fueritis.* Hinc Philo Judæus in libello de judice pag. 976. vult, ut *illo, qui ad judicandum aſcendit tribunal, judicari ſe non minus quam judicare cogitet.* Ad noſtri ſententiam Zwing. pag. 1212. ait: *damnatur; iniquitatis ſcilicet.* At 1186. dicit: *cum abſolvitur nocens, tunc judex non innocens ſit oportet.* Ut autem vidimus ab Mimo noſtro juxta exiſtimari & qui nocentem abſolvit & qui innocentem opprimit; ſic etiam Diod. Siculus pag. 49. D. Ἐπίσης ἂν τις φαύλους διαλάβοι κριτὰς, τούς τε τὸν ἔνοχον τῷ φόνῳ σώζαντας, ἢ τοὺς μηδὲν ὅλως ἀδικήσαντας ἀναιροῦντας. *Non magis improbantur judices, qui cædis reum ſervant, quam qui inſontes e medio tollunt.* Egregie etiam in hanc ſententiam diſputat Arrianus in Epicteto ſuo; oſtendens ſine damno injuſte facere neminem poſſe; quin tum demum hominem lædi & male cum eo agi, quando perperam agit ſeu alios lædere ſtudet; ὥστε Σωκράτης, inquit, οὐκ ἔπραξε κακῶς; οὔ· ἀλλ' οἱ δικασταί. οὐδ' ἐν Ῥώμῃ Ἐλουΐδιος; οὔ· ἀλλ' ὁ ἀποκτείνας αὐτόν. *Ergo cum Socrate non male actum eſt? non, ſed cum judi-*

cibus & accusatoribus ejus. Neque Roma cum Helvidio? non, sed cum interfectore illius. locus est pag. 374.

339. *Jus omne supra omnem p. e. i.*] Zwing. pag. 1149. citat ceu Incerti:

Jus omnem supra injuriam positum scias.

Sic agit Isocrates; in ea de pace pag. 389. exponens quibus rebus in otium sese dare possent Athenienses: Οὐδὲν δὲ τούτων, inquit, οἷόν τ' ἐστὶ γενέσθαι πρότερον πρὶν ἂν πεισθῆτε· τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν, τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. *Quarum rerum nihil fieri poterit, priusquam persuaderi vobis patiamini, plus utilitatis & lucri esse in tranquillitate, quam in conatu supervacaneo multarum rerum, & justitiam præstare injuriæ, suarumque rerum curam appetitioni alienanarum.* & paulo post: nulli rei tantam inesse vim ad felicitatem consequendam dicit, quanta sit in virtute & ejus partibus; ὡς οὐτ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδὲν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν, ὅσηνπερ ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς. Denique quantum supra injuriam justitia sit posita; manifestum imprimis est ex eo quod habet Sen. in lib. de injur. cap. VII. in fine: *Præterea nihil injustum justitia pati potest; quia non coeunt contraria: injuria autem non potest fieri non injuste. Ergo sapienti injuria non potest fieri.*

340. *Læso doloris r. i. d.*] Cic. l. v. in Verr. pag. 208. *Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantum, exacta ætate, laboris itinerisque suscepit, non ut aliquid ex hujus bonis usurparet, sed ut quibus oculis cruentas cervices filii sui viderat, iisdem te condemnatum videret.* Zwing. pag. 1050. ait: *suum malum minus sentit quisquis potest ulcisci*, ut & pag. 103.

341. *Lapsus semel fit c. s. i. c.*] Ut enim errare quidem interdum, hominis est; ita in iisdem rebus sæpius errare, id non nisi in ratione destitutum prorsus

ſus cadere poteſt, quo pertinet locus Diod. Siculi 866. Ita & Libanius de muliere ab ipſo marito ad adulterium tentata, quæ non ſemel tantum verum etiam ſæpe deprehenſa fuiſſet a tentante; *tantam*, inquit *dementiam incontinentia adjecit, ut ne poſt primam quidem experientiam viri horrendum illud conſultum ſuboleret.* ejus verba vide pag. 778. B. Et merito dementia dici hæc culpa meretur, quia nec ipſas beſtias iiſdem laqueis inhærentes facile videas. Hinc eſt etiam, quod adeo Romanis illuderent Judæi, de quibus Egeſipp. pag. 489. *Sicut moris eſt*, inquit, *inſultantibus clypeis concrepabant illudentes Romanis, quod eos jam ſecundo inſidiis circumveniſſent.* Cæterum etiam in diſciplina militari apud Romanos hoc obtinuiſſe, *ut primum alterumque delictum dux venia proſequeretur*, patet ex Tacito in deſcriptione ſeveritatis Corbulonis adverſus ignaviam ſuorum militum adhibitæ in lib. XIII. Ann. cap. 35. *Nec enim*, ſunt verba Taciti, *ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia proſequebatur, ſed qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat. Idque uſu ſalubre, & miſericordia melius apparuit.*

342. *Laſcivia & laus n. h. c.*] Non aliter inf.

Solet ſequi laus cum viam fecit labor.

Omnia enim in rerum natura egregia, deſiderant curas, labores, vigilias, non voluptatem. Quod innuit Labanius pag. 17. quum quærit: *Quid autem eſt ſplendidum? quid omnino rerum meliorum, quod cum malis non communicatur?* Et pag. 20. C. de Demoſthene oratore: *Hic igitur*, inquit, *non conviviis & compotationibus intendens animum* &c. *ad tantam gloriam pervenit. Unde igitur?* &c. *omnia quidem ut ſimul dicam, de laborum aſſiduitate.* Audiendus omnino hic Cato, prout loquitur apud Sall. pag. 42. *Non votis, neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo,*

bene

bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordia tete atque ignaviæ tradideris: nequicquam Deos implores. Otium itaque & desidiam uti tollant, recte suadet Isocrates, quibus gloria nominisque celebritas curæ, utpote quibus vel ingentia certamina sint suscipienda. Αἱ γὰρ ἐπιφάνειαι καὶ λαμπρότητες οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀγώνων γίνεσθαι φιλοῦσιν. ut loquitur pag. 327. quo etiam nos ducunt verba Sidonii Apollinaris lib. II. epist. 13. quibus censet: *Pariter ire non posse negotium principis & otium senatoris.* Et facile hinc colligere est causam, cur tam pauci hanc ipsam & unicam veræ laudis affectent viam, si intelligamus eam nequaquam consistere in voluptatibus & otiis; imprimis quum hujusce considerationis dux nobis & auctor sit Cic. agens de paucitate eorum, qui sese in eloquentiæ studio exerceant. sic enim ille in or. pro M. Cœlio pag. 501. *An vos aliam esse causam ullam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? omittendæ sunt omnes voluptates; relinquenda studia delectationis, judices, ludus, jocus, convivium, sermo est pœne familiarium deserendus.*

343. *Late lucere ignis ut n. u. p.*] Putavi aliquando intelligendum de iis qui fugere volebant, ubi nihil sentirent, aut viderent malorum. Sed male. Nam accommodandum est Taciti illi: in orat. Petilii Cerialis pag. 504. *Laudatorum principum usus ex æquo, quamvis procul agentibus. Sævi proximis ingruunt.* Qui sensus vehementer confirmatur verbis Cassiodori; dum, ceu tacita Publiani versus hujus admiratione, eadem veste hanc sententiam exornat: sic enim ille lib. VIII. epist. 10. *Per omnes est nimirum splendor refusus, quem præsens potest habere patritius. Quoniam illa est natura purissimi luminis, quæ relucet & proximis.* Adde: *Procul a Jove &c.* Idem præterea dici potest de tyranno, cujus absen-

absentis munera auferre possimus. Ut patet ex iis quæ de civitate Leptitanorum scribit Sallustius pag. 116. *Ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum. Legum cultusque pleraque Sidonica: quæ eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis agebant.* Cujusce rei rationem apud eundem egregie exponit Sulla in oratione ad Bocchum regem: *Tibi vero nulla opportunior amicitia nostra: primum quod procul absumus: in quo offensæ minimum, gratia par, ac si prope adessemus.* Hinc transfertur ad alia. Plautus in Most. III. I. 80.

Non adepol nunc me tu istis verbis territas,
Calidum est hoc, etsi procul abest, urit male.

Imprimis autem ad amores: quo pertinet egregius locus Isidori Pelus. ex lib. V. Cyrop. Xenophontis expressus de Araspa Pantheæ custode. Isidori verba sunt lib. III. epist. 66. τὸ μὲν γὰρ πῦρ, φησι, ἰσχὺς ὄντας κατακαίει· τὸ δὲ κάλλος καὶ τοὺς πόῤῥω ἑστῶτας. *Ignis enim quidem, inquit* Araspas, *illos, qui prope sunt, urit. Pulcritudo autem etiam procul stantes.* Hinc preces Philostrati ad delicias suas; ne urat se, sed salutem potius sibi reddat; & misericordiæ aram in animo constitutam habeat. Agnoscit enim: pulcrum, siquidem sit ferocior, ignem esse: si vero mansuetus, lumen. Verba ejus pag. 911. A. hæc sunt: Ὁ καλὸς, ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐστιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς· μὴ κάε οὖν, ἀλλὰ σῶζε· καὶ τὸν ἐλέου βωμὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχε.

344. *Laus nova nisi oritur e. v. a.*] Hunc versum Zwing. pag. 1023. citat hoc modo:

Laus ubi nova oritur, etiam vetus admittitur.

& interpretatur: *si iterum recte facies, efficies, ut superiori famæ credant homines.* Vide eum etiam pagg. 644. & 651. ubi eodem modo. Rem ipsam vero expressit Aristides tom. I. pag. 641. ὅτι καὶ τῆς ὑπαρχούσης (δόξης) δέος εἴη ἀφαιρεθῆναι τι διὰ τὴν πολλὴν ἡσυχίαν. *Periculum erat, ne parta quoque gloria propter otium longum privarer.*

rer & Polyb. Legat. xxv. p. 823. C. πιγαρεῖν σεμνότατον τὸ ὑστέρων ἔργων ἡ τῶν ἑλλήνων ἐλευθέρωσις. τούτῳ νῦν ἐὰν μὲν προσθῆτε τ' ἀκόλουθον πλειωθήσεται τὰ τῆς ὑμετέρας δόξης· ἐὰν δὲ παρίδητε, καὶ τὸ πρὶν ἐλαττωθήσεται φανερῶς. Multa etiam quæ huc spectant, habet Isidorus Pelus. in Epist. Sic lib. ii. epist. 300. ἡ γὰρ ῥαθυμία, inquit, τοὺς προγεγενημένους πόνους, κἂν λαμπροὶ εἶεν, σβέσει. Quæ tantum non ad verbum vertas licet ex Silio lib. iiii. v. 746.

Ire jubet, prior exstingui labique videtur
Gloria, post Alpes si stetur montibus ullis.

Adde eundem Isidorum lib. ii. ep. 49. & ep. 170. Sic plane etiam Brutus Ciceronem adhortans ne defatigetur aut diffidat post egregia jam perpetrata facinora; *Idem Cicero*, inquit, *si flexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed & præterita evanescere coget.* In Epist. pag. 439. in fin. Quod ipsum cuidam evenisse scribens Isidorus in lib. iii. ep. 146; ut nempe eam admirationem, quam ipsi priores actiones pepererant, posterioribus obscuraret; dicit illum ἀεὶ πρὸς τὸ ὑπάρχον αὐτῷ κλέος ἀνταγωνίζεσθαι. Parta itaque jam gloria requiret semper novum quid ac recens. Cujusce rei egregia est admonitio Plutarchi, non oportere negligi gloriam, ceu coronam Athleticam in senectute arescentem &c. ejus verba sunt pag. 786. E. μὴ περιορᾶν, ὥσπερ ἀθλητικὸν στέφανον ἐν γήρᾳ ξηρὸν γινόμενον, τὴν δόξαν, ἀλλὰ καινόν ἀεί τι καὶ πρόσφατον ἐπιφέροντα, τὴν τῶν παλαιῶν χάριν ἐγείρειν, καὶ ποιεῖν ἀμείνω καὶ μόνιμον. Ita nimirum ut novis illis ac recentibus veterum facinorum gratia excitetur, augeatur, stabiliatur, unde etiam in pag. 76. illud:

Εἰ γὰρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
Καὶ θάμα τοῦτ' ἔρδοις. ——
Nam si vel parvum pergas super addere parvo,
Idque frequenter agas, magnum cito habebis acervum.

non

non de pecunia duntaxat augenda verum esse dicit; sed ad omnia pertinere; & maxime quidem ad virtutis incrementum. Et ita Ulyssem suum loquentem facit Dio Chrys. pag. 575. B. *Semper se novum aliquod discrimen aggredi, ne celebre ob priora gesta nomen disperdat.* Tuto igitur cum Nazianz. in vitio ponimus, eodem statu hærere, nec in virtute proficere, nec ex veteribus proinde novos effici; ut loquitur tom. 1. pag. 109. C. quo faciunt & ejusdem adhortationes in tom. 11. ut pag. 56.

——— ——— ὃ δ' ἔλπεο, ὃ δ' ἐπίβαινε
Βάθμοις ἐν πλεόνεσσιν, ἀεὶ τὸ πρόσθε δεδορκὼς,
Καὶ στάσις ἐστὶ κάκιστον. ———

——— ——— *quadam speres; ad cætera magno*
Tende gradu, semper scandens spectansque priora:
Stare loco, mala res. ———

Monstrat nimirum veluti digito exemplum Apostoli, ita scribentis de se: Τὰ μὲν ὀπίσω λανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος &c. quem locum egregie etiam adhibet Isid. Pelusiot. l. v. epist. 364. Et pag. 106. idem Nazianz.

Ἵστασο μὴ ποθ' ὁδοῖο καλῶν, κακὸν ἐς βυθὸν ἕρπειν
Σοὶ στάσις, ὅστις ἔβης ἔκτοθι τῆς κακίης.
In recto ne fige gradum. qui crimine licto
Insistit, vitii rursus ad ima redit.

De talibus loquitur Comicus in Trinum. a. 11. s. 2. v. 40. *Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bona.* Cæterum quum id fere videas, ut illi, qui res egregias & supra virtutem cæterorum gesserunt, ob id ipsum desides facti se ipsos negligant; quid mirum, si rursus impares adversariis suis, & pejores fiant? tales describuntur apud Xenoph. Athenienses p. 769. D: Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἔφη, ὁ Σωκράτης, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς διὰ τὸ πολὺ ὑπερενεγκεῖν καὶ κρατιστεῦσαι, καταῤῥαθυμήσαντες ὑστερίζουσι τῶν ἀντιπάλων, οὕτω καὶ Ἀθηναίους πολὺ διενεγκόντας ἀμελῆσαι ἑαυτῶν καὶ διὰ τοῦτο χείρους γεγονέναι. Adeo ut hinc confir-

confirmetur dictum Cyri apud eundem pag. 198. B. οὐ γὰρ τοι τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι τοῦτο ἀρκεῖ, ὥστε καὶ διατελεῖν ὄντας ἀγαθοὺς, ἢν μή τις αὐτοῦ διὰ τέλους ἐπιμελῆται. *Non enim viros fortes fuisse sufficit ad hoc, ut fortes permaneant, nisi quis perpetuo diligentiam, ut talis sit, adhibeat.* Idcirco Marius apud Sall. in B. J. sibi, qui omnem ætatem in optimis artibus egerit, *bene facere jam ex consuetudine in naturam vertisse* gloriatur. Talis item depingitur ille Cassiodori verbis, ad quem scribit lib. VIII. epist. 21. *Quod etsi transacta taceantur, nova probaris suggerere, quæ dicantur, qui cum ætate crescis semper & meritis. Cursus annorum laudis tibi procurat augmentum.* &c. De Atheniensibus loquens Aristid. tom. I. p. 219. C. egregie hinc etiam eorum felices progressus exaggerat: dicens, tantum profecisse hanc civitatem, *ut priusquam primæ res debita exciperentur admiratione, secundas mox adjecerit.* In quibus tamen consideratione dignum omnino est; *quantum periculum conservandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit*, ut loquitur Apulejus pag. 223. Nimirum ita ut ipsa ante parta existimatio, & hinc nata benigna hominum præsumptio nihil quidquam negligenter te agere sinat; &, ut scribit Cassiod. l. IX. epist. 8. *quodammodo jam debitum sit illi velle præstare, apud quem scis te fuisse laudabilem.* Pulcrum est illud Catonis apud Plut. pag. 199. in Apophth. debere honestas actiones confirmari honestis actionibus ne gloria destituantur, seu excidant. Τὰς καλὰς πράξεις δεῖν καταλαμβάνειν πράξεσι καλαῖς, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀποῤῥέωσι.

345. *Legem nocens v. f. i.*] Zwing. pag. 1280. intelligit: *quia nonnunquam opprimit innocentem.* Nam ita fit, ut queritur ille apud Senecam in Agam. v. 279.

Quid honesta prodest vita flagitio carens?
Ubi dominus odit; fit nocens, non quæritur.

Quod probat exemplo suo Sisenes, suspicionem initi

ſceleſti conſilii præbens, quo videbatur epiſtolam quandam ad Alexandrum deferendam ſuppreſſiſſe, quamvis *innoxius*, tamen *haud dubie juſſu regis occiſus.* Vide Curt. lib. III. pag. 21. Hac in conditione etiam Tripolitani apud Ammian. lib. XXVIII. pag. 458. *formidabant extrema*, quorum etiam ærumnas *Juſtitia quoque ipſa deflevit*, ut loquitur auctor. Hinc Symmachus lib. III. epiſt. 45. *Erat* in litteris tuis *fiducia conſcientiæ bonæ*, *ſed cum laude juſtitiæ publicæ. Nam & principibus maximis gratias*, *ut abſolutus*, *egiſti*, *& de ſola fortuna*, *ut innocens*, *conqueſtus es.* Idem IV. 53. & IX. 1. Benedictum amicum ſuum *nulli obnoxium crimini*, *Fortunæ iniquitate* loco depulſum, & honore ac gradu privatum eſſe ſcribit. Huc reſpicit etiam, quum lib. VI. ep. 22. dicit: *infortunatis etiam crimen acceſſiſſe.* & IX. 28. *Quæſo ne diu infortunato potius*, *quam innocenti patiaris illudi.*

346. *Legem ſolet. o. i.*] De *judice* hic verſus intelligitur; ſequens:

Lex videt iratum, *iratus legem non videt.*

de *reo*. Quam ſit iniquum & fœdum, inter jura publica privatis odiis licentiam dare dicat Caſſiod. lib. IV. ep. 10. *Iniquum nimis eſt*, *quod delectat iratum. Furentes juſta non ſentiunt*, *quia dum commoti animo in vindictam ſæviunt*, *rerum temperantiam non requirunt.*

347. *Levis eſt. f. c. r. q. d.*] Ergo ne credas conſtantem. Quo nomine C. Sempronius reprehenditur apud Livium qui, grave bellum moventibus Volſcis, *tanquam conſtantiſſima re*, *fortuna fretus*, *quod victoris populi exercitum adverſus victos duxiſſet*, *omnia temere ac negligenter egit*, ut loquitur auctor lib. IV pag. 78. Adde Sen. ad Helv. cap. V. *Nunquam ego Fortunæ credidi*, *etiamſi videretur pacem agere: omnia illa quæ in me indulgentiſſime conferebat*, *pecuniam*, *honores*, *gloriam*, *eo loco poſui*, *unde poſſet ea ſine motu meo repetere.*

348. *Lex*

348. *Lex videt i. i. l. n. v.*] De *reo* intellige, ut dictum. Hinc etiam *prudentior judex est in deprehendenda scelere, quam reus in amittendo; quod alter tantum pro se cogitat, alter pro parte utraque.* sunt verba Quintil. decl. p. 5. Et in ea pro filio contra patrem pag. 94. ubi de repetita abdicatione: *Sane tamen feramus, ut prima abdicatione non egesseris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia quarendi, multa paterna pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio?* Et mox: *Quid post ista novi pater objici potest? Inter leges, inter jura consenui, non habeo in moribus meis, quod non judices melius sciant. Emolumenta enim*, ut loquitur Cic. lib. III. Off. pag. 392. *rerum fallacibus judiciis vident: pœnam, non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, qua acerbissima est, non vident.* Talis plane conspicitur apud Tacitum Nero, XIV. Ann. pag. 258. quum enim, quæ hac non successerat, alia aggrederetur via cædem matris suæ, & Anicetus rem iterum susciperet, posceretque summam sceleris; *ad illam vocem Nero, illo sibi die dari imperium, auctorem tanti muneris libertum profitetur.* Sed & suam de hisce sententiam hic prodat Persius; Ille enim Sat. III. v. 33. non odio, quo debeat, sed ceu misericordia erga tales homines commotus, agit; his verbis:

Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum
Pingue: caret culpa: nescit quid perdat, & alto
Demersus, summa rursus non bullit in unda.

349. *Lex universi e. q. j. n. e. m.*] Zwing. p. 418. *Necessitas moriendi & nascendi neminem non complectitur.* Manilius:

Nascentes morimur finisque ab origine pendet.

350. *Libido cunctos etiam sub vultu domat*] Bene *sub vultu.* Siquidem etiam ii domantur a libidine, qui aliud tamen præ se ferunt, sc. gravitatem & frontem severam. Sic *sub vultu odia habere* intelligendum. Rem ipsam significat etiam Cicero, de ludis agens; ut No-

ſter de libidine, pro Muræna pag. 344. *Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui diſſimulant, non ſolum eos, qui fatentur.*

352. *Licentiam des l. c. v. p.*] Duo tempora loquendi monſtrat Iſocrates; aut cum manifeſte tibi cognita, aut cum neceſſaria dicturus es. Ad Dem. pag. 23. Δύω τοῖς καιροῖς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾷν, ἢ λέγειν. Hinc eam lingua poſtulat licentiam; quæ etiam pauperis & cæteroquin contempti hominis propria eſt. Quintil. in Decl. p. 52. *Nam & paupertatis eſt proprium exercere libertatem, & cum contemptus fama vitiatur, potiores ambitioſe offendere.* Nec dubitat idcirco dicere, quæ abſque mendacio dicturus ſit, Iſidorus lib. II. ep. 141. in pr. *Pro veritate ſeſe in certamen deſcendere* præfatus: Εἰ θέμις εἰπεῖν, θέμις δὲ ἀψευδεῖν ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζόμενον &c. Cæterum ab altera parte *bonus princeps ille eſt, cui licet pro juſtitia loqui: & contra tyrannicæ feritatis indicium, audire nolle conſtituta veterum ſanctionum*, ut ſunt verba Caſſiodori lib. II. ep. 13.

353. *Locis remotis qui l. l. e. ſ.*] Imo *vel fera, vel Deus*, ut Ariſtoteles jam olim pronunciabat: ejus verba ſunt II. Polit. Ὁ μὴ δυνάμενος κοινωνεῖν, ἢ μηθὲν δεόμενος δι' αὐτάρκειαν οὐθὲν μέρος πόλεως· ὥστε ἢ θηρίον, ἢ θεός. Quem locum eleganter in jambicis ſuis expreſſit Muſa clariſſimi Baudii p. 190.

Hoc more ſi quis acquieſcat, ut ſibi
Rivalis uni vivat, hic erit mihi
Vel homine major, vel minor bruto pecu.

Præterquam enim, quod fatui homines ſibi ſolitudinem fere eligant, ibique abſurdis delectentur cogitationibus, fingendo ſibi tyrannides & divitias & alia quædam admiranda, de quibus Dio Chryſ. pag. 266. B. imprimis etiam vel peſſimis perditiſſimiſque moribus ibidem locus eſt. Et *omnia nobis ſolitudo mala perſua-*

ſuadet, ut eſt apud Senec. epiſt. xxv. Verumque probatur ex eo quod de Tiberio produnt ſcriptores; quem ſcribit Tacitus in princ. Ann. eo tempore quo Rhodi fuerit *aliud nihil*, *quam ſimulationem & ſecretas libidines meditatum fuiſſe*. Qui ejuſdem poſtea in principatu abceſſum ab urbe Roma referens iv. Ann. ejus rei cauſam, aliis alio trahentibus, *ad ipſum referri verius eſſe* putat, *ſævitiam ac libidinem cum factis promeret, locis occultantem.* Concinente Suetonio c. xlii. *Cæterum ſecreti licentiam nactus, & quaſi civitatis oculis remotus, cuncta ſimul vitia, male diu diſſimulata, tandem profudit.* Dictis inſervit locus Demoſthenis, ſane quam opportuniſſimus, quo jungit παροινοῦντας καὶ μονουμένους, & quærit quænam improbitatis inſignis ſpecimina prætermittere putandi ſint; *qui ebrioſorum more laſcivi*, *ſolique degunt.* Hinc ſolitudines ceu latronum receptacula fere infames ſunt. ut merito quærat Cic. de Legib. pag. 327. *Quid faciet is homo in tenebris, qui nil timet niſi teſtem vel judicem? quid in deſerto loco nactus, quem multo auro ſpoliare poſſit, imbecillum atque ſolum?* quare etiam egregie in princ. orat. pro Cæc. nequaquam *tantum in foro atque judiciis impudentiam valere*, gaudet, *quantum in agro locisque deſertis audacia poſſit.* At contrarium dolet Clitophon ille apud Achill. Tat. l. viii. pag. 186. a Therſandro vapulans in ipſo Dianæ templo: Ταῦτα ἐν ἐρημίαις μόναις γίνεται, ὅπου μηδ' εἷς μάρτυς μηδ' ἄνθρωπός τις. Σὺ δὲ αὐτῶν ἐν ὄψει τυραννεῖς θεῶν. &c. *Deſertis tantum in locis, ubi nulli adſint teſtes, facinora hujuſmodi committi ſolent; tu vero coram Diis ipſis regiam exerces poteſtatem.* Referri huc poteſt etiam illud Ovid.

Quæritur, Ægiſthus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt; deſidioſus erat.

Et hoc eſt, quod obſervat etiam in ſacra hiſtoria Matthæi cap. iv. Joh. Chryſt. non tam in urbe forove Diabolo occaſionem tentationis dari, quam

quidem in locis desertis. Τότε γὰρ μάλιστα, inquit, ἐπιτίθεται διάβολος, ὅταν ἴδῃ μεμονωμένους καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντας. Quare idem in Epist. pag. 1734. recte concludit: Si quis intus & sub procuratore vivens malus fuerit, eum extra multo pejorem futurum: Ἐννόει δὲ, inquit, ὅτι καὶ ἔξω ὢν, φαυλότερος ἔσται, ὁ ἔνδον, φαῦλος γενόμενος. Εἰ γὰρ ἔνδον ὢν καὶ ἔχων τὸν φροντίζοντα οὐκ ἴσχυσε διατηρῆσαι τὴν ἀρετὴν, πόσῳ μᾶλλον ἔξω ὤν. Et vicissim licet nulla cæteroquin malæ indolis indicia adsint; tamen, quod conspectum hominum effugiat, id ipsum satis argumenti est. secundum Cassiod. l. VIII. ep. 31. *Mortalium voluntas plerumque detestabilis est, quæ conspectum hominum probatur effugere. Nec potest de illo aliquid veraciter credi, cujus vitæ testis non potest inveniri.* Hanc suspicionis ansam hominibus eripiebat Drusus, quum diverso plane a patre instituto; in urbe & conspectu omnium degeret. prout laudatur apud Tacit. III. Ann. p. 95. *Ab eo, in urbe inter cœtus & sermones hominum obversante, secreta patris mitigari.* Vid. locos: *Solitudo.* Eleganter autem quispiam *lex esse sibi* dicitur ab Mimo; quum etiam Cato solitus fuerit dicere: unumquemque maxime debere se ipsum revereri, neminem enim unquam absque seipso esse. de quo Plutarch. pag. 198. E. in Apophth. Μάλιστα ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὑτὸν αἰδεῖσθαι. μηδένα γὰρ μηδέποτε χωρὶς ἑαυτοῦ εἶναι. Hac nimirum conditione etiam Seneca cuidam, solitudinem eligenti, scribit epist. x. *Sic est: Non muto sententiam. fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum velim: & vide quo judicium meum abeat. Audeo te tibi credere.* Et: *Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat.* Quibus adjungas illa, quæ habet in epist. modo laudata XXV. *Sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias, quæcunque facies, tanquam spectet aliquis.* Quo genere adhortationis & judices officii sui commonefacit Demosthenes in ea

adver-

adversus Aristog. pag. 492. quum dicit: τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν δίκην παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾷν. *Inexorabilem ac venerandam Justitiam solio Jovis assidentem omnia facta hominum intueri.*

354. *Loco ignominiæ est a. i. d.*] Zwing. pag. 657. ait: *Honor commissus indigno, non honestat eum, sed magis dedecorat.* Et sic rursus pag. 662. Sic contra, vile munus digno datum auget magistratum illum. Egregius est locus Sallustii in B. J. pag. 53. ubi dicit quosdam homines *per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia & honores niti. Proinde quasi pratura & consulatus, atque alia hujuscemodi per se ipsa clara & magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est.* Vid. quæ notavi ad hunc locum. itemque quæ ad titul. *Magistratus indigno* &c.

355. *Longinquum est omne q. c. f.*] Supra v. 182. dixit:

Est cupiditati & ipsa tarda celeritas.

356. *Lucrum sine d. a. f. n. p.*] Idem dicit Seneca II. de Ira cap. 8. *Nulli nisi ex alterius damno quæstus est.* Quod ipsum quodammodo explicat, in epist. XXXII. *Optaverunt tibi alia parentes tui; sed ego tibi contra, omnium eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. Quicquid ad te transferunt, alicui detrahendum est.* Et hisce opibus opponit illas, quas philosopho tribuit in lib. de Vita B. cap. 23. *Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detractas: nec alieno sanguine cruentas, sine cujusquam injuria partas, sine sordidis quæstibus.* Et mox: *In quantum vis exaggera illas: honestæ sunt; in quibus cum multa sint, quæ quisque sua dici velit, nihil est quod quisquam suum possit dicere.* Intelligit itaque tale lucrum, quod Liban. pag. 120. B. vocat: Ταῖς ἑτέρων βλάβαις τὰ αὑτοῦ μείζω ποιεῖν. Et quale improbant Mosis leges apud Joseph.

pag. 127. F. queis voluerit inventum aurum vel argentum reddi; τὴν ἐκ τοῦ ἑτέρου ζημίας ὠφέλειαν οὐκ ἀγαθὴν ὑπολαμβάνων. Ratio vel ex eo patet, quod *raro soleat emergere*, juxta Cassiod. III. ep. 50. *ut in una mercatione utrique videantur desiderata compendia percepisse.* Quare idem IX. epist. 3. loquens de auro effodiendo, *honesta* ea agnoscit *lucra*, *per quæ nemo læditur*; addens: *& bene acquiritur, quod a nullis adhuc dominis abrogatur.*

357. *Luxuriæ desunt multa, a. o.*] Optime Zwing. p. 1011. *Illi multis est opus, quia multum absumit. Huic nihil est satis, cum sit insatiabilis.* Utrumque probe expendit etiam Asterius p. 6. τρυφὴ γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο μὴ πολλαῖς αὐξηθεῖσα ταῖς ὕλαις, ὕλας δὲ πλούτου σωρεῦσαι ἀναμαρτήτως ἀμήχανον. *Deliciari enim absque magnis facultatibus haud possis: ut nec divitias accumulare citra peccatum.* Eleganter quoque Seneca in Excerpt. §. 12. *Multum habet. utrum avarus, an prodigus est? si avarus, non habet; si prodigus, non habebit.*

358. *Mage fidus heres n. q. f.*] Versus in usu credo, quum suadebitur alicui verum. Nam adoptare licebat alios, etsi proprios habebant. Idem vult Nazianz. tom. II. pag. 150.

Καὶ γεγάπῶν παίδων πολὺ φέρτεροι, οὓς ἐφύτευσα,
Καίπερ ἀρειοτέρων, οἵ γε χερειότεροι.

Et natis mihi adoptatis melioribus illi,
Quos genui imbelles, sunt magis in pretio.

Bene igitur Zwing. pag. 1398. *Insaniunt*, inquit, *qui neglectis iis, quos natura fecit hæredes, alios quærent, illorum decepti blanditiis.* & repetit pag. 556. Hinc est quod supra dixit vers. 254.

Heredem ferre honestius est, quam quærere.

At contra si legem Solonis consulas, qua Atheniensibus, sicui legitimi liberi non essent, copiam fecit instituendi quem libitum esset hæredem; bene animadvertit

vertit Demosthenes; illum legislatorem hoc fecisse, *non ut genere proximos jure propinquitatis fraudaret: sed ut utilitate in medium proposita efficeret, ut homines inter se certarent beneficiis.* pag. 374. C. Ita etiam Hieronymus tom. II. pag. 51. *Hæredes meliores & certiores amici sunt & propinqui, quos judicio deligas, quam quos velis nolis habere cogaris.* Vid. apud me: *Adoptio optimum invenit.*

352. *Mage valet qui n. c. q. v.*] Capi potest de populo, qui nunquam in bello succubuit, eum altius spirare. At qui succubuit plane idem patitur, quod Demosthenes de se queritur apud Liban. pag. 453. D. *Si non injuriis*, inquit, *deditus pœnas luo, sed infortunio mactatus sum, qui audenti animo esse oportet? & fortuna me expellente cum numine litigare?* Εἰ δ' ἠτύχησα, πῶς δεῖ θαρσοῦντα εἶναι, καὶ τύχης ἐξαγούσης με, φιλονεικεῖν τῷ δαίμονι; quare etiam paulo post; se, ait, malorum suorum recordatione quasi fræno quodam stricte cohibitum silere. Καὶ ἀκριβῶς, inquit, ταῖς μνήμαις τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν ἐγκεχαλινωμένος σιωπῶ· Hinc Annibal ad Scipionem apud Livium pag. 362. *Tuam & adolescentiam & perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis opus est consiliis, metuo. Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Non aliter Alexandrini Alexandrum regem sibi a Sylla datum peremerunt, tanta nimirum usi audacia, præ ignorantia externarum calamitatum; narrante Appiano pag. 414. Οὕτως, inquit, ἔτι καὶ οἵδε διὰ τὸ μέγεθος ἀρχῆς ἰδίας, καὶ τῶν ἔξωθεν κακῶν ἔτι ὄντες ἀπαθεῖς, ἀφόβως εἶχον ἑτέρων. Et bene cum Isocrate hos assimilamus iis, qui jam ante navigationem experti, quam primum cum tempestate conflictati fuerint, postmodum non amplius sustinent ingredi mare, quantumvis probe gnari, sæpe felicem evenire posse navigationem. Ejus verba hæc sunt pag. 993. Παραπλήσιον ἐμοί γε δοκεῖ πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων

ποιν, οἳ πρῶτον ὅταν χρήσωνται χειμῶσιν, οὐκ ἔτι θαῤῥοῦντες εἰσβαίνουσιν εἰς τὴν θάλασσαν· καί περ εἰδότες, ὅτι καὶ καλῶς πολλάκις ἐπιτυχεῖν ἐστιν. Hinc illud apud nos: *Gebrant kint vrucht het vier.*

360. *Magnam Fortunam m. e. a. d.*] Demosth. pag. 71. A. Ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. *Qualia enim sint hominum studia, talem etiam animum gerant necesse est.* Idem pag. 394. de Iphicrate etiam testatur, tantum eum sibi tribuisse, quantum virum, laude & honoribus ornatum, sibi tribuere deceat. Φρονῶν ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον, ἡλίκον εἰκὸς ἄνδρα καὶ δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκότα. adde Plauti illud in Stich. Act. II. sc. I.

Secundas fortunas decent superbiæ.

Potes etiam interpretari, ut nolimus victoriam sævire in victos; ut nec reges in subjectos, magistratus in plebem, & sic porro. Huc spectat, quod dicit Themist. regi inesse debere animi magnitudinem, sed magnum illum animum debere etiam esse facilem, ut rationi sit obtemperans. Ejus verba sunt pag. 85. ed. in 4to: ὅτι δεῖ μὲν καὶ θυμοῦ μέγεθος συμπαρέχειν τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ μέγαν ὄντα τὸν θυμὸν εὐήκοον εἶναι προσήκει, ὥστε εὐμετάπειστον εἶναι τῷ λόγῳ. Symmachus lib. IV. ep. 61. *Scis pro tua sapientia, magnæ urbis magistratibus angustos animos non convenire. Hoc etiam Tullius tuus præcipit, luxum in privatis negotiis arguens, in publicis magnificentiam probans.* concinente Cassiodoro lib. VI. ep. 3. *Tribunal tuum ideo tam excelsum factum esse noveris, ut locatus ibi nihil humile abjectumque cogitares.* Plane ac si mentem defixam haberet in illa apud Curtium historia, ubi Cœnus ille causam exercitus agens, & solus Alexandri tribunal propius accedere ausus, de magnitudine rerum, quas rex in animo haberet, loquens, eumque id agere, ut plura quam sol videat, victoria lustaret, tandem addit: *digna prorsus cogitatio animo tuo, sed*

sed altior nostra. lib. IX. pag. 339. Quare non regibus tantum; sed & philosophis, seu iis, qui vere recteque de Diis statuerent, licere magnifice de se sentire; ad eundem regem verba sunt Aristotelis, quæ habet Plutarchus in lib. Περὶ τ̃ ἑαυτὸν ἐπαιν. pag. 545. Οὕτω ᾗ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ὁ Ἀριστοτέλης, ἐ μόνον ἔφη τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσιν. Hinc ut plurimum ipsa fortuna hominum, veluti honores, res prospere gestæ, nobilitas, alia, pares ipsis hominum animos, efficiunt. Quod nequaquam ignorant Tribuni plebis illi apud Livium l. IV. p. 78. dicentes: *magnos animos, magnis honoribus fieri.* Et eodem lib. p. 82. Appius Claudius de Tribunis plebis, hominibus novis loquens; *pro fortuna illis animos esse* dicit. Quare etiam Cicero in ea pro Sylla pag. 375. nimiam a se removens animi elationem; *Res enim gestæ*, inquit, *credo, meæ me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerant.* Ut & merito reprehenduntur illi, *qui genus ac fortunam suam animis non æquant*, ut loquitur Livius in lib. XXXV. pag. 433. Itaque quoniam in utramque partem peccari hic posse patet, opportunum erit illud Horatii Lib. 3. od. XXVII. v. 74. *Bene ferre magnam disce fortunam.* Vid. Piccard. Observ. Lib. II. cap. 2.

362. *Magnum crimen s. a. i.*] Qualis illa, quam describit Claud. I. Ruf. v. 258.

——— ——— dejecerat omnes
Occultis odiis terror, tacitique sepultos
Suspirant gemitus, indignarique verentur.

Huc spectat & ille versus, supra v. 135.

Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.

Indignamur autem etiam, cum malis bene est, cum superbiunt; sed illam indignationem Plutarchus inter eos affectuum fœtus ponit, qui rationi præsto sunt, eique ad virtutem enitenti opem ferunt. Τὰ τ̃ παθῶν

θρέμ-

θρέμματα τῷ λογισμῷ συμπαρόντα καὶ συνεπιλείνοντα ταῖς ἀρεταῖς. in lib. De virtute morali pag. 451. D. Similiter cum malum ſentimus habitum pro bono, juſte etiam indignamur. Plut. in lib. De ira coh. pag. 463. Ὅπου ἐπερείδω τῷ φιλεῖν ἐμαυτὸν, ἁμαρτάνω μᾶλλον, καὶ σφαλλόμενος ἀνιῶμαι. *Quanto magis nitor eo, quod quenquam amo, tanto magis fallor, & deceptum me eſſe indignor.*

364. *Malæ naturæ nunquàm d. i.*] Sic Zwing. pag. 1295. & addit: *Ad mala vel citra doctorem ſumus idonei; virtus diſcitur.* Elegans eſt Theognis v. 1021.

Δειλοῖς τοι κακότητι ματαιότεροι νόοι εἰσὶ,
  Τῶν δ' ἀγαθῶν αἰεὶ πρήξιες ἰθύτεραι,
Ρ'ηϊδίης τε πρῆξις ἐν ἀνθρώποις κακότητος,
  Τοῦ δ' ἀγαθοῦ χαλεπὴ, Κύρνε, πέλει παλάμη.

Ignavis ſane in malis vaniores luctus ſunt: proborum vero ſemper actiones rectiores; faciliſque actio inter homines, malitiæ; boni autem difficilis, Cyrne, eſt conatus. Nec fugit hoc Nazian. tom. II. pag. 143. B.

Οἱ πλέονες κακίους, καὶ ἡγητῆρος ἄνευθεν
Πρόφρονες εἰς κακίην. ———
Maxima pars hominum prava eſt, ac vel duce nullo
Labilis in vitium. ———

Utitur hoc argumento etiam Ovid. l. II. Triſt. vſ. 254. oſtendens omne genus carminis poſſe nocere moribus matronarum &c.

At matrona poteſt alienis artibus uti,
  Quodque trahat, quamvis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni
  Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.

Juv. Sat. XIII.

——— *Ad mores natura recurrit*
Damnatos, fixa & mutari neſcia. ———

Et Sat. XIV.

——— ——— *dociles imitandis*
Turpibus ac pravis omnes ſumus. —

Huc

Huc refer illud Euripidis apud Stob. ſerm. LXXXVIII.

Μέγιστον ἄρ' ἦν ἡ φύσις. Τὸ γὰρ κακὸν
Οὐδεὶς τρέφων εὖ, χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

Ingens profecto naturæ vis eſt. Malum enim nullus bene educando bonum reddiderit. V. locos: *Vitia nobiſcum naſcuntur.*

365. *Mala eſt medicina u. a. n. p.*] Huc ſpectat illud Lucani:

Exceſſit medicina modum ———

Vide me: *Remedii.*

366. *Mala eſt volupt. a. a. c.*] *Voluptas* Friſing. *Voluntas.* Vid. H. Steph. ſub finem præf. ad Juris fontes. Phocyl. v. 4.

Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.

Egregie autem tales homines Iſocrates comparat ineſcatis animalibus, quæ primo quidem avide & cum voluptate eſca fruuntur, ſed paulo poſt peſſime ſeſe habent. Sic ille pag. 393. Ὁρῶ μὲν γὰρ τοὺς μὲν ἀδικίαν προτιμῶντας, καὶ τὸ λαβεῖν τι τῶν ἀλλοτρίων μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζοντας, ὅμοια πάσχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζώων, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας, ὧν ἂν λάβωσιν· ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντας. Huc refer illud Menandri apud Stob. ſerm. LXXXVII:

——— Οὐκ ἐλευθέρου φέρειν
Νενόμικα κοινωνοῦσαν ἡδονὴν ὕβρει.

Voluptas contumeliæ juncta hominem liberum mea quidem ſententia, neutiquam decet. Zwing. dicit: *ut paraſiti ſolent* pag. 85. *& milites fures* pag. 97.

367. *Mala mors neceſſitatis c. e.*] Eſt Senecæ Epiſt. 70. de quodam e Germanis in ludo beſtiariorum, fœde mortem ſibi conſciſcente.

369. *Maledictum interpretando f. a.*] Egregium ſane exemplum habet Plin. in lib. I. epiſt. 5. quo quis ita proprium dictum acrius fecerat, ſubjungitque Plinius: *Reſpondi nunc me intelligere maligne dictum, quia ipſe confitere-*

fiteretur: caterum potuisse honorificum existimari. Potest & aliter capi, ut nimirum quod maligne de nobis dictum est, id interpretando acrius faciamus, quam sensit qui dixit. Sic fere Tacitus in vita Agric. pag. 553. dicit *conferre injurias & interpretando accendere.* Pulcre rem tetigit Sen. de Injur. cap. x. quum dicit: *Nimio otio ingenia natura infirma & muliebria, inopia vera injuria lascivientia, his commoventur, quorum pars major constat vitio interpretantis.* Zwing. pag. 301. interpretatur: *Quidam maledicunt directe, alii oblique, vel maledictum alienum provocando, interpretando, defendendo, vel etiam suum frigide excusando.*

370. *Malefacere qui vult n. n. c. i.*] Zwing. 1354. dicit: *Malis nusquam deëst occasio malefaciendi.* Plane ut ille, qui domum vicini intra biduum destruxit & erexit. Est sermo suspicacis. Et negatur esse malevolus quatenus non facit. Nec secus in omne genus crudelitatis erupit Tiberius, *nunquam* videlicet *deficiente materia*, teste Suetonio cap. 61. Qui in vita Domitiani etiam plurimos recenset vel levissima quemque de causa ab hoc principe interemptos, quos inter Junium Rusticum, quod Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassetque eos *sanctissimos viros: cujus criminis*, inquit, *occasione, philosophos omnes urbe Italiaque submovit.* Ita per strages multiplices fortunarum grassantem videmus Leonem illum, a quo Ammianus lib. XXVIII. narrat multos nobiles vinculis arctatos fuisse; *Nec eorum*, addit, *culpari quisquam debuit, cum salutantes, humum pene curvatis contingentibus membris, persæpe clamantem audirent spiritus ferini latronem, nullum se invito reperiri posse insontem.* Idcirco boni omnino genii hominem esse, judicat Dio Chrysosth. pag. 37 talem principem, qui, cum ipsi facere liceat quicquid lubet, benevolus tamen est erga subjectos.

371. *Malefacere q. v. nusq. n. c. i.*] Occasio patet. Hinc

Hinc Ovid. II. Trist. 301.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes.

372. *Male geritur q. g. f. f.*] Pacuvius apud Herennium: *Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi &c.* E contrario autem id sequi Fortuna solet quod *summa ratione consilioque* agitur, vide Liv. pag. 93.

373. *Male imperando s. i. a.*] De Lacedæmoniorum regibus dicit Isocrates in fine orat. de Pace: illis minus licere injurias facere, quam subjectis. Ἐκείνοις τὸ ἀδικεῖν ἧττον ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. Egregie Sallust. in princ. B. C. *Imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum est, verum ubi pro labore desidia, pro continentia & æquitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur.* Et in B. J. in pr. orat. Marii: *Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primo industrios, supplices, modicos esse: dein per ignaviam & superbiam ætatem agere.* &c.

374. *Male secum agit æ. m. q. h. f.*] *Invitat enim ut occidat*, inquit Zwing. p. 531. Est vernile dictum. Nam alioqui vere Seneca in Excerpt. §. 12. *non habebis, sed non timebis, heredem.* Peropportune hoc arripuerant accusatores A. Cluentii, in objiciendo ipsi necem C. Vibii Capacis; quod sc. heres ejus esset Cluentius; sed quam objectionem falsitatis arguit Cicero. Ejus verba sunt pag. 280. *At heres est Cluentius. Intestatum dico esse mortuum, possessionemque ejus bonorum, prætoris edicto huic illius sororis filio, adolescenti pudentissimo, & in primis honesto, equiti Romano datam Numerio Cluentio, quem videtis.* Quare etiam oratores suos hujusmodi argumentis instruit Quintilianus; si quis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur; quali in causa, si non possint valere quod magna sint certe, valitura, quod multa sint argumenta docet; hoc modo nimi-

nimirum: *hæreditatem ſperabas, & magnam hæreditatem, & pauper eras, & tum maxime a creditoribus appellabare.* &c. in Inſt. pag. 300. De talibus etiam ſermo eſt apud Ammian. p. 449. *Subſident aliqui curioſos homines ſenes aut juvenes, orbos vel cælibes, aut etiam uxores habentes & liberos (nec enim in hoc titulo diſcrimen aliquod obſervatur) ad voluntates condendas allicientes eos technis miris: qui cum ſupremis judiciis ordinatis, quæ habebant reliquerint iis, quibus morem gerendo teſtati ſunt, illico pereunt, ut id impleri ſorte fatorum opperiente.* Coronidis loco ſit elegans Martialis Epigramma, affine periculum ab rivali medico eſſe docens. l. XI. ep. 75.

Curandum penem commiſit Bacchara Græcus
Rivali medico. Bacchara Gallus erit.

375. *Male vincit is q. p. v.*] Hujuſce rei & Nicoclem ſuum admonet Iſocrates pag. 43. Contendendum nimirum de iis duntaxat rebus, quarum profutura ſit victoria; nec eos, qui utiliter ſuccumbunt, ſed qui cum damno ſuo vincunt, contemnendos eſſe. Φιλονείκει, inquit, μὴ περὶ ἁπάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσαντί σοι μέλλῃ συνοίσειν. Et φαύλους ἡγοῦ μὴ τοὺς συμφερόντως ἡττωμένους, ἀλλὰ τοὺς μετὰ βλάβης περιγινομένους. Expertus hoc eſt Metellus, de quo Sall. pag. 98 qui ubi videret; *iniquum certamen ſibi cum hoſtibus, minore detrimento illos vinci, quam ſuos vincere: ſtatuit non prœliis, neque acie, ſed alio more bellum gerendum.* Vid. Lib. meum: *Victoria cruenta.*

376. *Male vivet q. n. m. b.*] Eſt Senecæ Tranq. c. XI.

377. *Male vivunt qui ſ. ſ. v. p.*] Transſumptum ex Sen. Epiſt. XXIII. qui dicit: *Male vivunt, qui ſemper vivere incipiunt. Nam* quod ait Zwing. pag. 835. *ſemper prorogant in craſtinum, ſiquid eſt utilis aut bonæ rei.*

378. *Malevolus animus a. d. h.*] Supra v. 156.

De

De inimico ne loquaris male sed cogita.

379. *Malevolus semper s. n. v.*] *Etiamsi deëst præmium, tamen male vult*, ait Zwing. 204. Estque velut cochlea, quæ suo succo vescitur. Talis est, de quo loquitur Sall. in B. C. cap. XVI. *Gratuito malus atque crudelis potius, scilicet ne per otium torpescerent manus:* & quem alibi dixit *gratuito scelestum.* Ita pastor ille Virgilianus adversario multa objiciens tandem & addit: Ecl. III. vs. 15.

Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Vere itaque pronunciat Curtius Lib. VII. pag. 238. *Nullis meritis perfidiam mitigari posse.*

380. *Malignos fieri m. i. d.*] Zwing. p. 1208. dicit: *Ingrati faciunt ut benigni contractius donent.*

381. *Malitia unius c. f. m. o.*] Supra v. 601. dixit:

Ingratus unus omnibus miseris nocet.

Addi potest Terentius in Hec. 2: III. 2. *Nos mulieres æque omnes inique viris sumus invisæ propter paucas, quæ omnes faciunt, dignæ ut videamur malo.* Et Sen. in Hipp. v. 563.

Cur omnium sit culpa paucarum scelus.

382. *Malitia ut pejor v. s. s. b.*] Inf. v. 390.

Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.

Vere igitur Salvian. pag. 154. edit. Ritters. *Magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat: & reatus impii est, pium nomen.*

383. *Malo in consilio f. v. v.*] Cæcinam audiat apud Tacitum III. Annal. qui sexus hujus pravitatem propius paulo cognoscere desiderat, censentem: *ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, comitaretur uxor.* Qui idem l. XV. Ann. pag. 307. de Milicho liberto, patronum suum prodente; ita loquitur: *Nam cum secum servilis animus præmia perfidiæ reputavit, simulque immensa pecunia & potentia obversabantur, cessit fas, &*

ſalus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim uxoris quoque conſilium aſſumpſerat, muliebre ac deterius. Poſſis etiam interpretari; quia tum deſiſtunt, dum perfecerint, quod volunt, ut Medea in omnibus actionibus ſuis. Hinc Plautus in Truc. actu 2. ſ. v. verſ. 12.

Male quid mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſera miſeria eſt.

Accommodari etiam poteſt hæc ſententia conſilio virorum, quod ſemper mala prævalent, adeo ut ſit ſenſus: conſilium non tam quod ſit fæminæ, quam quidem quod ſit malum, prævalere, licet a fæmina fuerit profectum. Huc refer illud Euripidis ex Jone apud Stob. Serm. LXXI. *In bonis rebus multum inferior eſt fæmina, malis ſuperat.* Adde quod mulieris conſilium etiam bonum eſſe poſſit. argumento loci apud Suet. in Tib. cap. L. ubi dicit: illum matris ſuæ Liviæ *conſiliis interdum & egere & uti* ſolitum fuiſſe.

384. *Malo etiam parcas ſ. u. e. p. b.*] Hoc apud omnes homines magis obtinere dicit Demoſthenes, ut propter benemeritos etiam aliis quibuſdam bene ſit, iiſque non item bonis, quam ut quicquam damni propter hos illi accipiant. Ejus verba ſunt pag. 366. Παρὰ πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις μᾶλλον ἐστιν ἔθος, διὰ τοὺς εὐεργέτας καὶ ἄλλους τινὰς εὖ ποιεῖν τῶν μὴ χρηστῶν, ἢ διὰ τοὺς φαύλους τοὺς ὁμολογουμένως ἀξίους χάριτος τὰ δοθέντα ἀφαιρεῖσθαι. Prout paulo poſt, cum Iphicrate etiam alios quoſdam, non tam ob propria merita, quam quidem propter ipſum Iphicratem, honoratos ab Athenienſibus eſſe docet in pag. 372. Oratori accedit Philoſophus Probl. ſect. XXIX, pag. 468. E. Ἔτι δὲ ἕκαστος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ· οἷον εἴ τις φεύγοι δουλείας, ἢ ἀνδροφονίας. τούτων γὰρ ἑκάστου ὄντων ἃ κατηγορεῖ αὐτῶν, μᾶλλον ἂν ἀποψηφίσασθαι, ἑλώμεθα, ἢ μὴ ὄντων καταψηφίσασθαι. ἔστι γὰρ ὅταν τις ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον. δεινὸν γὰρ καὶ τὸ τοῦ δούλου, ὡς ἐλεύθερός

θερός ἐστι καταγνῶναι· πολὺ δὲ δεινότερον, ὅταν τις τὸν ἐλεύθερον ὡς δοῦλον καταψηφίσηται. *Adhæc noſtrum unuſquiſque nocentem potius velit liberare, quam innocentem condemnare: ut ſi de aſſertione libertatis aut homicidio agitur, reum liberare potius velimus nocentem, quam condemnare innocentem. Cum enim quis ambigit, errorem ſuſcipere debet leviorem. Nam etſi iniquum etiam eſt liberum aſſeruiſſe, qui ſervus eſt: longe tamen iniquius, ſervum ſanxiſſe, qui liber eſt.* Et Polyb. pag. 360. circa fin. non oportere dicit viros bonos, innoxios eadem cum noxiis pœna involvere, verum ipſos etiam, ſi forte ſontes, una cum inſontibus ſalute impertiri, atque a peſte vindicare: συναιρεῖν τὸ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι· ἀλλὰ συνασώζειν καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν. Hinc Rhodii ſupplices, averſante ipſos ſenatu, quod paulo ante contra pop. R. fuiſſent: *Si alii principum noſtrorum*, inquit legatus, *vobis, alii regi faverint, non poſtulo ut propter nos, qui partium veſtrarum fuimus, regis fautores ſalvi ſint: illud deprecor, ne nos propter illos pereamus.* apud Livium L. XLV. p. 579. Ita quod hi deprecantur, id illos pati videmus, quos ad ſupplicium rapit Herodes, indignatione ſuccenſus, *pleroſque* nimirum *& innoxios, ne quis de noxiis relinqueretur.* Hiſtoria legitur apud Egeſippum pag. 171. Meliori ſane mente Syneſius ſcribit, multo honeſtius ſeſe alicui indigno benefacere, quam vel negligere aut ſinere, quenquam malis affligi immerito, quum prohibere liceat, nedum ipſum malis ultro afficere. Sic ille pag. 234. Πολλῷ ἐμοί γε κάλλιον ἔχει, τὸ ἀναξίως τινὰ πεποιηκέναι καλῶς, ἢ περιιδεῖν πολλοὺς, ἐξὸν κωλῦσαι, παρὰ τὴν ἀξίαν πεσομένους κακῶς.

385. *Malum alienum ne f. t. g.*] Hanc vecordiam quorundam queritur ille apud Ter. in And. IV. 1. 3. *Ut malis gaudeant alienis, atque ex alterius incommodis ſua ut comparent commoda.* Supra. V. 14.

Alterius damnum gaudium haud facias tuum.

386. *Malum consilium c. p.*] Nobile documentum præbuit Hippias, qui quum auctor & concitor belli inter Persas & Athenienses extitisset, etiam cecidit in clade illa Marathonia, *diis patriæ ultoribus pœnas repetentibus*, ut annotat Just. l. II. pag. 23. Et Tribunus plebis Sp. Licinius apud Livium l. II. pag. 36 qui Æquis Vejentibusque arma sumentibus, *venisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariæ patribus injungendæ*, *susceperat rem militarem impediendam. Cæterum*, addit, *tota invidia tribuniciæ potestatis versa in auctorem est*, *nec in eum consules acrius*, *quam ipsius ejus collegæ coörti sunt.* Et lib. VI. pag. 108. idem accidere videmus Latinis & Hernicis, quorum fiducia rebellaverant Volsci contra Romanos; nempe clade accepta, relictis Volscis, domos profecti sunt, *malis consiliis pares adepti eventus.* Accommoda & auguri, qui dicebat exta addicere pugnam; de quo Erasm. I. cent. II. Adag. 14.

387. *Malum est consilium q. m. n. p.*] In talibus enim consiliis nullus spei locus est, quæ hominis animum erigere possit. Quod dicit Sophocl. in Trach. v. 731.

Οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς μὴ καλοῖς βουλεύμασιν
Οὐδ᾽ ἐλπὶς ἥτις καὶ θράσος τι προξενεῖ.

Nam ut loquitur idem in Oedip. Tyr. v. 87. etiam gravia si recte sint administrata, in melius converti possunt:

——— Λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ᾽, εἰ τύχοι
Κατ᾽ ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ᾽ ἂν εὐτυχεῖν.

Vere itaque malum id dixeris consilium, quod nullam admittit amplius deliberationem, adeoque nec administrationem rectam; ut fere solent *præcipitata raptim consilia*, quæ, ut est apud Liv. l. XXXI. p. 377. *neque revocari neque in integrum restitui possunt*; censente Damocrito prætore Ætolorum. Vel ut Livius Drusus, *cum leges novas & mala Gracchana*

thana movisset, exitum rerum non providens, quas nec agere licebat, nec jam liberum erat semel inchoatas relinquere, inquietam a primordiis vitam exsecratus esse dicitur apud Senec. de Br. V. c. VI. Sic exhibet nobis Asdrubalem Polybius pag. 622. coactum Hispanos & Gallos ad dimicandum ordinare addens: τῶν πραγμάτων οὐκ ἔτι δόντων ἀναστροφὴν, *rebus regressum non amplius dantibus.* Hinc illa cunctatio Cæsaris, quum constitisset ad Rubiconem, ac reputaret quantum moliretur, & conversus ad proximos diceret: *Etiam nunc regredi possumus; quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.* apud Suet. cap. XXXI. Quo pertinet illud Othonis apud Tacit. I. Hist. cap. 38. *Nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum.* Item Vespasiani apud eundem II. Hist. cap. 34. *Imperium cupientibus nihil medium est inter summa & præcipitia.* Et quod ad Valentem scribit Gratianus: *præstolaretur paulisper periculorum participem, neve abruptis discriminibus temere semet committeret solum.* apud Ammian. l. XXXI. pag. 553. Cæterum quam vix aut omnino non emergant illi, quibus extrema necessitas ita omnem deliberandi facultatem abscidit, docent exempla. Ita Livius de Sabinis ab Tarquinio cæsis fugatisque l. I. pag. 14. *Et quanquam*, inquit, *male gesta res erat, nec gesturos melius sperare poterant, tamen quia consulendi res non dabat spatium, iere obviam Sabini tumultuario milite. iterumque fusi.* Idem lib. IX. pag. 152. de exercitu Romano apud Furcas Caudinas ad incitas redacto. *Ad Consules mœstos, ne advocantes quidem in consilium (quando nec consilio, nec auxilio locus esset) sua sponte Legati ac Tribuni conveniunt.* Hinc egregia est ejusdem animadversio in l. XXV. pag. 275. *Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque hæc vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris, suarumque proprie virium in castris*

habeant. Prout tunc temporis ibidem narrat in Hiſpania exiguum Romanum exercitum in caſtris, & ſpem omnem in Celtiberorum auxiliis fuiſſe, ſed quos facile corruperat Asdrubal. Tale conſilium Alexander M. trajecturus amnem Oxum, inire debuit; *quod* nempe *unum neceſſitas ſubjecerat*, ut loquitur Curt. l. VII. pag. 237. *Utres quam plurimos ſtramentis refertos dividit. His incubantes tranavere amnem.* Longe atrocius erat illud, quod cepit Firmus ille, de quo Ammianus l. XXIX. pag. 491. *Qui in extremis rebus unum remedium ſupereſſe contemplans, calcare vivendi cupiditatem voluntaria morte ſtatuit.* Itaque ea demum rerum conditio bona conſilia admittere valebit, quæ alias aliter ſe habet, nec perpetua immutabiliſque eſt. Circa hæc enim ſola prudentiam humanam verſari, docet Plutarchus, quæ erroribus, & turbis obnoxia ſint: *αἱ γὰρ βουλαί*, inquit, *περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων, οὐ περὶ τῶν βεβαίων καὶ ἀμεταπτώτων*, in lib. de virt. mor. p. 444. Adeo ut cum Davo Terentiano *quod hac non ſucceſſit, alia aggredi via* poſſimus, in And. IV. 1. Et bene apud eundem Comicum in Phorm. 1. 3. 22. *fortunatus* prædicatur, *cui de integro etiam eſt poteſtas conſulendi.* Sic in Hec. IV. 3. 2. *Iſtuc eſt ſapere, qui ubicunque opus ſit animum poſſis flectere.* Egregius eſt locus Philonis Judæi pag. 1241. in lib. de præmiis & pœnis: ubi obſervat id humano generi ab Deo inditum eſſe, ut in triſtioribus bono animo eſſe poſſint, & imminentia præcavere; tanquam *conſolatricem domeſticam* ad ferendas levius moleſtias; niſi quis inexpiabilia patrando, ut Cainus fratricida, omnem ſibi ſpem abſcindat. Plura vid. apud Lang. Semeſt. pag. 662.

388. *Malus animus in ſ. p. c.*] Hinc laudabatur Druſus, ut ſcribit Tac. III. Ann. p. 95. *Ab eo, in urbe inter cœtus & ſermones hominum obverſante, ſecreta patris mitigari. Neque luxus in juvene adeo diſplicebat.*

bat. Huc potius intenderet, diem ædificando, noctem conviviis traheret, quam solus & nullis voluptatibus avocatus mœstam vigilantiam, & malas curas exerceret. Adde Plin. in Paneg. *Secreto suo satiatus.* &c.

390. *Malus bonum ubi se s. t. e. p.*] Prorsus quasi ultimum malitiæ gradum significare velit, adeoque plenius nunc exprimat turpitudinem simulationis; quam supra v. 100.

Bonitatis verba imitari, malitia major est.

Et v. 382.

Malitia, ut pejor veniat, se simulat bonam.

Certe jam Plato *extremæ injustitiæ esse* censuit *justum videri nec esse*: Ἐσχάτης ἀδικίας εἶναι δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα, testante Plutarcho in lib. de discr. Adul. & Am. pag. 50. E. Hinc non aliud genus hominum magis odiosum est; quo nomine in Demosthenem invehitur Æschines; dicens; illum malum existentem etiam signa bonorum, & indicia, quibus hi ab pravis dignoscantur corrumpere, utpote qui imitaretur *bonitatis verba*, ut Noster diceret, & veritatis studiosum sese simularet, quum esset mendax. Locus Æschinis est pag. 288. Διὸ καὶ μάλιστα ἄξιος ἐστὶ μισεῖσθαι, ὅτι πονηρὸς ὢν, καὶ τὰ τῶν χρηστῶν σημεῖα διαφθείρει. μιμούμενος nempe τοὺς ἀληθῆ λέγοντας. Nimirum talis homo revera pessimus est: nam si malitiam præ se ferret, ab eo metueremus, caveremus; nunc ubi bonus apparet, surrepit & inescat nos; & bene consideratur tanquam laqueus, occulte proximis quibusque structus, apud Stob. ex Menandro pag. 329.

Ἀνὴρ κακοῦργος πρᾶον ὑποδεδυκὼς σχῆμα
Κεκρυμμένη πρόκειται παγὶς τοῖς πλησίον.

Cujusmodi hominis expressam nobis imaginem exhibet Euripides in persona Medeæ v. 368. ubi significat ipsa se tam blandis verbis nequaquam Creontem allocuturam fuisse, nisi aliquid lucri captaret, aut machinaretur aliquid sceleris.

Δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαι πότ' ἄν,
Εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Plane ut apud Livium Decemviri de Appio Claudio judicant: *Profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. nimium in ordinem se ipsum cogere, & vulgari cum privatis, non tam properantis abire magistratu, quam viam ad continuandum magistratum quaerentis esse.* lib. III. pag. 54. Ita etiam Cic. in descriptione Catilinae, quam habet in orat. pro Cœlio, ubi, cum multos ab eo viros fortes & bonos *specie quadam virtutis assimulata* deceptos esse ostendit, tum nec ipse erubescit fateri, *nonnunquam in eo homine se quoque erroris sui pœnitere.* Huc pertinet admonitio Nili §. 181. Χρημάτιζε τὴν ἀρετὴν, οὐχ ὅπως ἀπατήσῃς, ἀλλ' ὅπως ἀφελήσῃς τοὺς βλέποντας. *Compara tibi virtutem, non ut decipias, sed ut juves videntes.* Dictumque elegans est & acutum illud, quod pronunciat Ennodius pag. 465. *Blandimentorum scutum in malitiosis nocentius telum est.* Qui hinc pag. 511. bene judicat *neminem cautius malum esse, quam qui abscondatur sub appellatione pietatis.* Plura specimina suppeditabunt mores Tiberii ab Tacito descripti, quorum illud est insigne, quod videmus in historia Libonis Drusi majestatis accusati; quem Tiberius, *indicium haud aspernatus, interim ornat pratura, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior, (adeo iram condiderat) cunctaque ejus dicta factaque cum prohibere posset, scire malebat*, referente Tacito II. Ann. pag. 53. Talem sese gerit quoque Latiaris ille, de quo idem Tacitus IV. Ann pag. 147. extrema perfidia dolum struens Sabino, eumque turpi fraude circumveniens. Eodem modo Otho, quum *contra spem omnium non deliciis, neque desidia torpesceret; dilatae voluptates, dissimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperii composita* cernerentur. Videlicet *eo plus formidinis afferebant falsae virtutes & vitia reditura*, ut loquitur I. Hist. pag. 365. His adde Domitia-

num,

num, qui, *quo contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronunciavit.* ut refert Suet. c. xi. Cæterum talem jam atro carbone etiam notavit ipse rex Salomon in Prov. suis xxvi. 25. *Quando gratiosam præbebit vocem suam, ne fidito ei: nam septem abominationes insunt animo ejus.* Hinc etiam omnino cavendum ab inimico esse, neque fidendum; etiamsi dejecerit se & inflexus ambulet, monet Sir. xii. 12. nam *ut æs rubiginosum, ita malitiam ejus esse* ostendit: Μὴ πιστεύσῃς, inquit, τῷ ἐχθρῷ σου εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς γὰρ ὁ χαλκὸς ἰοῦται, οὕτως ἡ πονηρία αὐτοῦ. Elegans etiam est neque hic omittenda comparatio, quam instituit Nazianz. qua simulatorem similem esse dicit feli ornatæ: *Rerum omnium*, inquit, *quæ turpes sunt, turpissima est morum simulatio. redibitque mox ad naturam ut felis ornata viso mure. Quod potest verum videri pessimum mendacium est.*

391. *Malus est vocandus q. s. c. e. b.*] Hinc legimus Abrahamum, Mosen, Davidem, alios viros sanctos non sua tantum causa bonos fuisse, sed & aliorum; quæ promit exempla Joh. Chrysosth. in Ep. p. 543. ut qui Deum oraverint etiam pro aliis, qui sese in mala multa & pericula conjecerint pro suis, qui in sese receperint publica mala. Quamobrem nec *temperantes* etiam sunt dicendi; qui non nisi metu quodam coacti sibi temperant; perinde ut Persæ illi, de quorum moribus loquitur Ammian. l. xxiii. pag. 313. *Immane quantum restricti & cauti, ut inter hostiles hortos gradientes nonnunquam & vineta, nec cupiant aliquid, nec contingant, venenorum & secretarum artium metu.* V. Lexicon meum: *Beneficium non est, quod prodest ei, qui dat.*

392. *Malus etsi obesse n. p. t. c.*] Talis notæ hominem nobis exhibet Cersoblepten Demosth. pag. 443. ostendens; illum, si Athenienses nulla affecerit injuria,

ria, idcirco tamen nihilo meliorem habendum esse; ut pote qui sperasse magis, quam potuisse injuriam facere videatur. ὃ μᾶλλον εἰκὸς ἐλπίσαντα, ἢ δυνηθέντα, μὴ ποιῆσαι. De tali loquitur, etiam Sirach. cap. XIX. vs. 25. *Etiamsi præ tenuitate roboris impeditus fuerit a peccando, si occasionem invenerit, afficiet malo.*

393. *Malus quicunque in p. e. p. e. b.*] E contrario autem, ut supra v. 99.

Bonis nocet quisquis pepercerit malis.

Bene itaque Josephus, pag. 311. A. *optimum & suavissimum spectaculum* vocat, quod Noster *præsidium*: Κάλλιστον γὰρ εἶναι θεαμάτων καὶ ἥδιστον ἀνδρὶ χρηστῷ καὶ δικαίῳ κολαζομένους πονηρούς. Adde Cassiod. XII. ep. 5. *Tunc libertas gaudet si scelera non latentur.* Et mox. *Omnia pacata vos redditis, si duces scelerum comprimatis.* Vide me: *Scelere*, ubi plura.

394. *Manifesta causa s. h. s.*] Non enim quisquam opus habet verbis aut testimoniis in iis rebus, quas ipse certo scit. ut argumentatur Demosth. pag. 181. οὐθὲν γὰρ, οἶμαι, δοκεῖ προσδεῖσθαι ὑμῖν λόγων οὐδὲ μαρτυρίας, ὅσα τις σαφῶς οἶδεν αὐτός. Idcirco in pag. 183. dicit illos, qui in ipso scelere deprehensi fuerint, siquidem id confiteantur, statim morte puniri: καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες, ἂν μὲν ὁμολογῶσι, παραχρῆμα τῷ θανάτῳ ζημιοῦνται. Nec moram igitur patitur manifesta causa, juxta eundem pag. 503. ubi in Aristogitona invehitur acerbe; ut sycophantam, hominemque serpentina natura præditum; monetque primum quemque, qui in eum inciderit, ut ulciscatur, nec eo usque exspectent Athenienses, donec singulos mordeat. Hinc apud Aristoph. filio patrem dehortanti ab judicando, antequam utriusque partis cognoverit causas; *rem ipsam clamare*, regerit pater, *omnibus manifestam.* In Vesp. v. 916.

Πρὸς τῶν Θεῶν, μὴ προκαταγίνωσκ' ὦ πάτερ,

Πρὶν

Πρὶν ἂν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων. ΦΙ. Ἀλλ' ὦ 'γαθὲ,
Τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν· αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

Quin imo, si ille, qui fatetur crimina, ait exspectandam esse sententiam judicum, hunc prorsus ignorare judicat Libanius, qua de causa fora & prætoria homines approbaverint. Additque: *Obscura judicium requirunt: at in perspicuis sola relinquitur pœna.* Est apud Liban. pag. 293. B. Nec aliter cum Suilio, Cossutiano, aliisque actum refert Tacitus XI. Ann. pag. 182. Nimirum *non judicium (quippe in manifestos) sed pœna statuebatur.* Hinc non immerito metuebat Messallina, ne eodem modo & in suum scelus statueretur confestim pœna; quum ut narrat ibidem Tacitus pag. 195. Cæsar Vibidiam depellere nequiverit, *qua multa cum invidia flagitaret, ne indefensa conjunx exitio daretur.*

395. *Mansueta tutiora s. s. s.*] Sic inf. v. 728.

Summissum imperium non tenet vires suas.

Sunt parasitorum verba, de quibus loquitur Alexander M. *vultis ut adponam capita hominum* &c. Vide Plut. in Oratione Alexandri. Possunt tamen esse etiam politica. Quo pertinet locus Plutarchi in Rom. pag. 37. F. Δεῖ γὰρ τὸν ἄρχοντα σώζειν πρῶτον αὐτὴν τὴν ἀρχήν· σώζεται δ' οὐχ ἧττον ἀπεχομένη τοῦ μὴ προσήκοντος, ἢ περιεχομένη τοῦ προσήκοντος· ὁ δ' ἐνδιδοὺς, ἢ ἐπιτείνων οὐ μένει βασιλεὺς, οὐδὲ ἄρχων, ἀλλ' ἢ δημαγωγὸς, ἢ δεσπότης γιγνόμενος, ἐμποιεῖ τὸ μισεῖν ἢ καταφρονεῖν τοῖς ἀρχομένοις. *Debet enim princeps ipsum primum conservare imperium, quod conservatur non secus, si abstineat ab indecoro, quam si decorum tueatur. Id qui remittit vel intendit, non jam rex est, neque princeps, sed aut multitudinis adulator, aut dominus evadit: atque sic aut in odium sui populares adducit, aut in contemptum.* Item illud, quod narrat in vita Lycurgi cap. III. pag. 40. de Eurytione Lacedæmoniorum rege: quod, nimio dominatu regni relaxato, hoc effecerit, ut ferociret populus, & insequentes

tes

tes reges partim violentius agendo eum offenderent, partim per gratiam aut fractas jam opes, auctoritatem minime retinerent, legesque diu post conculcatæ jacuerint, pluresque turbæ Spartam vexarint. Ejus verba sunt: Ὅτι δοκεῖ Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἀνέσεως, τοῦ μὲν δήμου θρασυνομένου, τῶν δὲ ὕστερον βασιλέων, τὰ μὲν, ἀπεχθανομένων τῷ βιάζεσθαι τοὺς πολλοὺς, τὰ δὲ πρὸς χάριν ἢ δι' ἀσθένειαν ὑποφερομένων, ἀνομία καὶ ἀταξία κατέσχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον. *Tutiora* autem esse, quæ mansueta, vere dixit. quo nomine eorundum Lacedæmoniorum imperium laudat Isocrates. Illudque imitandum proponit Atheniensibus in fine orat. de Pace. Deque eorum regibus ita loquitur: Ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν μὲν ἧττον ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. τοσούτῳ δὲ μακαριστότεροι τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες, τὰς μεγίστας δωρεὰς παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνουσιν· ὑπὲρ ἐκείνων δὲ οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμότεροι γίγνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων, καὶ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλόντων. *Illis enim minor delinquendi potestas est, quam privatis, tanto autem feliciores sunt iis, qui vi tenent imperia, ut tyrannorum quidem interfectoribus maxima præmia publice constituta sint: pro illis vero qui mortem oppetere dubitant, ignominiosiores habentur, quam qui deserunt ordines, aut clypeos abjiciunt.* Sic Dio Dionysium Juniorem instituebat: non, ut pater ejus dixisset, metum ac vim, non catervam juvenum stipantium, non immensum barbarorum satellitium, sed benevolentiam, sed studium, sed humanitatem esse adamantinas illas compedes; ἃ καίπερ ὄντα μαλακώτερα τῶν συντόνων καὶ σκληρῶν ἐκείνων, ἰσχυρότερα πρὸς διαμονὴν ἡγεμονίας ὑπάρχειν. ut refert Plut. in vita Dionis pag. 926. Hisce accedat Lampridius, qui pag. 181. edit. Casaub. in 4°. refert Alexandrum Severum, cum ei objicerent quidam

dam nonnulla; & sæpe dicerent: *molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti;* respondisse: *sed securiorem atque diuturniorem.* Adde Ritters. ad Salvian. pag. 177.

396. *Medicina calamitatis e. a.*] *Medicinam* dicit, quam Plautus *condimentum* vocat in Rud. 2. III. 71. *Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.* Minuit nimirum calamitatem levatque. Quod idem Comicus alibi significat in illo:

Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Et Silius Ital. l. XV. 823.

——— *compressit lacrymas minuitque ferendo*
Constanter mala. ———

Sen. Tr.

Vires pepulit pondusque mali
Casus, animo qui tulit æquo.

Hoc si animo facere non possumus, faciamus saltem & voce & vultu, ut Romani apud Liv. lib. XLII. pag. 548. Quorum constantiam in respondendo Persei legatis pacem petentibus describens: *Ita tum mos erat,* inquit, *in adversis vultum secundæ fortunæ gerere; moderari animos in secundis.* Sic de Ænea Virg. I. Æn.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Vide locos: *Dux simulat spem.*

397. *Medicina sola m. o.*] Amœbæum illi; 310.

Injuriarum remedium est oblivio.

Versum citat hunc Fulgentius Mythol. pag. 160. edit. Commel. in 8. Verbum de verbo expressit Appian. pag. 51. D. Φάρμακον ἦ κακῶν ἀκεσήριον, λήθη.

398. *Meretrix est instrum. c.*] Intellige, per quam exerceamus contumeliam. Ita Curtius corruptos mores Babyloniorum describens, ubi fæminas in conviviis ad ultimum ima corporum velamenta projicere solitas refert, addit: *Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virorumque, apud quos comitas habetur cor-*

poris

poris vilitas. Hinc apud Quintilian. in Declam. pag. 83. *Meretricem, inquit, amaveras,* (ipsa sc. meretrix.) *Dii Deæque quantum in hoc est contumeliæ quod sibi meretrix videtur adamata? Tu tibi cujusquam affectus censoria gravitate præstabis!* &c. *tu mores juventutis emendas?* &c.

400. *Metum respicere non solet q. j.*] Videre hoc est in historia illa, quam narrat Diod. Siculus pag. 527. A. de Bœotis & Phocensibus. Nempe quum hi ab illis victi essent, ac proinde sibi temperare deinceps & continere se deberent; contrarium fecerunt. Nam *Phocenses*, ut ait auctor, *metu exsoluti Delphos regrediuntur, & consultant de bello, interim facto sociorum concilio &c.* Accommodari etiam potest mercatoribus & avaris. Item regibus, qui nece tyrannorum non inhibentur.

402. *Metus cum venit rarum h. s. l.*] Justin. de copiis Xerxis fusis: *Quotidiano labori (neque enim ulla metuentibus quies) etiam fames accesserat.* Ita Ammian. l. xxv. ipso princ. *Et hanc quidem noctem nullo siderum fulgore splendentem, ut solet in arctis rebus & dubiis exegimus, nec sedere quoquam auso, nec flectere in quietem lumina præ timore.* Ita & illi, quos dicit Apostolus Paulus διὰ παντὸς τοῦ ζῆν φόβῳ θανάτου ἐνόχους fuisse. Explicante hunc locum Joh. Chrysost. pag. 1783. ubi dicit, ita loqui Apostolum, quod in perpetuo metu viverent isti homines, semper exspectantes se morituros, & mortem formidantes, nullius voluptatis sensum possent accipere, quum hic semper eis adesset metus. Super ipso versus hujus sensu consulendus Zwing. qui pag. 535. ait *Timor abigit somnum; aut: non est dormitandum in periculis.* Quo significatu ad materiam præsentem potius pertinebit.

404. *Minus decipitur, cui n. c.*] *Minus enim diu sperat, & frustratur levius* ait Zwing. p. 1092. Hinc inf. v. 522.

Pars beneficii est, quod petitur, si cito neges.

Martialis l. VII. Epig. 42.

Primum est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, ut cito, Cinna, neges.
Diligo præstantem, non odi, Cinna, negantem:
Sed tu nec præstas, nec cito, Cinna, negas.

405. *Minus est quam s. d. q. s. t.*] Talem describit nobis Sextum Pompejum Vellejus pag. 80. *Libertorum suorum libertus, servorumque servus.* Idem de Claudio Cæsare testantur scriptores. sic Suet. cap. XXIX. *His* nempe libertis, *uxoribusque addictus, non principem sed ministrum egit.* Et Aurel. Victor Epitom. pag. 15. *Hos omnes anteibat Narcissus dominum se gerens ipsius domini.* Zwing. pag. 261. interpretatur: *nempe sibi male conscius.* Non inepte. Talis enim eos, quos sceleris alicujus fecerit conscios, magni facere debebit, & quamvis humiliores, quamvis servos, semper metuet. Quo pertinet locus Juvenalis Sat. III. v. 49.

Quis nunc diligitur, nisi conscius? & cui fervens
Æstuat occultis animus, semperque tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accusare potest.

At potest etiam dici de gloriæ studioso, qui mancipium est populi. Puto tamen de pæderasta agi. Sic certe Basil. in Fol. Lat. p. 93. Simile est illud, quod dicebat Diogenes Cynicus. Τὰς ἑταίρας, ἔφη, βασιλέων εἶναι βασιλίσσας· αἰτεῖν γὰρ ὅτι ἂν δόξῃ αὐταῖς. referente Diog. Laërt. pag. 405. Vid. Petron. p. 93. ubi talis muliercula gloriatur, *se, etiam si ancilla sit, nunquam tamen nisi in Equestribus sedere.* Ita Ausonius de Bissula pag. 137.

Capta manu, sed missa manu, dominatur in ejus
Deliciis, cujus bellica præda fuit.

406. *Minus sæpe pecces, si s. q. n.*] Philosophice hu-

jus rei rationem dat Simplicius pag. 67. *Neque enim animus unquam malum tanquam malum amplectitur, sed ut bona quædam, alias pecuniam, alias voluptatem corporis, aut potentiam aut honorem appetit: noxam vero his adjunctam, aut plane non videt, aut negligit, cupiditate amatarum rerum subactus. At* vero *vix potest negligere*, ut loquitur Cassiodorus, *qui novit æquitatem, nec facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgaverit.* l. VIII. ep. 18. Et epist. 20. *Jus forte prætereat, qui jura nescivit: totum à te legitimum quæritur, cujus origo indocta fuisse nescitur.*

407. *Misera est voluptas u. p. m. e.*] Quanto magis, si est futuri anxietas, ut apud convivas Dionysii, *qui cum epulis omni tristioribus fame saginarentur, ex summis domorum laqueariis, in quibus discumbebant, setis nexos equinis & occipitiis incumbentes gladios perhorrebant.* ut sunt verba Ammian. l. XXIX. pag. 472. Puto tamen etiam futurum dici, non solum præteritum; nam ubi de præterito agitur, ibi valet illud:

—— —— *dulce est meminisse malorum.*

Bene igitur Joh. Chrysost. in Ep. pag. 1949. considerat futuram tristitiam, cujus exspectatione præsentem minui voluptatem dicit; e contrario autem exspectatione futuræ lætitiæ detrahi de priori animi ægritudine. Οὐ γὰρ ἐστιν ἴσον πρότερον λυπηθέντα ὕστερον ἡσθῆναι. καὶ πρότερον ἡσθέντα ὕστερον λυπηθῆναι· πῶς ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἡ προσδοκία τῆς μελλούσης ἀθυμίας τὴν παροῦσαν ἐλάττονα ποιεῖ ἡδονὴν, ἐκεῖ δὲ ἡ προσδοκία τῆς μελλούσης ἡδονῆς, ὑποτέμνεται τὸ σφοδρὸν τῆς παρούσης ἀθυμίας.

408. *Miser dici bonus v. e. n. p.*] Est Senecæ de Prov. cap. 3. Hanc philosophorum sententiam promit etiam Tacitus Ann. VI. pag. 164. *Neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos, qui conflictari adversis videantur, beatos, ac plerosque quamquam magnas per opes miserrimos: si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utantur.*

409. *Mi-*

409. *Miseri est nescire, s. p. v.*] Ut siquis deprehensus fere iterum redit ad damnum. Nam cæteri sane periculum tum subeunt, cum periclitatur virtus. Veluti in magnis rebus, quæ magnis etiam periculis inchoari volunt. Quod habet Stob. pag. 168. Μεγάλα γὰρ πράγματα μεγάλοισι κινδυνοίσιν ἐθέλει καὶ αἱρέεσθαι. Sic gaudentem improbo labore & quasi avidum periculi Annibalem nobis repræsentat Silius Italicus l. 1. ubi de obsidione Sagunti agit. v. 270.

Prima Saguntinas turbarunt classica portas,
Bellaque sumpta viro belli majoris amore.

Talem se describit Damnatus ille exilium petens; apud Liban. pag. 692. *Nam ex quo tempore natus sum*, inquit, *pravus quidam & improbus genius me comitatus est, qui neque otium, neque administrationem periculi expertem nobis permisit in concionibus, foro.* &c. Ἐξ οὗ γὰρ, ὦ ἄνδρες, τῇ πόλει γεγέννημαι, παρηκολούθησέ μοι πονηρός τις δαίμων καὶ βάσκανος, οὔτε τὴν πολιτείαν ἡμῖν ἐπιτρέπων ἀκίνδυνον ἐν ἀγοραῖς, ἐν θεάτροις, ἐν ἐκκλησίαις, ἐν πανηγύρεσι. Viri boni itaque est etiam cum periculo bene rem gerere, honestatemque servare. Quum cæteroquin commune sit, & cujusque, bene agere, nullo periculo proposito. Ita Metellus cum in legem Saturnini jurare nollet e concione discedens, cum illis, qui circa erant disseruit, ut refert Plutarch. in Mario pag. 422. in fin. Ὡς τὸ κακόν τι πρᾶξαι, φαῦλον εἴη. Τὸ δὲ καλὸν μὲν, ἀκινδύνως δὲ, κοινόν· ἴδιον δὲ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, τὸ μετὰ κινδύνων τὰ καλὰ πράσσειν. Tales itaque describit Thucyd. apud Stob. pag. 168. Τοὺς τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γινώσκοντας, καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπομένους ἐκ τῶν κινδύνων, *illos, qui dura pariter & jucunda clarissime perspecta habent, nec propterea a periculis avertuntur.*

410. *Miseriam nescire, sine p. e. v.*] Citat hunc versum Zwing. p. 1435. & addit: *vita tuta quamvis humilis felicissima est.* Hinc Libanius p. 187. dicit negotium ali-

quod propterea non ita fugiendum esse, quod appareat, illud cum periculo aliquo conjunctum esse. Siquidem, qui ita se rem gesturum sperat ut nihil prorsus difficultatis adeat, is nesciat se id quærere, quod solis Diis proprium sit. Ὅλως ἢ εἴ τις ἄνθρωπος ὢν ζητεῖ ἵνα πρᾶξιν καθαρὰν δυσκολίας, οὐκ οἶδε ζητῶν, ἃ θεῶν ἐστὶ μόνων.

411. *Misericors civis patriæ e. c.*] Facit huc & vers. 556.

Potens misericors publica est felicitas.

413. *Miserrima est fortuna q. i. c.*] Demosth. pag. 379. A. ait: ἐστὶ δ' ἑκάστῳ τις αὐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἐχθρός: *Est autem unicuique eorum, ut par est, inimicus aliquis.* Nec enim, ut censet Libanius pag. 821. fieri potest, ut qui homines sint, non simultatis aliquid habeant; οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν ἀνθρώπους ὄντας μὴ καὶ δυσχεραίνεσθαι. Ista erat fortuna Neronis, ab omnibus destituti, quam miseriam declarat ejus illa vox, quam habet Sueton. in cap. XLVII. *Ergo ego nec amicum habeo, nec inimicum?* Hinc quam sit absurdum, miserum talem & abjectum hominem adhuc odisse qui misericordia potius sit dignus, depromit Quintil. declam. IX. pag. 56. *Unde*, inquit, *tantum misero boni, ut inimicus sit? aspice solum, egentem, senem, omnibus præsidiis destitutum: nonne contumeliam fortunæ tuæ facis, si hunc odisti, & adhuc tua putas interesse, ne vivat? nulla tibi contingere major ultio potest, quam si talis est, ut illius etiam nos misereamur.* Similiter abjectam & humilem eam fortunam dixeris, quæ *invidia* caret: unde Themistocles ajebat; se juvenem in nullo fuisse splendore, quod nondum sibi tunc temporis invideret quisquam: Θεμιστοκλῆς ἔτι μειράκιον ὢν οὐδὲν, ἔφη, πράττειν λαμπρὸν, οὔπω γὰρ φθονεῖσθαι. referente Plutarcho in libello de Odio & Invid. pag. 537. E. Hinc neque pauperi dives inviderit. Cujus rei absurditatem ostendit justa illa Quintiliani indignatio,

tio, Declam. XIII. pag. 77. *Quo non penetras, livor improbe? quidve scabra malignitati clausum est? Invidit pauperi dives.*

415. *Miserum est tacere c. q. c. c.*] Æque ut loqui cogi, quod tacitum cupis. Ita queritur Orestes apud Lib. pag. 294. a se, suas ut prædicet ærumnas, postulari; etiamnum ne silentium quidem ad consolationem permitti, verum illud quoque cum fortuna eripi. Inf. 791.

Heu dolor quam miser est, qui in tormentis vocem non habet.

Et 793.

Heu quam miserum est ab eo lædi, de quo non ausis queri!

Zwinger. addit, pag. 681. *Nam multo minus licebit facere, quæ cupis.*

417. *Mora cogitationis diligentia est.*] Sic Auson. pag. 117. v. 225. in illo Periandri:

Μελέτη τὸ πᾶν: *qui dixi; & dictum probo:*
Meditationem id esse totum quod geras.

Sed forte legendum: *diffidentia est.* Qui enim diffidit, consilia multa cogit intra pectus, sed nullum audet sequi.

418. *Mora omnis odio est s. f. s.*] Zwing. ait: *Ne quid agamus temere aut inconsulte.* Bene igitur Hanno in Senatu Carthaginensium causam fœderis agens, de legatis Romanorum ab Annibale pulsis &c. *Hi tamen unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt, res ex fœdere repetunt. Publica fraus absit: auctorem culpæ, & reum criminis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius incipiunt; eo, quum cœperint, vereor ne perseverantius sæviant.* apud Liv. l. XXI. p. 192.

419. *Mori est felicis a. m. i.*] Zwing. interclusit (*fecilius*) & addit: *dum adhuc jucunda est vita.* Est autem Senecæ Consol. ad Marc. cap. XX. *Non enim*

tam cumulus bonorum jucundus esse potest, quam molesta decessio; ut loquitur Cic. l. 1. Tusc. Q. pag. 134. Et refert huc Laconis illam vocem ad Rhodium Diagoram, qui, cum ipse esset Olympionices nobilis, uno die duos suos filios victores Olympiæ vidisset: *morere, Diagora, non enim in cœlum ascensurus es.* Ut vero huic ille Laco inutile putabat, cunctari diutius in vita, cui tantam existimabat obtigisse felicitatem; eodem modo sibi ipse moriendum censet in tanto suo gaudio juvenis ille, quem ita exclamantem inducit Comicus in Eun. a. III. s. 5.

—— —— —— pro Jupiter!
Nunc tempus profecto est, cum perpeti me possum interfici,
Ne vita aliqua hoc gaudium contaminet ægritudine.

Hinc Phocenses Philippi fraude deceptos, *miserantes nunc vicem suam, quod in eam diem vixissent, nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent,* describit Justin. pag. 68. Ita in Tragœdiis vix familiarius quicquam videas lugentibus, quam mortem invocare, ejusque tarditatem incusare. Sic Creon apud Soph. in Antig. 1287. ob uxoris & filii sui mortem:

—— —— τί μ' οὐκ ἀνταίαν
Ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει.

Quare me non hostiliter percussit quis ancipiti gladio? Et Hercules in Trach. 1023. in cruciatibus suis:

—— —— —— ποῦ πόθεν ἐστ' ὦ
Πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δὴ
Πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων,
Ὠλεκόμαν ὁ τάλας. καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
Οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει.

Ubi nunc estis, o Græcorum omnium injustissimi viri, quorum ego mare multipliciter, & omnia nemora dum purgo, perii miser! Et nunc nemo est, qui in me ita morbo affectum ignem vel ferrum salutare convertere velit. Egregie porro

Porro hanc ſententiam exſequitur apud Herodotum Artabanus, quum Xerxes, ingentis illius exercitus ſui, neminem ad centeſimum annum ſuperfuturum doleret; cui ille; In vita multo tamen flebiliora patienda eſſe, reſpondit, in tam brevi enim vita nullum adeo felicem eſſe, qui non aliquando mortem præ vita optaret; intervenientes enim res adverſas parere tædium vitæ quantumvis brevis. Ἐν γὰρ οὕτω βραχέϊ βίῳ, inquit, οὐδεὶς οὕτω ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε, οὔτε τουτέων οὔτε τῶν ἄλλων, τῷ οὐ παραστήσεται πολλάκις, καὶ οὐκὶ ἅπαξ, τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ ζῆν· αἵ τε γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσαι, καὶ αἱ νοῦσοι συνταράσσουσαι καὶ βραχὺν ἐόντα, μακρὸν δοκέειν εἶναι ποιεῦσι. in lib. VII. pag. 457. B. Huic accedit tantum non interpres Seneca, qui egregie Epiſt. XCIX. in hanc ſententiam diſputat; *Propone profundi*, inquit, *temporis vaſtitatem, & univerſum complectere. deinde hoc quod ætatem vocamus humanam, compara immenſo: videbis quam exiguum ſit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrymæ, quantum ſollicitudines occupant, quantum mors ante quam veniat optata, quantum valetudo.* &c. In eadem defixus conſideratione etiam Plin. N. H. VII. cap. 50. metitur ſpatium humanæ vitæ: *Nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent, non ſenectæ in pœnam vivacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata morte, ut nullum votum frequentius ſit.*

420. *Mori neceſſe eſt, ſed n. q. v.*] Zwing. 413. *Aliquando*, inquit; *optant mortem homines, cum mori non putant, at potius vivere. Non oportet quoties accidit aliquid in vita moleſti mortem petere, quaſi liceat reviviſcere.*

421. *Mortem timere crudelius e. q. m.*] Sic apud Auſon. Periander:

Mortem optare malum: timere pejus.

Cic. I. Tuſc. Quæſt. pag. 117. *Quæ enim poteſt eſſe*

in vita jucunditas, cum dies & noctes cogitandum sit, jam jamque esse moriendum? Bene idcirco in Anthol. Poëta profitetur se non lugere illos, qui dulcem vitam reliquerint, sed illos, qui in continua mortis exspectatione vivant: est in l. 1. cap. 39.

Τὰς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος οὐκ ἔτι θρηνῶ
Τὰς δ' ἐπὶ προσδοκίῃ ζῶντας ἀεὶ θανάτου.

Eodem modo *insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper* statuas, quod confessum fuisse Julium Cæsarem, ex Suet. discimus in cap. LXXXVI. Quin & pœnam timere quam pati gravius esse. unde Claud. II. in Ruff. v. 140.

——— *pœnamque luit formidine pœna.*

Egregius etiam Cassiodori est locus, ubi suadet alicui, ut captivos relaxet. l. XI. ep. 40. *Non est unum clausis exitium: multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torquetur. Nunc ergo reos de Averno tuo victuros remitte.* Vid. me: *Mali metus idem* &c.

422. *Mortem ubi contemnas o. v. m.*] Supra 259.

Heu quam est timendus, qui mori tutum putat.

Egregie Senec. ad Helv. cap. XIII. *Ex quo pectore mortis metum ejeceris, in id nullius rei timor audebit intrare.* Et Simplicius apud Stob. pag. 174. Ὁ δὲ πρὸς θάνατον οὕτως ἔχων, τί ἂν ἄλλο τῶν δοκούντων δεινῶν καταπλήξειε; *Qui vero ita erga mortem est animatus*, ut nimirum eam non modo non timeat, sed & ejus amore ducatur, *quid præterea eorum, quæ gravia videntur, extimescet?* Hinc Dido apud Virg. IV. Æn. 604.

Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, natumque patremque
Cum genere exstinxem; memet super ipsa dedissem.

Pulcrum etiam est illud Arriani ubi dicit; sublato mortis metu, in gravissimis tempestatibus, in maximo tonitru & fulgure, serenitatem tamen & tranquillitatem in principe animi parte inveniri. ad Epict. 193.

&

& seq. Ἐπεί τοι ἆρον τὸν φόβον τοῦ θανάτου, καὶ φέρε ὅσας θέλεις βροντὰς καὶ ἀστραπὰς καὶ γνώσῃ ὅση γαλήνη ἐστὶν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καὶ εὐδία.

423. *Muliebris lacryma c. m.*] Supra 155.

Didicere flere feminæ in mendacium.

Eleganter hunc locum expressit Achilles Tat. l. VI. pag. 149. Ἔστι μὲν γὰρ φύσει δάκρυον ἐπαγωγὸν ἐλέου τοῖς ὁρῶσιν· τὸ δὲ τῶν γυναικῶν μᾶλλον, ὅσῳ θαλερώτερον, τοσούτῳ καὶ γοητότερον. *Ita enim natura comparatum est, ut lacryma videntes ad misericordiam moveat: præsertim vero muliebris; utpote tanto fraudulentior, quanto densius profusa.*

424. *Mulier cum sola c. m. c.*] Nam animo malo est mulier; unde Eurip. in Hipp. eas vocat *adulterinum malum hominibus*, apud Stob. serm. LXXI.

Ὦ Ζεῦ· τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; &c.

Qui alibi mulierem vocat *malum efferatissimum.* Atqui ut supra dixit Noster:

Malus animus in secreto pejus cogitat.

In promptu igitur est conclusio. Sed potest etiam dici: quia cogitat vel de victu, vel de amore. At victus non cogitatione paratur, sed labore. Sic Hesiod. in Operib. de homine otioso. Idem forte voluit Eurip. apud Stob. serm. LXXI. *Ubique sumus inferiores, si destituamur viris.* &c. Zwing. 507. ait: *mulier apud se cogitabunda aliquid mali volvit in animo: pudor enim cohibet eum sexum, qui abest in solitudine.* Vid. me titul. *Solitudinis.*

425. *Mulier quæ multis n. m. n. p.*] Sic inf.

Multis placere quæ cupit, culpam capit.

Zwing. p. 210. 661. & 1547. interpretatur: *aut enim infelix, aut incontinens, aut inconstans, aut morosa est, nam quæ nubit marito secundo, priori displicuit, a quo divertit.*

426. *Multa ignoscendo fit p. p.*] E contrario autem, ut dicet infra:

Suis qui nescit parcere, inimicis favet.

De Dionysio tyranno notabilis hic est historia apud Diod. Siculum pag. 450. D. Quum nimirum, ingentem captivorum numerum sibi crudelissima metuentem, absque ullo pretio liberos dimisisset; *ingentes eum apud benigne tractatos laudes consecutum esse, adeo ut aureis quoque coronis eum remunerarent.* Talem potentium clementiam extollit etiam Quintil. Declam. IX. pag. 56. Quum dicit: *Nescio quomodo omnis pro laborante favor est, nec ulla perpetuam gratiam servat, nisi modesta victoria.* Similiter rex bonus, ut major appareat illis, qui injurii fuerunt, non nocendo, sed benefaciendo hoc consequetur, ut notat Themist. pag. 136. edit. Petav. Ἠπίστατο γὰρ, (de Lycurgo loquitur) ὅτι οὐκ ἀντιβλάπτοντα χρὴ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, ἀλλ᾽ εὖ ποιοῦντα, μείζω φαίνεσθαι τῶν ἠδικηκότων. Ulterius procedit idem pag. 231. & talem *regem omnium hominum* vocat, qui clementiam cum potentia jungit. Ὅστις, inquit, κρατεῖ μὲν, φείδεται δὲ, οἶδεν ἑαυτὸν βασιλέα πάντων ἀνθρώπων· καὶ μᾶλλον ἐκείνων, οὓς διετήρησε καὶ διέσωσεν, ἐξὸν ἀνελεῖν παντελῶς. Vid. locos: *Clementiæ laus effert.*

427. *Multis miratur, qui n. f. i.*] Apposite Senec. I. Clem. cap. 8. *Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat.* Etenim, docent exempla, quam sæpe non possit sisti, qui a nequitia cœperit impetum. Quod unus pro multis satis ostendet Amulius pulso fratre, regnans; de quo Liv. p. 3. *Addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit.* Adde Zwing. p. 1198. *Omnes suspectum habent eum, qui vim fecerit.* Vide me: *Injuriam aliis factam sibi metuunt similes.* Item: *Injuriantes odere etiam, qui non adjuvant.*

428. *Multis placere q. c. c. c.*] Inde Plaut. in Pœn. V. IV. 33.

Multa sunt mulierum vitia: sed hoc e multis maximum est,

Cum

Cum sibi nimis placeant, nimisque operam dant, ut placeant viris.

Idcirco improbatur apud Stob. *& aspicere & aspici mulierem* eamque ad pulcritudinem compositam, addito, utrumque ad res inhonestas incitamentum esse. pag. 661. ἐπὶ ὁρᾷν, ἐπὶ ὁρᾶσθαι γυναῖκα, καὶ ταῦτα ἐξησκημένην πρὸς κάλλος· ἐπίσταται γὰρ ἀμφότερα πρὸς ἃ μὴ δεῖ. Supr. vs. 425.

Mulier, quæ multis nubit, multis non placet.

Et inf. 582.

Quæ vult videri bella nimis, nulli negat.

429. *Multorum calamitate v. m. b.*] Quia est *publicum bonum*, ut loquitur Philo pag. 813. in lib. de Somn. quare idem auctor in lib. de sac. Abel. & Cain. pag. 214. testatur, se, quum in aliqua domo aut urbe bonum virum conspexerit, illam propter ipsum beatam prædicare: *Deo ultra modum mensuramque divitias suas in gratiam dignorum etiam in indignos profundere solito.* Egregie huc quoque facit illud, quod refert Joseph. Ant. Jud. pag. 315. E. de Joa Samariæ rege quum vates Elisæus senex jam in morbum incidisset, & extremum duceret spiritum; eum ab rege *Patrem & Clypeum* appellatum; quo nimirum vivo non tam armis contra hostes opus fuisset, quam ipsius prædictionibus. Simile est ratiocinium Sallustii in B.C. p. 44. *Ac mihi, multa agitanti, constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse, eoque factum uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret.* Vide & locos: *Vir bonus totam civitatem* &c.

430. *Multa ante tempus q. v. i. b.*] E contrario autem; ut dicet inf.

Nulli facilius, quam malo invenias parem.

Pittacus dicenti: virum bonum quærendum esse, respondit: ἂν λίαν ζητῇς, οὐχ εὑρήσεις. *Etsi valde quæsieris, non invenies.* Diog. Laert. pag. 52. Et Plato, se venisse

se in Siciliam, *bonum virum quærendi gratia*. Apud Plutarch. in Dion. cap. 5. Talem igitur intelligit Seneca, quem non tantum non quærit, verum nec facile invenire sperat, quum dicat; *illum fortasse, tanquam phœnicem, semel anno quingentesimo nasci*. Epist XLII. Huc facit illud Juvenalis XIV. Sat.

——— ——— —— Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque sub axe;
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.

Egregius est locus Antiphanis Comici; ubi quispiam postquam dixit plures esse pavones, quam cothurnices, tunc temporis, quum olim valde rari fuissent; lepide mox addit:

Χρηστὸν ἄνθρωπον ἢ γ' ἄν τις ἕνα μόνον ζητῶν ἴδῃ
Ὄψετ' ἐκ τούτου παῖδας πονηροὺς πέντε γεγονότας.

Bonum virum autem si quis quærens conspiciat, videbit ex eo satos improbos quinque liberos. apud Athen. p. 654. E.

431. *Multos timere debet, q. m. t.*] Inf. 435.
Necesse est multos timeat, quem multi timent.

Zwing. pag. 259. ait: *cum a paucis ametur tyrannus.* Nam, ut Ennius apud Cic. II. Off. *quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit.* Quo pertinet etiam hoc Senecæ I. Clem. cap. 12. *Nam, & invisus est, quia timetur, & timeri vult, quia invisus est. Nec illas ipsas manus, quibus se commisit, secure aspicit: & illo execrabili versu qui multos dedit præcipites, utitur:*

Oderint dum metuant.

&, ut loquitur Tragicus in Oedip. v. 706.

Timet timentes: metus in auctorem redit.

Bene Auson. pag. 119.

Multis terribilis caveto multos.

Hoc ipsum erat, quod vel maxime torquebat Alexandrum Magnum, ob interfectum Clytum pœnitentia ductum. Prout de eo Curtius testatur l. VIII. pag. 274. *Cæterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum*

animos

animos videbat attonitos: neminem cum ipſo ſociare ſermonem poſtea auſurum. Vivendum eſſe in ſolitudine, velut feræ beſtiæ, terrenti alias, alias timenti. Non ita diſſimilis eſt locus apud Dion. Chryſoſt. pag. 133. D. qui eodem modo tales homines cum canibus comparat. &c. *Illi enim fugientes inſequuntur, & mordent dilacerantque quos apprehendunt; illos vero, qui ipſi invadere audent & pugnaces ſunt, timent & recedunt ab eis.* Vivebat tamen ita Tiberius in ſeceſſu ſuo; quod patet ex eo, quod refert Sueton. cap. LXXII. monitum nempe, *ut vim multitudinis caveret*, non auſum fuiſſe urbem intrare, atque ita proſpectis quidem at non aditis urbis mœnibus rediiſſe.

432. *Muneribus non lacrymis m. e. m.*] Unde ſi nihil illis attuleris, ibis videlicet foras; prout in Comœdiis Plauti & Terentii paſſim repræſentari illorum ingenia videmus. Sic illa in Aſinaria a. III. ſc. I. vſ. 30.

Nunc adeo niſi huc mihi argenti affert viginti minas,
Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lacrumarum foras.

Nec minus egregie ludit ſervus ille in Pſeud. I. I. 99.

Niſi tu illi drachmis fleveris argenteis,
Quid tu iſtis lacrumis te probare poſtulas.

Sic ibid. ſc. III. v. 76. leno:

—— *cum argentata accedito querimonia.*

Adde Terent. Phorm. III. II. 12.

Adeone ingenio eſſe te duro atque inexorabili.
Ut neque miſericordia, neque precibus molliri queas.

Sic loquitur de meretriculis Corinthiacis Chremylus ille apud Ariſtoph. in Plut.

Si quando pauper eas ſollicitando ambiat,
Nullam rationem ejus habere: at ſi quiſpiam
Dives, ſtatim illi facere copiam ſui.

Meretricis ſunt verba iſta apud Ariſtænetum lib. I. ep. 14. Ὑμεῖς μὲν ὀρέγεσθε κάλλους, ἐγὼ δὲ χρημάτων. *Vos quidem formam concupiſcitis, ego vero pecuniam.* Talem deſcri-

ſcribit Laidem Libanius; ejus hoc fuiſſe ſtudium dicens: rivales, ad decertandum inter ſe muneribus, irritare; per quæ tantum victoria paratur ei, qui dando alterum ſuperavit. Additque τοιαύτην γὰρ ἔχουσιν τέχνην, δελεάζουσαι τοὺς νέους εἰς αὐτὰς δαπανᾶν τὰς οὐσίας. *Talem enim artem exercent, quæ ineſcant juvenes, ad impendendas ſibi pecunias.* pag. 572. D. Idcirco bene dixit Euripides in Bacchis: *Non viribus vincendæ fœminæ, ſed perſuaſione.* Egregie ad hæc alluſit Poëta in Anthologia I. cap. 27. epig. 6. quo Telembrotum monet, ne ſperet flendo Amorem flecti poſſe, magis quam paululo aquæ vehementem aliquem ignem exſtingui. Aurum ſiquidem ſemper fit remedium Amoris; qui ne tunc quidem exſtinctus ſit, quum in vaſto olim pelago naſceretur.

Μὴ κλαίων τὸν ἔρωτα δοκεῖ, Τηλέμβροτε, πείσειν,
  Μηδ᾽ ὀλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπνεές·
Χρυσὸς ἔρωτος ἀεὶ Παιώνιος. ἐσβέσθη δ᾽
  Οὐδὲ πότ᾽ ἐν πολλῷ τικτόμενος πελάγει.

Nec minus elegans eſt illud: l. VII. epig. 157. quærentis de ſua calamitate, Lunamque & Stellas invocantis; quod ab amica derelictus, per dies jam ſeptem illam magicam nondum invenire potuerit; quare ſe emiſſurum dicit, Veneris indagatores, argenteos canes.

Μήνη χρυσοκέρως δέρκῃ τάδε, καὶ πυριλαμπεῖς
  Ἀστέρες, οὓς κόλποις Ὠκεανὸς δέχεται;
Ὥς με μόνον προλιποῦσα μυρίπνοος ᾤχετ᾽ Ἀρίστη·
  Ἑκταίην δ᾽ εὑρεῖν τὴν μάγον οὐ δύναμαι.
Ἀλλ᾽ ἔμπης αὐτὴν ζητήσομεν, ἢν ἐπιπέμψω
  Κύπριδος ἰχνευτὰς ἀργυρέους σκύλακας.

433. *Mutat ſe bonitas i. i.*] Zwing. 1051.
Boni fiunt mali, ſi provoces.

434. *Naturam abſcondit, cum r. i. f.*] Sic ſupra:
Exeritur opere nequitia, non incipit.

435. *Neceſſe eſt multos timeat, q. m. t.*] Eſt verſus Laberii apud Macrob. II. Saturn. cap. 7. Superius paulo: *Mul-*

Multos timere debet, quem multi timent.

Nicoclem suum Isocrates monet, ut metus eximat civibus suis, neque velit esse terribilis illis, qui nihil mali patrarint; addita hac ratione, eodem ipsum erga illos futurum animo, prout illos erga se animaverit, sic enim loquitur pag 43. Τοὺς φόβους ἐξαίρου τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου φοβερὸς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν, ὅπως γὰρ ἂν σὺ τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. Acute Seneca 1. de Clem. cap. 19. *Errat, si quis existimat tutum esse ibi regem, ubi nihil ab rege tutum est.*

436. *Necessitas ab homine q. v. i.*] Sic legati Tarquiniensium defectionis veniam petentes apud Romanos; hoc ipsum ad suam excusationem trahunt, dicendo: *Ne appellarent consilium, quæ vis ac necessitas appellanda esset.* apud Liv. lib. VII. pag. 127. Hoc genus excusationis etiam non prætermisit in Institutione sua oratoria Quintil. qui pag. 409. docet: *Excusationem esse aut ignorantiæ, aut necessitatis.* Quare etiam Ammianus bene *necessitatem* opposuit *cupiditati*, de Proculo quodam Sylvani Domestico: *sed adserebat factum Sylvani constanter, id eum cogitasse, quod iniit, non cupiditate, sed necessitate compulsum, argumento evidenti demonstrans.* in lib. XV. pag. 54. Huc facit egregie Quintilianus in declam. XII. pag. 72. ubi loquitur de fame, quam *magistram peccandi*, & *durissimam necessitatum* vocat: *Hæc*, inquit, *ad humile opus nobiles manus mittit; hæc alienis pedibus mendicantes prosternit; hæc sæpe sociorum fidem fregit, hæc venena populis publice dedit; hæc in parricidium pios egit.*

437. *Necessitas dat legem, n. i. a.*] Nam, ut mox dicturus est:

Necessitati quodlibet telum utile est.

Quocirca etiam bene pronunciat Consul Sempronius apud Liv. l. XXIII. p. 240. *quæ fortuna coëgisset ita fieri, eandem cogere tueri factum.*

439. *Necessitas quam pertinax r. t.*] Hinc Athenienses,

ses, ad egestatem delapsos, quando Macedonico bello res valde essent accisæ, quo perduxerit necessitas, annotat Pausanias, dicens; *egestate potius quam libera voluntate eos compulsos fuisse, sociam civitatem Oropum diripere*, ut est in l. VII. pag. 184. vers. Lat. in Fol. Eandem civitatem, belli Mithridatici tempore in parem servitutem redactam, egregie nobis describit Vellej. pag. 38. quum ab Romanis obsideretur; *Cæterum*, inquit, *tum oppressi Mithridatis armis homines miserrimæ conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis, & animos extra mœnia; corpora, necessitati servientia, intra muros habebant.* Idem de J. Cæsare pag. 63. scribit: eum progressum Brundisium usque, cum transgressos reperisset Consules, in urbem revertisse; & reddidisse rationem consiliorum suorum in senatu & in concione, ac *miserrimæ necessitudinis, cum alienis armis ad arma compulsus esset.*

440. *Necessitas quod celat. f. q.*] Tale est, quod dicit Apulejus p. 56. sub latronis persona: *Tune solus ignoras, longe faciliores ad expugnandum domus esse majores? quippe, quod licet numerosa familia latis deversetur ædibus, tamen quisque magis suæ saluti quam domini consulat opibus. Frugi autem & solitarii homines Fortunam parvam, vel certe satis amplam dissimulanter tectam, protegunt acrius, & sanguinis sui periculo muniunt.* Alias vero *multa*, ut loquitur Sen. in Thyest. vs. 332.

—— —— *trepidus solet*
Detegere vultus: magna nolentem quoque
Consilia produnt.

441. *Necessitas quod poscit, n. d. e.*] Hinc bene Cassiod. IX. Epist. 13. dicit: *sub quadam excusatione peccare creditur, cui necessaria non præbentur.*

442. *Necessitatem ferre, non f. a.*] Videtur sumptum de Seneca Tranq. cap. XV. *Est enim sapientis*, ut loquitur. Cic. XI. Phil. pag. 644. *quicquid homini accidere pos-*

possit, id præmeditari ferendum modice esse, si advenerit. Majoris omnino est consilii, providere, ne quid tale accidat: sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenerit. Hujus itaque non fletus, sed, Bacchi exemplo, potius constantissima hæc vox audietur, ut est apud Hor. I. ep. XVI. vs. 72.

—— —— —— *Pentheu*
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges? &c.

443. *Necessitati quodlibet t.u.e.*] Vide sup.
Necessitas dat legem non ipsa accipit.

444. *Necessitati sapiens n.u.n.*] Vere sapientem eum pronunciat Simplicius pag. 217. *qui necessitati assentitur, & comitatur, nec renititur, sed strenue sequitur.* Hoc ipsum militibus suis Decius exponit apud Liv. lib. VII. pag. 133. *In eo enim loco res sunt nostræ, ut ego vobis magis necessitatis vestræ index, quam consilii auctor sim. neque enim maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest; quum præter arma & animos armorum memores, nihil vobis Fortuna reliqui fecerit.*

445. *Necessitatis est remedium p.*] Si parseris rei tuæ, medeberis necessitati. i.e. non incides in necessitatem. Sic supra:
Incertus animus remedium est sapientiæ.
i. e. non incides in sapientiam, si semper incerto sis animo. Nam, ut dixerat ante:
Gravis animus dubiam non habet sententiam.
Dixit heic ergo; *sero esse in fundo parsimoniam.* Talem parcitatis studiosum nobis exhibet Plin. lib. VI. ep. 8. *Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens, nullis quæstibus sustinetur, nullus illi nisi ex frugalitate reditus.*

446. *Nec mortem effugere q.n.a.p.*] Est locus Menandri apud Stob. pag. 611. sane quam lepidissimus; ubi dicit, juvenibus, quibus quidem pecuniæ satis est, præ-

præcipiendum esse, ut ament; illos vero, qui hanc rem differant in senectutem, tunc adhuc tarditatis usuram persolvere.

Τῆς ἐσίας ὅσοις μὲν ἐν πέρας ἔχει
Νέοις ἔτ' ἐσι τἔτο προσαιτεῖν πιεῖν.
Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς πιέμενοι,
Οὗτοι προσεκπίνεσι τε χρόνε τόκες.

Quid mirum autem si homines non effugiant amorem quum nec ipsi Dii, *quamdiu certe corporum formositas, & amor ac amoris affectus erit, cessaturi sint puellas in flore ætatis admirari & adire*, ut agit Libanius in Neptuni actione pag. 545. Mortis necessitatem exponens Arrianus ad Epict. pag. 98. bene postulat, sibi locum, sibi homines ostendi, ad quos confugiens eam evitet. Μηνύσατέ μοι τὴν χώραν. μηνύσατε ἀνθρώπες, εἰς ἕς ἀπέλθω, εἰς ἕς ἐ παραβάλλει. &c. Hinc Sirach. cap. XL. v. 1. & seqq. dicit omnibus hominibus negotium magnum & grave jugum impositum esse per totam vitam; illisque, quod ad eorum cogitationes & timorem attinet, commentum exspectationis esse diem obitus; ab summo & insigni ad infimum abjectumque. &c. Τὲς διαλογισμὲς αὐτῶν ϗ φόβον καρδίας, ἐπίνοια προσδοκίας, ἡμέρα τελευτῆς· ἀπὸ καθημένε ἐπὶ θρόνε δόξης, ϗ ἕως τεταπεινωμένε ἐν γῇ ϗ σποδῷ. ἀπὸ φορῦντος ὑάκινθον ϗ στέφανον, ϗ ἕως περιβαλλομένε ὠμόλινον. In sacris etiam litteris monemur; constitutum esse hominibus, &, tanquam lege reposita, sancitum; ut semel moriantur. in Epist. ad Heb. IX. 27. Ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν.

447. *Nec vita nec fortuna h. p. e.*] Hinc Libanius de regum initiis ex persona Orestis multa ubi disseruit; & de patre suo eum addere facit illud, illum felicem quidem atque illustrem fuisse, sed in primo vitæ curriculo. Ὁ γὰρ ἐμὸς πατὴρ, ὦ ἄνδρες· ἵνα τὰς ἡμετέρας τύχας ἄνωθεν διηγήσωμαι· ἦν μὲν εὐτυχὴς ϗ λαμπρὸς, ἀλλὰ τὰ πρῶτα τε βίε. pag. 282. Et bene idem pag. 524. diffi-

difficile esse censet; quenquam ad finem usque felicem esse. Χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον διὰ τέλους εὐτυχεῖν. Utriusque autem & *vitæ* & *fortunæ* hanc considerationem muri suo urbano tribuit Horatius II. Sat. 6. vs. 95. quum ita loquitur:

——————— terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita: neque ulli est
Aut magno aut parvo leti fuga. Quo bene circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus.

448. *Negandi causa avaro n. d.*] Qui non dat libenter, semper aliquam invenit causam, cur non det.

449. *Negata est magnis sc. s. f.*] Utique si sint occulta; vide Rittersh. p. 317. ad illa Salviani verba: *Solet res flagitiosa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri.* Sumptum est autem ex Sen. Hippol. v. 160. Et interpretor: non credimus scelera facta esse, quia non putatur quis *repente pessimus*, vide me in eo loco communi. De Rhodiis annotat Polyb pag. 710. illos nuncianti captivitatem Cianorum & Philippi in eos crudelitatem, *propter magnitudinem perfidiæ, ut fidem haberent, animum inducere non potuisse.* Hinc etiam indignatio illa Persei, quod sibi statim non haberetur fides, quum parricidii crimine, quamvis conficto, fratrem Demetrium apud patrem accusaret; apud Liv. l. XL. pag. 507. ubi, silente patre, ita Perseus: *Aperienda nimirum nocte janua fuit, & armati commissatores accipiendi, præbendumque ferro jugulum, quando non creditur, nisi perpetratum facinus: & eadem petitus insidiis audio, quæ latro atque insidiator.* Quin etiam ne si sit quidem perpetratum tale facinus, tamen creditur cæteris; prout est apud Quintil. Fil. in declam. pag. 23. ubi de parricidio etiam sunt verba: *Vis mirer, pater, si non creditur futurum, quod etiam cum factum est, non creditur.* Nec tantum parricidii, sed & *gravissimi cujusque sceleris difficillimam esse fidem* dicit Quintil. Inst.

pag. 240. Hoc ipsum erat quoque, cui Favorinus apud Gellium l. xix. cap. 3. turpius esse dicebat exigue atque frigide laudari, quam insectanter ac graviter vituperari. Quum male dicens & vituperans quanto acerbius id faciat, tanto iniquior judicetur; *& plerumque propterea fidem non capiat.* Hinc fere magna scelera apud posteros imprimis fidem nullam inventura supponuntur. Unde Seneca in Thyest. vs. 754.

——————— O nullo scelus
Credibile in avo, quodque posteritas neget.

Et in Octav. vs. 358.

Ferro es gnati moritura tui,
Cujus facinus vix posteritas,
Tarde semper credula, credet.

Bene igitur Libanius ait: multa facinora audita fidem non facere, quæ tamen committantur. pag. 760. πολλὰ μὲν γὰρ τῶν ἀδικημάτων ἀκοῦσαι μὲν ἐστὶν ἀπίθανα πράττεται δέ. Egregie huc quoque facit locus Papinii l. v. Sylv. carm. ii. vs. 84. ubi culpam matris, ob venenum filio Crispino paratum, damnatæ, rejicit in Deos; tanquam scelus quod per rerum naturam fieri non posset, sed fato accidere debuerit; adeoque etiam fidem apud posteros invenire non debeat.

Parce precor cineri. fatum illud & ira nocentum
Parcarum, crimenque Dei, mortalia quisquis
Pectora sero videt. nec primo in limine sistit
Conatus scelerum, atque animos infanda parantes.
Excidat illa dies avo, ne postera credant
Secula. nos certe taceamus, & obruta multa
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.

Similiter Sen. in Troad. 165.

Majora veris monstra vix capiunt fidem.

450. *Negat sibi ipse qui q. d. e. p.*] Mart. iii. epig. 51.
Cum dare non possim, quod poscis, Galla, rogantem,
Multo simplicius, Galla, negare potes.

Idem

Idem IX. epig. 37.

Non ego, quod poscis, res negat ipsa tibi.

Optime id ipsum exprimit quoque Sidonius Apollinaris carm. XXIII. v. 10. ad Consentium, qui ab ipso carmina petierat:

Nam cum carmina postules diserte,
Suades scribere, sed facis tacere.

Stultitiæ igitur non immerito arguitur apud Sophoclem ille, qui, omissa mediocritate, immodica petit in vita. Est in Oedip. Col. v. 1254.

Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους
Χρῄζει τοῦ μετρίου παρεὶς
Ζώειν, σκαιοσύναν αἰεὶ φυλάσσων
Ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.

Nam, ut est in isto Trochaico:

Qui petit negata cunctis, quæ petit sibi negat.

Egregie porro hac de re disserit Xenoph. in illo colloquio Cambysis & Cyri lib. I. Cyrop. pag. 26. ubi Cyrus loquitur de talibus, qui petunt ea a Diis, quæ sint præter leges divinas. Veluti siquis equestris proelii victoriam adipisci a Diis petat, qui equitare non didicerit &c. addens: Τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους. *Qui autem optarent ea, quæ non fas sit: illos ajebas merito sic apud Deos nihil impetrare, ut qui petunt iniqua, repulsam apud homines ferunt.* Quem locum sane quam pulcre expressit Arrianus, alter vere Xenophon; quum in toto universo similiter sese rem habere dicit, atque in domo aliqua bene constituta. In hanc siquidem nemo ingressus sese gubernatorem impune gesserit; similiter totius universi etiam esse quasi patremfamilias dicit; qui & sic omnia disponat; & dicat huic: *Tu potes exercitum ad Ilium ducere. Esto Agamemnon.* illi: *Tu singulari certamine cum Hectore congredi potes. Esto Achilles.* Εἰ δὲ Θερσί-

της παρελθὼν ἀντεποιεῖτο τῆς ἀρχῆς, ἢ οὐκ ἂν ἔτυχεν, ἢ τυχὼν ἂν ἠσχημόνησεν ἐν πλείοσι. *Quod si Thersites prodiret atque imperium sibi vendicaret, aut voto frustraretur, aut eo potitus in plerisque turpiter sese daret.* in Comm. ad Epict. pag. 300. Simplicius etiam ad eundem Epict. pag. 194 totum habet caput, quo ostendit; *non ei studendum esse, quod per sese optimum sit; sed ei, quod sit ex iis, quæ nobis accommodata sunt, optimum.* Optime huc facit id quod refert Sall. in B. J. pag. 106 ubi, quum C. Marius consulatum petendi gratia Romam proficisci cuperet; eum quasi per amicitiam Metellus monet: *ne tam prava inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda esse: debere illi res suas satis placere: postremo caveret id petere a Populo Rom. quod illi jure negaretur.* Adde Cassiod. qui lib. v. ep. 6. in precibus concipiendis similia monet: *Suscipienda precatio est, quæ publicis utilitatibus non repugnat: & amplectenda desideria privatorum, quæ sic remedia quærunt, ut nobis non videantur generare dispendium.*

451. *Nemo qui cœpit ex se, r. p.*] Est Senecæ de Injur. cap. XVII. Plane ut Agesilaus, hoc ipsum suo demonstrans exemplo; qui quum esset claudus, florentis quidem corporis flore id vitium tegebat; imprimis autem emendabat eo, quod id facile hilariterque ferret, primusque semet ipse jocaretur, risumque ex se inciperet; τὴν τε τοῦ σκέλους πήρωσιν, ἥ τε ὥρα τοῦ σώματος ἀνθοῦντος ἐπέκρυπτε, καὶ τὸ ῥᾳδίως φέρειν καὶ ἱλαρῶς τὸ τοιοῦτο, παίζοντα καὶ σκώπτοντα πρῶτον ἑαυτὸν, οὐ μικρὸν ἦν ἐπανόρθωμα τοῦ πάθους, ut loquitur Plut. in ejus vita cap. 2. Sapientis autem ea est vox, quam refert Senec. Epist. XXIX. *Constitui contumelias perpeti. moveat ille mihi risum; ego illi fortasse lacrymas movebo* &c. Et de Injur. cap XI. *Quidquid hujusmodi est*, (de contumeliis loquitur) *transcurrit sanitas & magnitudo animi sapientis; ut vanas somniorum species, visusque nocturnos, nihil habentes*

bentes solidi neque veri. Et de principe Augusto loquens lib. I. de Clem. c. 10. Bonum illum principem non aliam ob causam fatetur; quam quod *contumelias quoque suas, quæ acerbiores principibus solent esse, quam injuriæ, nulla crudelitate exsequebatur. quod probrosis in se dictis arrisit.* Optime huc faciunt etiam illa, quæ scribit Quintil. in Inst. pag. 630. *Cæterum vel facillimum est, ibi alienam culpam accusare, ubi fateris tuam.* Et mox: *Potest enim videri satis emendatus, qui in odium eorum, in quibus erraverat ipse, conversus est.*

454. *Nemo timendo ad s. p. l.*] Idcirco Livius lib. XXV. pag 277. ait: *in rebus asperis & tenui spe, fortissima quæque consilia tutissima sunt.* Timor enim homines parendi potius quam imperandi studiosos facit; quum contraria omnia agat animi fiducia. Sic Xenoph. pag. 768. D. Τὸ μὲν γὰρ θάρσος ἀμέλειάν τε καὶ ῥαθυμίαν καὶ ἀπείθειαν ἐμβάλλει, ὁ δὲ φόβος προσεκτικωτέρους τε καὶ εὐπειθεστέρους καὶ εὐτακτοτέρους ποιεῖ. Bene itaque Sallust. difficillimum hoc imprimis esse judicat, quod in Jugurtha laudat; quum ait, eum *& prælio strenuum* fuisse *& bonum consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet.*

455. *Nequitia pœna maxima i. s. e.*] Egregie Sen. Epist. LXXXI. *Minimum ex nequitia levissimumque ad alios redundat: quod pessimum est, & (ut ita dicam) spississimum, domi remanet, & premit habentem.* Atque ita revera οὐδεὶς δίχα ἀπωλείας καὶ ζημίας κακός ἐστι. *Nemo sine jactura & detrimento* seu *pœna malus est*, ut loquitur Arrian. ad Epict. p 153. Hinc iste mos, quo mulieres licentiam stupri apud ædiles vulgabant, inter veteres Romanos receptus, teste Tacito II. Ann. p. 77. *qui satis pœnarum adversum impudicas in ipsa professione flagitii credebant.*

456. *Nescio quid cogitat, e. b. i. m.*] Tunc est *pessimus*, ut supra v. 390. Unum talem pro multis gra-

phice describit Tacitus l. 1. Hist. cap. 71. de Othone; *contra spem omnium non delitiis, neque desidia torpescere. dilatæ voluptates, dissimulata luxuria*, &c.

457. *Nil agere semper i. e. o.*] Zwing. 1466. *Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic optimum est in otio vivere.* Hinc Horatius 1. Epist. 17.

Sedit, qui timuit ne non succederet.

Hinc itaque bene orditur Apologiam suam Demosthenes apud Liban. pag. 435. se nimirum arbitratum paulo ante fuisse dicens; *ei, qui ob nimis accuratum in dicendo studium summorum periculorum aleam subiisset, nihil tutius esse silentio.* Et in eadem oratione p. 460. D. Idem se sibi proponere ait illud Æschyli:

Μέν' ὦ ταλαίπωρ' ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις.

Mane, ô miser, quietus in lecto tuo.

Omnino autem, quicunque fuerit, *qui multa agit, sæpe fortunæ potestatem sui facit: quam tutissimum est raro experiri.* ut docet Seneca Tranq. c. XIII.

458. *Nil aliud scit necessitas q. v.*] Hæc enim etiam timidos fortes facit; Catilina apud Sallust. *Cum vos considero, milites, & facta vestra æstumo: magna me spes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur; præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit.* Et de Jugurtha idem Sallust. pag. 92. *Coactus*, inquit, *rerum necessitudine statuit armis certare.* Similiter Plutarchus in Sylla pag. 461. C. narrans eum cum exercitu suo concessisse in Bœotiæ campos patentes, relicta Attica aspera & inequitabili terra; multisque parum recte sibi consuluisse visum esse, quum barbarorum vires cerneret curribus & equitatu constare, ἀλλὰ φθάνων, inquit, λιμὸν καὶ σπάνιν, ἠναγκάζετο διώκειν τὸν ἐκ τῆς μάχης κίνδυνον. *Verum ad vitandam famem & annonæ difficultatem, adigebatur discrimen sectari conflictus.* Idcirco Vespasianus suos cum Iotapatenis desperatis pugnantes ab impetu avocat, ne cum hominibus mortis

avidis

avidis manum consererent, prohibens: οὐδὲν γὰρ ἀλκιμώτερον εἶναι τῆς ἀπογνώσεως. *nihil enim fortius esse desperatione.* Hinc Vegetius l. III. c. 26. ait: *Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.* Quem locum videtur transsumpsisse ex historia Sempronii Asellionis, ubi de P. Africano Pauli F. hæc sunt verba; citante A. Gellio l. XIII. cap. 3. *Nam se Patrem suum audisse dicere L. Æmilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset.*

459. *Nil eripit Fortuna n. q. e. d.*] Est Senecæ de Injur. cap. V. Hinc igitur doctrinam non eripit, non virtutem. Quod ostendit Plutarch. De lib. educ. pag. 5. in fine, illo Stilponis Megarensis Philosophi dicto, quum interrogatus ab Demetrio, qui Megaram solo æquabat; ecquid rerum suarum amisisset, respondit: οὐ δῆτα, πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν. *nihil sane; non enim bellum virtutem inter spolia capit.* Et Socratis, se ignorare fatentis, an felix esset Persarum rex, hac addita ratione: οὐκ οἶδα πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει. *Nihil scio de ejus virtute & doctrina.* Sallust. in B. J. pag. 51. *Fortuna probitatem, industriam, aliasque artes bonas, neque dare, neque eripere cuiquam potest.*

460. *Nil est miserius, q. u. p. q. f.*] Adeo ut egregie Themistius, homini ingenuo multo graviorem esse judicet pudoris ægritudinem & molestiam, quam ullum corporis dolorem. Χαλεπωτέρα γὰρ ἐλευθέρῳ λύπη τῆς διὰ τοῦ σώματος γινομένης ἡ διὰ τῆς αἰσχύνης ἐστί. pag. 86. Hinc satis supplicii in ipso pudore fere censetur, ut inf. v. 704.

Sibiipsi dat supplicium, quem admissi pudet.

Cicero tamen in libb. de Off. pag. 355. haud scire se ait: *An satis sit eum qui lacessierit, injuria sua pœnitere, ut & ipse, ne quid tale post hac committat, & cæteri sint*

ad injuriam tardiores. Vide locos: *Confessio est satisfactio.*

461. *Nil magis amat cupiditas, q. q. n. l.*] Vide me: *Illicita amantur* &c. Et *Cupita.*

462. *Nil non acerbum prius q. m. f.*] Huc adduc pueros præcocis sapientiæ.

463. *Nil non aut lenit a. d. d.*] Hinc fit; quod de Campanis dicit Liv. l. XXIII. p. 229. *Ita dilabi homines, notissimum quodque malum maxime tolerabile, dicentes esse, jubentesque ex custodia dimitti.* Potest etiam intelligi: *dolor pusillus tempore vanescit, grandis occidit.*

464. *Nil peccent oculi, si o. a. i.*] Zwing. p. 355. *Oculos incusamus, quasi ministrent occasionem malarum cupiditatum, at animus in culpa est, qui oculis non imperat.*

466. *Nil proprium ducas, q. m. p.*] Supra v. 13.

Alienum est omne, quicquid optando evenit.

Bene Horat. II. Sat. 2. circa fin.

Nam propria telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quenquam statuit.

Et II. Epist. 2.

Sed vocat usque suum, qua populus adsita certis
Limitibus vicina refugit jurgia. tanquam
Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.

Zwing. 1373. addit: *Itaque veras divitias tibi compara.* Adde me: *Nemo divitem* &c.

467. *Nil turpe ducas pro s. r.*] Hinc Hecuba apud Euripidem rogat Ulyssem, quid tum dixerit, quum explorator in urbe Trojana agnosceretur ab solis Hecuba & Helena, quumque esset ipsius Hecubæ servus? multorum sermonum figmenta, se protulisse, respondet, ne periret. in Hec. v. 250.

Τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε.
Πολλῶν λόγων εὑρήμαθ' ὥστε μὴ θανεῖν.

Male

Male igitur milites illi de Macedonum cohorte *pudori putabant, etiam natura aut munimentis cedere*, ut eſt apud Egeſipp. l. v. pag. 541. pleroſque enim, addit auctor pertinacius prœliantes vulneratos eſſe.

468. *Nil turpius, quam v. i. ſ.*] Sen. de Tranq. cap. III. *Nihil turpius eſt, quam grandis natu ſenex, qui nullum aliud habet argumentum, quo ſe probet diu vixiſſe, præter ætatem.*

470. *Nimium eſt in morte boni, ſ. n. i. m.*] Cic. de Senect. pag. 415. *O miſerum ſenem, qui mortem eſſe contemnendam in tam longa ætate non viderit. Quæ aut plane negligenda eſt, ſi omnino exſtinguit animum; aut etiam appetenda, ſi aliqua eum deducit, ubi ſit futurus æternus.* Eleganter Plutarchus eum dicit haud exiguum viaticum ad tranquillitatem animi in vita habere, qui, reputando animæ naturam morte vel in meliorem, vel certe non pejorem ſtatum abire, vacet ab omni metu mortis. Verba ejus ſunt de Animi tranq. pag. 476. Ὁ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἄμως γέ πως ὑπονοῶν, καὶ τὴν εἰς τὸ βέλτιον αὐτῆς, ἢ μηδὲν κάκιον, ἐν τῇ τελευτῇ μεταβολὴν ἐπιλογιζόμενος, οὐ μικρὸν ἔχει πρὸς τὸν βίον εὐθυμίας ἐφόδιον, τὴν πρὸς τὸν θάνατον ἀφοβίαν.

471. *Niſi per te ſapias f. ſ. a.*] Hinc illa:

Nullius rei eſt matheſis, mens niſi adſit quæ ſapit.

Vid. me in Notis ad Liv. XXIV. c. 48. Nam nil recte poteſt diſcere ſtultus. Hinc:

Abſque mente diſciplina nil valet diſcentium.

Sicut enim agris infertilibus fruſtra inſudarit cultor optimus; ita & eruditionem ejuſque fructus fruſtra exſpectarit doctor exquiſitiſſimus ab aliquo cordis obtuſi. Vid. Quintil. in Præf. Inſt. orat. & l. I. cap. ult. item lib. II. cap. 19. Nimirum omnia omnibus apta non ſunt, neque quicquam valent præcepta & artes, niſi adjuvante natura; quare ei, cui deërit ingenium, nihil proderit cultura anno-

rum plurium. Hinc *L. Torquatus filium ſuum hebetis ingenii, quia & domeſticis, & Reip. uſibus inutilis videbatur, rus relegatum agreſti opere fatigavit*, ut loquitur Val. Max. l. VI. cap. 9. Et *impatientius luxit mortem filiæ ſuæ Elpinices Herodes Atticus, quod filius ei diſſimilis ſuperſtes maneret*, fatuus ſc. indociliſque ad literas, *craſſa fluxaque materia*, ut inquit Philoſtratus in vita Herodis. Idcirco inf. v. 700. bene dicit

Senſus non ætas invenit ſapientiam.

Talis homo ſimilis eſt vaſi oris obturati, ſive adeo dolio Danaidum nihil continenti. Quo ſpectat illud Euripidis apud Plut. de Garrul. pag. 502.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.
Implere te nequeo capientem ego nihil,
Sapientia dicta infundens in fatuum virum.

Scitum eſt etiam, illud Sophoclis apud eundem pag. 406. quum dicit Deum

Sapientibus per ambages fata eloqui,
Fatuis magiſtrum prorſus eſſe inutilem.
Σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων αἰεὶ,
Σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἂν βραχὺ διδάσκαλον.

Hinc illud.

Ne Deo quidem magiſtro ſtultus in ſophum exeat.

Nec omiſit hoc Sirach. qui cap. XXI. v. 16. & ſeqq. conſiderans, ſtulto intelligens quantum diſcrepet; *ſermonem*, inquit, *ſapientem ſi audierit intelligens, laudabit illum, eique animum applicabit; audivit eum inſipiens, & diſplicuit illi, eumque rejecit poſt tergum.* At vero longe aliter ſe res habet cum mente diſcendi cupida, de qua Themiſt. pag. 488. ed. Pet. in 4. nempe ut, *ſi aſperam immotamque jacere permittas, & ſeminum, quæ in illam jacis, jacturam ſis facturus, & illa tibi pro prudentia & virtute improbitatem imperitiamque tanquam ſpinas productura.* Bene itaque rem conſiderat Plutarch. pag.

pag. 2. Moral. dicens; naturam ſine arte, cœcutire; artem vero ſine natura, deficere; exercitationem denique ſine utraque, imperfectam eſſe. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως, τυφλόν· ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως, ἐλλιπές· ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν, ἀτελές. Qui in hiſce aſſentitur Iſocrati; ubi in ea contra Soph. pag. 699. dicit; cum eloquentiæ tum cæterarum rerum omnium facultates & a natura & ab uſu proficiſci in hominibus ingenioſis; inſtitutione autem tales ad vitam degendam inſtructiores reddi. Αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις, inquit, καὶ τῶν λόγων, καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων, ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται, καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις· ἡ δὲ παίδευσις τοὺς μὲν τοιούτους τεχνικωτέρους ἐποίησεν. Nihil itaque hic obtinet illud quod eſt alibi: *Gaudeant bene nati* &c. nam ſæpe degenerant, & fruſtra inſtituas. Quare etiam Aurel. Victor hoc notat in Cæſarum gente; quos *adeo litteris cultos*, *atque eloquentia fuiſſe* ſcribit, *ut ni cunctis vitiis (abſque Auguſto) nimii forent, tanta artes profecto texiſſent modica flagitia.* Additque: *Quis rebus quanquam ſatis conſtet præſtare mores, tamen cuique, præſertim ſummo rectori, utroque, ſi queat, juxta opus.*

472. *Niſi qui ſcit facere i. n. m.*] Inde quis de Theſſalis: *eſſe ſtupidiores, quam ut decipiantur*, teſtatus eſt. Huc referendum illud quod eſt apud Sall. in Orat. II. ad Cæſ. pag. 277. *Hoſtem adverſum opprimere, ſtrenuo homini haud difficile eſt: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu eſt.* Haud inconcinne mentem hujus ſententiæ expreſſit quoque Nazianz. tom. II. p. 13. C.

Τὸ μὲν γὰρ εὐκίνητον εἰς μοχθηρίαν
Τηρεῖ τὰ πάντα καὶ βλέπει τὰ καίρια.
Τὸ δ' εἰς καλὸν πρόχειρον, εἰς ὑποψίαν
Τῶν χειρόνων ἀργόν τε καὶ νωθὲς φύσει.
Nam quiſquis omne facilis in crimen ruit,

Ob-

Observat ille sedulus cuncta & notat
Graviora quaque; promptus est at qui ad bonum,
Ad suspicandum segnis est aliquid mali.

473. *Nisi vindices delicta, i. a.*] Hoc ipsum considerabat Acron Ceninensium rex, adeoque cum propter alios conatus, tum imprimis ob raptum Sabinarum, suspectum habens Romulum, bene existimabat, illum omnibus deinceps terrori futurum, nec ferendum amplius, si impune hoc habiturus esset, quare primus Romanis bellum intulit. referente Plut. in Rom. pag. 27. Ἄκρων δὲ βασιλεὺς Κενινητῶν, ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ δεινὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, τά τε πρῶτα τολμήματα τοῦ Ῥωμύλου δι' ὑποψίας εἶχε, καὶ τῷ πραχθέντι περὶ τὰς γυναῖκας ἤδη φοβερὸν ἡγούμενος πᾶσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν. εἰ μὴ κολασθείη, προεξανέστη τῷ πολέμῳ &c. Hinc C. Memmius apud Sall. pag. 80. bene hoc apud plebem exponit, qui, ubi multa de potentia nobilitatis disseruit, & hoc addit: *Atque ego tametsi viro flagitiosissumum existumo impune injuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissumus ignoscere, quoniam cives sunt, aquo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset*, ubi plura. Bene apud Libanium judicatur ipse potius injuriam fecisse, qui ejus faciendæ copiam alteri præbuerit, cum liceret compescere. Ὁ γὰρ, inquit pag. 254. τῷ πονηρῷ δοὺς ἀδικεῖν, παῦσαι παρὸν, μᾶλλον αὐτὸς εἴργασται τὸ πραχθέν. Et egregie pag. 296. dicit Orestes *non tam se in discrimen vocari quam ipsos judices examen subire, utrum improbitas ipsis odio sit, & an continentia amatores admittant.* Eodem modo senex Terentianus in Phorm. v. 11. indignatur adjutam improbitatem Phormionis: *Etiam argentum est ultro objectum, ut sit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.* & mox: *his nunc præmium est qui recta prava faciunt.* Adde Joh. Chrysost. Homil. fol. 820. ad illam de tritico cum zizaniis una crescentibus parabolam ex Matth. cap. XIII. Huc spectant illa; vs. 99. *Bo-*

Bonis nocet quisquis pepercerit malis.

Et v. 427.

Multis minatur, qui uni facit injuriam.

Et vs. 642.

Qui culpæ ignoscit uni, suadet pluribus.

Et v. 682.

Sæpe ignoscendo das injuriæ locum.

Vide me *Prohibe injuriam.* &c.

474. *Nocens precatur, innocens i.*] Et ultro quidem ille supplex est. Plaut. in Bacch. IV. 9. 101.

Ut qui deliquit supplex est ultro omnibus!

Qui vero non deliquit; *hunc decet audacem esse, & confidentem pro se, & proterve loqui*, ut loquitur in Amph. II. 2. 206. Optime Q. Ennius in Phœnice hic quidem libertatem, illic servitutem agnoscit:

Sed virum vera virtute vivere animatum addecet,
Fortiterque innoxium, vacare adversus adversarios,
Ea libertas 'st, qui pectus purum & firmum gestitat,
Aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent.

apud Gell. VII. cap. 17. Hinc est, quod paupertatis sit proprium, *quando alia deficiunt, exercere libertatem; & dum contemptus fama vitiatur, potentiores ambitiose offendere: & nacta bonam conscientiam magna fortuna, indignius imparem adversarium patiatur;* ut loquitur Quintil. Declam. IX. p. 52. Et Declam. CLXXXI. hoc ipsum arripit pater ille, ut evincat; filium videri habuisse animum parricidii committendi. *Si occultius esset conjectura ducenda, dicerem turpem adolescentem: dicerem, abdicatus est: &, si innocens, magis poterit irasci.* His accedit Galenus l. v. de Hippocr. & Plat. decretis cap. ult. *Quid? cum injuria quis affici se arbitratur, non in hoc excandescit & ferocit, & illi, quod videtur justum, auxiliatur, & famem & frigus, omniaque alia hujusmodi patiendo vincit, neque prius a generoso incepto desistit, quam vel res finem consequatur, vel*

ipsa

ipsa a socia ratione, tanquam a pastore canis, revocata mitigetur? Egregie hoc patet in Philippo medico Alexandri M. per epistolam Parmenionis suspecto; qui cum legere illam jussus esset ab rege, *plus indignationis, quam pavoris, ostendit*, ut refert Curtius l. III. p. 17. concinente Justin. l. XI. p. 80. Cui exemplo affine est illud, quod præbet Polyb. pag. 395. A. de Epigene, qui similiter nescius sese dolis Hermiæ peti, quum rogaretur ab Alexide, ad hoc subornato, *num litterarum aliquid ab Molone*, hoste Antiochi regis, *accepisset?* non simpliciter negavit factum, sed irasci insuper cœpit. Præclarum est illud Equitis Romani sub Claudio, quem *obscœnitatis in fœminas reum, sed falso & ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari adversus se, & audiri pro testimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitia & sævitia exprobratione jecisse in faciem ejus* Claudii, *ut genam non leviter perstrinxerit.* quæ sunt verba Suet. cap. XV. Alia longe res erat cum Flaviano, quum eum *propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi* clamitarent milites, ut est apud Tac. III. Hist. p. 426. &c. *Nec defensioni locus*, inquit, *quanquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus, lacera veste, pectus atque ora singultu quatiens. Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tanquam nimius pavor conscientiam argueret.* Ammian. quoque l. XIX. pag. 183. illam mentis securitatem & fiduciam, qui solet innocentibus adesse, notare non supersedit; ubi de Andronico itemque Demetrio quodam, aliisque paucis loquitur, additque: *Et hos quidem æqua sors veritatis adjutrix, periculis exemit abruptis.* Addi denique meretur & illa, quam refert Nazianzenus, historia, de militibus quibusdam, qui ignari thus adoleverant; illos quippe quum objici sibi sentirent abjurationem Christi, *velut furio-*

furiosos & mente-captos, ac zelo & iracundia æstuantes per forum cucurrisse, atque in hac verba exclamasse: Christiani, Christiani animo sumus. Audiant omnes mortales & ante omnes Deus, cui & vivimus & moriemur. &c. tom. 1. p. 85. D.

475. *Nocentem qui defendit s. c. p.*] Inf. v. 707.

Socius fit culpæ, qui nocentem sublevat.

Inde admonitio Isocrat. ad Dem. p. 21. ne ulli pravo negotio se adjungat, juvet illud, aut defendat, fore enim ita, ut ipse videretur ejus rei pravæ auctor &c. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο, μήτε συνηγόρει. δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς. In actione Neptuni adv. Martem sic quoque agit Libanius pag. 541. B. ubi dicit ille, *Si hunc, judices, nunc absolveritis, eadem quæ ille & ipsi fecisse apud omnes confessi fueritis.*

476. *Nocere casus n. s. c.*] Nam consilium bonum retinet omni tempore. Inf. 487. dicet:

Non novit virtus calamitati cedere.

Sic apud Liv. XXII. p. 217. loquitur Q. Fabius Dictator: *propediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem rationemque dominari.*

477. *Nocere posse & nolle l. a. e.*] Auson.

Quod sapientis opus? cum possit, nolle nocere.

Hinc illa apud Plaut. in Stich. A. 1. s. 1. sororem monet, ut officium suum faciat; nec ideo negligat; quia viri id negligant:

An id doles, soror, quia illi suum officium
Non colunt, cum tuum facis?

Adhibet hoc etiam in laudem Liviæ, cujus mortem annotans, in fine Historiæ suæ, ita loquitur Vellej. Pat. *Cujus temporis ægritudinem auxit amissa mater eminentissima, & per omnia Deis, quam hominibus, similior femina; cujus potentiam nemo sensit, nisi aut levatione*

tione periculi, *aut accessione dignitatis*. Cæteroquin sane ita fit, ut dixit supra v. 142.

Cui plus licet, *quam par est*, *plus vult*, *quam licet*.

Quare non sine causa quærit Sirach. cap. XXXI. v. 11. Τὶς ἐδυνάσθη παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη· καὶ ποιῆσαι κακὰ, καὶ οὐκ ἐποίησεν; *Quis potuit transgredi*, *& non transgressus est? quis potuit facere mala*, *nec fecit?* De talibus loquitur Micheas Propheta cap. II. v. I. quos dicit, *quum est in potestate manuum ipsorum*, *illucescente mane excogitatum nocte malum perficere*.

478. *Noli contemnere ea*, *q. s. s.*] Nam, ut mox:

Non est pusillum, *siquid maximo est minus*.

Et ut Quintil. Inst. p. 564. *Ut perveniri ad summa nisi ex principiis non potest*, *ita procedente jam opere*, *incipiunt minima esse*, *quæ prima sunt*. Unde nec parvum dici vult parvum, unde magnum quid provenit, Nazianz. tom. II. p. 186.

Τὸ μικρὸν οὐ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.

Idem Liv. in orat. Appii Claudii pag. 120. *Quid enim est*, *si pulli non pascentur? si ex cavea tardius exierint? si occinuerit avis? Parva sunt hæc: sed parva ista non contemnendo*, *majores nostri maximam hanc rem fecerunt*. Hinc etiam Cæsar apud Dion. Cass. in princ. l. XXXVIII. adulatur vilissimam plebeculam.

479. *Non cito ruina perit i. q. r. t.*] Ita Lysias pag. 92. se nequaquam capitis pericula contemnenda ducere ostendit, ut qui exiguas mulctas ita magni faciat, ut eas studiose vitet. Καί τοι οὐ δήπου τὰς μὲν μικρὰς ζημίας οὕτω περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, τοῦ δὲ περὶ τοῦ σώματος κινδύνους οὕτω περὶ οὐδενὸς ἡγοῦμαι. Accommoda; qui a minutis peccatis abstinet, in majora non cadet. Quo facit Naz. tom. II. p. 60. in præceptis ad virgines:

Μὴ μικρὸν ἐν κακίῃ θείης ποτε, μηδὲ τὸ μικρὸν
Τυτθοῖς ἀντιπόωσα, χερείοσιν οὔποτε κύρσοις.

Nec vero in vitiis quicquam parvique levisque

Pon-

Ponderis esse putes. Qui parvis obvius ibit,
Is nunquam praeceps scelera in graviora feretur.

D. Paulinus in epist. ad Celant. apud D. Hier. tom. 1. ep. 4. pag. 108. *Etsi multum inter peccata distare credimus; tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cavere; tanto enim facilius abstinemus a quocunque delicto, quanto illud magis metuimus, nec cito ad majora progredi, qui etiam parva formidat.* &c. Adde Xyst. Pythag. §. 5. *Vere fidelis est, qui non peccat, atque etiam in minimis caute agit. Non enim minimum in humana vita, negligere minima.* Zwing. p. 781. legit:

Non cito ruina perit vir, qui ruinam timet.

Addens: *non facile opprimitur periculo, qui periculum observat.* At pag. 876. sic citat:

Non cito ruina perit, qui ruinam pratimet.

480. *Non corrigit sed lædit, q. i. r.*] Egregie Nazianz. tom. 1. p. 8. id, cui vis adhibetur, comparat plantæ, manibus inflexæ, quæ simulac dimissa fuerit, ad se mox redibit. Ita non corrigebatur sed acrius accendebatur Flaminius Consul; orantibus suis, ne statim in prælium cum Annibale descenderet &c. de quo Silius v. vs. 104.

Acrius hoc accensa ducis surrexerat ira.

Et apud Tac. Nero, quum amaret Acten libertam & ob id a matre objurgaretur; XIII. Ann. pag. 231. *Sed Agrippina libertam æmulam, nurum ancillam, aliaque eundem in modum muliebriter fremere. Neque pœnitentiam filii, aut satietatem opperiri: quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere* &c. ubi plura huc spectantia.

Non est beatus, esse qui se non putat] Versus hic inserendus. Est autem apud Sen. ep. IX. in fine.

481. *Non est bonitas esse m. p.*] Est Sen. epist. 79. Hinc Isocrates hoc ipsum vitio dat talibus hominibus, qui ex probis viris nati, hominibus nequissimis & im-

probissimis paulo quidem meliores sunt, sed a virtute parentum longe degenerarunt. Καὶ πρὸς τε τούτοις, inquit, τοὺς γεγονότας ἐκ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ μικρῷ μὲν ὄντας ἐπιεικεστέρους τῶν ὑπερβαλλόντων ταῖς πονηρίαις, πολὺ δὲ χείρους τῶν πατρῴων, λοιδορῶ. in Areop. p. 367. Bene hoc considerat & Horat. I. ep. 16.

Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Servus: habes pretium, loris non ureris, ajo.
Non hominem occidi. Non pasces in cruce corvos.
Sum bonus & frugi. renuit, negat atque Sabellus.

Quod egregie etiam urget l. II. ep. 2. v. 204. & seqq.

Extremi primorum, extremis usque priores.
Non es avarus: abi. Quid, cætera jam simul isto
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? &c.

Talis plane existimandus est, in quem Martialis scribit l. XII. epig. 36.

Non es crede mihi bonus, quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum.
Pisones Senecasque Memmiosque
Et Crispos mihi redde, sed priores;
Fies protinus ultimus bonorum.

Nazianz. tom. II. pag. 55. D.

—— —— Οὐ γὰρ ἄριστον
Τῶν ὀλίγων προφέρειν. ——
Non etenim summa est pravos præcellere laudis.

Prosp. Epig. LXXVII.

Dignus laude quidem est vitam sine crimine ducens,
Et quæcunque sibi sunt nocitura, cavens.
Sed non hoc pietas contenta est limite claudi,
Nec justis, vetitis abstinuisse, sat est.
Major cura boni est, fratrum relevare labores,
Et ferre optatum tristibus auxilium.
Pascere jejunos &c.

Vid. plura apud Rittersh. ad Salvian. pag. 461. Item apud

apud nos in locis: *Beneficium non est, abstinere injuria.*

482. *Non est pusillum, s. m. e. m.*] Est Sen. Ep. c. Unde nec contemnendum propterea; quod ostendit Demosth. in epist. ad Heracleodorum pag 120. Εἰ δ' ἡμῶν, inquit, καταπεφρόνηκας, ὅτι τῶν πρώτων οὐκ ἐσμέν πω· λόγισαι, ὅτι καὶ σύ ποτ' ἦσθα νέος καὶ τὴν ἡλικίαν εἶχες, ἣν ἡμεῖς νῦν, ἐκ δὲ τοῦ συμβουλεύειν καὶ πράττειν γεγένησαι τηλικοῦτος, καὶ ἡμῖν δὲ τοῦτο συμβαίη. *Quod si nos ideo contemnis, quod nondum e principibus sumus: cogita te quoque olim adolescentem, & ea qua nos atate modo sumus, fuisse, & consiliis atque actionibus tuis ad tantum fastigium ascendisse: id quod nobis etiam contingere poterit.* Huc pertinet etiam, quod parvæ res magnarum rerum signa possint esse, ut docet Plutarchus, eumque dicit multis artibus impedimento esse, qui hoc non concedat. in lib. de Orac. Def. p. 410. D. Τὸ δὲ μικρὰ μὴ διδόναι σημεῖα γίνεσθαι μεγάλων, πολλαῖς ἐστι τέχναις ἐμποδών. Similiter Hor. *parvis quoque rebus magna juvari*, probat, ubi de officio & instituto Poëtæ loquitur l. II. ep. I. v. 126.

Os tenerum pueri balbumque Poëta figurat,
Mox etiam pectus praceptis format amicis,
Asperitatis, & invidia corrector, & ira! &c.

Huc facit, quod supra dixit:

Noli contemnere ea, qua summos sublevant.

483. *Non est cicatrix t. q. v. f.*] Hinc Alexander patri Philippo femur hasta transfixo, & claudicationem indignius ferenti, Θάρρει πάτερ, ἔφη, καὶ πρόϊθι φανερῶς, ἵνα τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύῃς. *Bono animo es, pater mi*, inquit, *ac palam progredere, ut ad singulos gressus virtutis tua recorderis.* ut refert Plut. de virt. Alex. pag. 331. C. Qui de Alexandro ibidem testatur, eum vulnera sua, ὥσπερ εἰκόνας ἐγκεχαραγμένας ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας, *ut impressas virtutis & fortitudinis sua*

notas circumtulisse. Idem de Sertorio p. 569. in ejus vita narrat, eum altero oculo captum perpetuo gloriatum fuisse, *alios non semper strenuitatis circumferre secum testimonia, sed ponere, torques, hastas, coronas. Sibi vero fortitudinis insignia permanere, quando eosdem virtutis suæ & calamitatis haberet spectatores.* Τοὺς μὲν ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῶν ἀριστείων περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἀποτίθεσθαι στρεπτὰ καὶ δόρατα καὶ στεφάνους, αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμένειν τὰ γνωρίσματα. De eodem vid. Sall. qui de gressu claudicantis loquens dicit: illum *eo dehonestamento gloriatum fuisse.*

484. *Non est tuum f. q. f. t.*] Sen. ad Helv. cap. v. *Nunquam ego Fortunæ credidi, etiamsi videretur pacem agere: omnia illa, quæ in me indulgentissime conferebat, pecuniam, honores, gloriam eo loco posui, unde posset ea sine motu meo repetere.* Quare etiam a Fortunæ bonis vere quisquam laudari non potest, utpote bonis alienis, quod egregie ostendit Apul. pag. 302. ubi dicit se *nihil eorum, quæ Fortuna largita sit, laudibus Socratis sui admiscere.* Et paulo post: *Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est? parentes laudas. Dives est? non credo Fortunæ. Magis ista dinumero. Validus est? ægritudine fatigabitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? exspecta paulisper; & non erit. At enim bonis artibus doctus, & apprime est eruditus, & quantum licet homini sapiens & boni consultus; tandem aliquando ipsum virum laudas* &c. Adde Stob. pag. 2. ex Theog.

Πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοὶ· ἀγαθοὶ δὲ πένονται &c.

485. *Non facile crimen d. i. f.*] Fama non nascitur de nihilo. Quo facit locus in orat. Æschinis adv. Timarchum. pag. 187. in fin. ubi dicit, *de vita, oratione, & actionibus hominum, veram quidem & minime fallacem quandam ultro vagari famam per urbem.* Περὶ δὲ τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ λόγον καὶ τὰς πράξεις, ἀληθής τε καὶ ἀψευδής τις ἀπὸ ταυτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν. Attamen

tamen nulla est tanta modestia, quam non invadat calumnia & opprimat. Quod egregie Isocrates sibi assumit, in defensione sua; dicens. pag. 749. Neminem vitæ suæ moderatione ita fretum esse oportere, ut sibi persuadeat, se propterea sine ullius incommodi metu vitam in urbe acturum. Οὐ γὰρ δὴ τῷ γε κοσμίως ζῆν, ἄξιον πιστύειν, ὡς ἀδεῶς ἐξέσαι τὴν πόλιν οἰκεῖν.

487. *Non novit virtus c. c.*] Supra 476. dixit: *Nocere casus non solet constantiæ.* Quod dicitur apud Cic. in Verr. Act. IV. pag. 168. *Quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remansisse ea, quæ religio retinuisset*, hoc etiam locum habet in virtute. Ab ea fortuna abstinet, tanquam re sacra. Idem in orat. post. Red. p. 394. præclare exponit: *Quod si quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat, mihi quod vis potuit, & injuria, & sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, id manet & permanebit.* Placuit hoc P. Scipioni in illis Indibilis Ilergetum reguli filiabus, uti patet ex ejus ad illas alloquio apud Liv. l. XXVI. p. 297. *Meæ Populique Romani disciplinæ causa facerem, ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur. nunc ut id curem impensius, vestra quoque virtus dignitasque facit: quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis estis.* Huc accedat Julius Cæsar, quem honestatem etiam inter undique irruentes mucrones servasse videmus, testante Suetonio in cap. LXXXII. *Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.*

488. *Non pote non sapere q. s. s. i.*] Naz. tom. I. pag. 464. C. aliis nullo modo se superiorem esse sapientia fatetur. *Nisi quis*, inquit, *hoc ipsum sapientiæ ducat*

quod me ſapientem non eſſe ſcio, nec ad veram & primariam ſapientiam accedere. Hinc etiam, qui alterum ſapientem intellexerit & ipſe ſapiens ſit oportet, quod concinne adſtruit Plin. l 1. ep. 10. *Ut enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex judicare, ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem.* At vero *non intelligere ſe deridiculo haberi*, bene ut *ſtultitiæ maximum ſpecimen* notat Apul. de Marſyæ certamine cum Apolline pag. 219. Huc facit fabula de cane in balneo.

489. *Non quam multis placeas, ſed qualibus, ſtude*] Forte *vide*. Vid. apud Cic. *Hectori placere*.

491. *Non vincitur, ſed vincit, q. c. ſ.*] Qui vero non cedit, quid illo fiat, dicet Pittacus apud Stob. p. 676. filium ſuum admonens, ne cum patre litiget: Εἰ μὲν ἀδικώτερα, inquit, μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς, κατακριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος εἶ κατακριθῆναι. *Si iniquiora quidem dicturus es, damnaberis; ſi vero juſtiora, ob hoc ipſum dignus eris qui damneris.* Plane hoc ipſum conſiderat Calp. Flaccus, quum apud eum Declam. XXI. ille fratrem ita hujus rei admonet: *Cede frater, cede vel patri. victor eris, mihi crede, ſi ceſſeris.* Optimum itaque vinci eſt in tali bello, quale ſcenis agitatum illud inter Thebanos fratres. Quo egregie faciunt verba, quæ Jocaſtæ tribuit Sen. in Thebaide v. 490. &c.

—— —— Quid ſtrictum abnuis
Recondere enſem? qualibet gaude mora.
Id gerere bellum cupitis, in quo eſt optimum
Vinci: vereris fratris infeſti dolos?
Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli a ſuis,
Patiare potius ipſe, quam facias, ſcelus.

Juſta itaque contentio illa eſt in Declam. CCCXXI. Quintil. *Fratrem ſuum potuit aliquis occidere? non obſtitit tacita natura? non ſanguinis jus?* &c. Et mox: *Membra mehercule citius inter ſe pugnaverint, & ſiqua in nobis natu-*

natura geminavit, diversos cœperint affectus. Adde Simpl. ad Epict. pag. 136. qui de conservanda amicitia loquens, amicis cedendum esse docet. *Proprium vero nihil existimandum est, quin idem nostris etiam amicis magis conveniat: & principatu libenter illis est cedendum, quasi nobis ipsis cederemus. Siquidem amicus, veteri proverbio, alter ipse est.*

493. *Nulli facilius q. m. i. p.*] Huc spectat v. 2. *Ab alio spectes alteri quod feceris.*

494. *Nulli impones, quod i. f. n.*] Quod observans Lycurgus *non habentibus Spartanis leges instituit, non inventione earum magis, quam exemplo clarior: siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret*, ut loquitur Justin. pag. 33. Hinc verum est quod dicit Liv. l. XXVI. p. 292. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse statueris, facilius omnes obedientes habeas.* Hinc in Euangelio monet ipse Dominus Servator populum, de Scribis & Pharizæis; ut servent quidem ea, quæ illi servanda dixerint, secundum opera autem eorum minime faciant, addita ratione: Δεσμεύουσι γὰρ φόρτια βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Matth. XXIII. 4.

497. *Nullum sine auctoramento e. m. m.*] Haud malum est ullum suomet destitutum præmio. Huc referri potest Cic. pro Rosc. Amer. pag. 28. *Desinamus aliquando ea scrutari, quæ sunt inania. Quæramus, ubi maleficium & est, & inveniri potest. Jam intelliges, Eruci, certum crimen quam multis suspicionibus coarguatur.*

498. *Nullus sapientum p. c.*] Sumptum est ex illo Ciceronis in Verr. p. 69. *Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.* Vid. me de proditoribus in locis Auctorum. *Quippe proditores, etiam iis quos anteponunt, invisi sunt*, ut est apud Tac. 1. Ann. p. 29. nec immerito,

rito, siquidem fere nihilo magis ei, ad quem transfugerint, fidi, quam illi, quem deseruerint, inveniantur, quod Amyntæ exemplo ostendit Curt. lib. iv. pag. 47 Hinc non credidit Gumoario proditori antiquo Julianus, quin imo timuit eum, *quem cum Scutarios ageret, latenter prodidisse Veteranionem suum principem audiebat;* referente Ammiano l. xxi. p. 227.

499. *Nunquam facilius culpa q. i. t. l.*] Opportune hoc arripit L. Cornelius Maluginensis, quum adversus eos, qui Decemviros nollent, mirari se dictitaret: *Quid ita, quum per tot menses vacua civitate nemo, justine magistratus summæ rerum praeessent, controversiam fecerit; nunc demum quum hostes prope ad portas sint, civiles discordias serant: nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur.* ut est apud Liv. l. iii. p. 55. Et annotat hoc ipsum idem Livius in illa in Hispania mota seditione, quum gravi morbo implicitus esset P. Scipio, accedente falsa de ejusdem morte fama; lib. xxviii. p. 328. *Mors Scipionis falsò credita occœcabat animos: sub cujus vulgatam mox famam non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello. In eo tumultu & sociis pecunias imperari, & diripi propinquas urbes posse, & turbatis rebus, quum omnia omnes auderent, minus insignia fore quæ ipsi fecissent.* Eodem modo se rem habere in Pannonicis illis legionibus videmus, orta & illic gravi seditione, cujus descriptio apud Tac. i. Ann. pag. 14. & seqq. Huc accedant, quæ refert l i. Hist. 373. de Prætorianorum seditione, ægre ab Othone repressa; *militibus, ut nihil in commune turbantibus, ita sparsis per domos, & maligna cura in omnes* &c. Et paulo post: *Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad studia partium noscenda, plerique credebant.* Idcirco etiam Vegetius de Re Mil. l. iii. cap. 4. non supersedit monere; *nunquam ad contumaciam pari consensu multitudinem prorumpere, sed incitari a paucis, qui vitiorum scelerumque*

que impunitatem ſperent peccare cum plurimis. Applicari huc etiam poteſt, quod Tacitus ſcribit de moribus Germanorum pag. 534. *Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, ſaculum vocatur.*

500. *Nunquam non miſer eſt, qui q. t. c.*] Quia millecuplo plura cogitat, quam eſt neceſſe: omne illud ſcilicet, & quod meruit, teſte conſcientia, & quod poteſt ei accidere. De primo vid. Petron. *Dii Deaque, quam male eſt extra legem viventibus! quicquid meruerunt, ſemper exſpectant.* De altero Terentius ubi quæ de liberis, ſi ceſſent uſpiam, cogitant parentes propitii, egregie exponit Micio. in Ad. a 1. ſ. 1.

Ego, quia non redit filius, qua cogito?
Quibus nunc ſollicitor rebus? ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. &c.

Eodem plane modo ſenex Plautinus in Mil. a. III. ſ. 1.

Pol, ſi habuiſſem, ſatis cepiſſem miſeriarum liberis.
Cenſerem emori: cecidiſſetne ebrius, aut de equo uſpiam,
Metuerem, ne ibi defregiſſet crura aut cervices ſibi.
Tum ne uxor mihi inſignitos pueros pariat poſtea,
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum aut broncum filium.

501. *Nunquam periculum ſ. p. v.*] Zw. 889. addit: *Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile* ex Ter. Heaut. II. 2. Vid. Eraſm. in Adagg. I: 2. 4. Plane ad mentem hujus ſententiæ eſt illud Herodoti pag. 459. lib. VIII. Μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. Strenue Silius apud Tac. XI. Ann. p. 192. *Inſontibus innoxia conſilia; flagitiis manifeſtis ſubſidium ab audacia petendum.* Concinne & *apte* Plinius Secundus, ut ipſe opinatur, de quodam oratore ſæculi ſui, recto quidem & ſano, ſed parum grandi & ornato: *nihil peccat, niſi quod nihil peccat.* Et paulo poſt; *tutius per plana, ſed humilius & depreſſius iter.* &c.

T 5 503. *Nun-*

503. *Nunquam ſecura eſt p. c.*] *Exſpectat* enim *ſemper quod meretur*, ut loco modo citato loquitur Petron. p. 92. Idem de illis fert judicium Macrobius, qui arduas poteſtates & infauſtam ambiunt tyrannidem; *illos nunquam ſine timore victuros; & cogentes ſubjectum vulgus odiſſe, dum metuat, ſemper ſibi videri exitium, quod mereantur, excipere.* in ſomn. Scip. lib. 1. cap. 10. Imprimis hic ſpectari meretur exemplum Neronis, interempta matre, ſui impotis; de quo Tac. XIV. Ann. cap. 10. *Sed a Cæſare, perfecto demum ſcelere, magnitudo ejus intellecta eſt: reliquo noctis, modo per ſilentium defixus, ſæpius pavore exſurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tanquam exitium allaturam.*

504. *Nunquam ubi diu fuit i. d. v.*] Videtur dicere canem quam verberare volumus, ei ſemper habemus inſtrumenta. Imo, qui diu amavit, retinet amoris ſemper reliquias. Ovid. 2. Rem.

Ut pene exſtinctum cinerem ſi ſulphure tangas,
Vivet, & ex minimo maximus ignis erit.

505. *Obſequium nuptæ c. f. o. p.*] Adeo ut obſequium hic plus poſſit quam forma; unde vere apud Eurip. & illud philtrum eſſe dicitur; nec formam, ſed virtutes mulierum & morum integritatem delectare maritos. in Androm. v. 206.

Φίλτρον ἐστὶ καὶ τόδ᾽· οὐ τὸ κάλλος, ὦ γύναι,
Ἀλλ᾽ αἱ ῥεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνευνέτας.

Hinc etiam fieri obſervat Lucretius, ut aliqua deformis ametur. in l. IV. pag. 568. ed. Lamb. in 8.

Nec divinitus interdum, Venerisque, ſagittis
Deteriore fit ut forma muliercula ametur.
Nam facit ipſa ſuis interdum fæmina factis
Morigeriſque modis, & mundo corporis cultu,
Ut facile inſueſcat ſecum vir degere vitam.

At Afranius conjungi vult & ætatem & formam & obſequium; Etenim, ut ſunt verba ejus p. 59. ed. Steph.

Si

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas & corpus tenerum & morigeratio;
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

Ipsum propositum tribuit Deianiræ in Herc. Ætæo v. 575. Senec. Trag. ubi illa:

—— —— —— *sed jecur fors horridum*
Flectam emerendo. merita vincunt & malos.

Apud quem etiam in Octav. v. 82. ad hoc ipsum adhortantis Nutricis sunt verba ad Octaviam.

—— —— *Dabit afflicta*
Meliora Deus tempora mitis:
Tu modo blando vince obsequio
Placata virum. —— —— Et vers. 177.
Vince obsequendo potius immitem virum. Item vs. 201. &c.
Passa est similes ipsa dolores
Regina Deum, cum se formas
Vertit in omnes Dominus cœli,
Divumque pater &c.
—— —— *Vicit sapiens*
Tamen obsequium conjugis alta,
Pressusque dolor. ——

Aliæ vero marito exprobrant adulteria, eoque magis alienant; fitque plane, quod patet in eadem historia Neronis apud Tacitum, quum ut XIII. Ann. pag. 231. narrat; ipsi mater Agrippina exprobraret illam libidinem: *Neque pœnitentiam filii, aut satietatem opperiri: quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere.* Huc facit & Martialis illud lib. VIII. ep. 12.

Uxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
Non aliter fuerint fœmina virque pares.

Cæterum & in aliis rebus hoc obtinet, ut amicos obstra-

ſequium pariat, &, ut ait Theano in Epiſt. ad Nicoſtratam, *mores boni etiam apud inimicos benevolentiam producant; addens, ſolius probitatis opus eſſe, honorem ſeu reverentiam* &c. Τὰ γὰρ καλὰ ἤθη, inquit, καὶ παρ' ἐχθροῖς εὔνοιαν φέρει, φίλη· καὶ μόνης καλοκαγαθίας ἔργον, τιμή. Eleganter hinc rationem amicos venandi exponit Xenoph. p. 785. A. Καὶ γὰρ δὴ βίᾳ μὲν οὔτ' ἂν ἕλοις, οὔτε κατάσχοις φίλον. Εὐεργεσίᾳ δὲ, καὶ ἡδονῇ τὸ θηρίον τοῦτο ἁλώσιμόν τε καὶ παραμόνιμον ἐστίν. *Nam vi quidem neque capere, neque retinere amicum poſſis: ſed hæc fera tum beneficio, tum voluptate capi poteſt, & ut maneat retineri.* Pulcre explicat Iſocr. in fine Orat. Nicocl. p. 91. Τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς νόμους εἶναι νομίζετε. καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες ὅτι τοῖς μάλιστα ποιοῦσιν ὑμῶν ἃ βούλομαι, τούτοις ἐξέσται ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται. *Verba mea pro legibus habete, operamque date, ut eis obtemperetis: ac ſcitote, fore ut his qui maxime voluntati meæ ſatisfacere ſtuduerint, vivere liceat ut ipſi volunt.* Hinc bene Tertull. pag. 129. edit. Franeq. in fol. *Artificium premerendi, obſequium eſt: obſequii vero diſciplina, morigera ſubjectio eſt.*

506. *Occaſio agre offertur, ſ. a.*] Cur id fiat, examinat Loriotes tom. II. pag. 723. quem vide. Quare Iſocrat. pag. 269. turpe exiſtimat, pulcre viam monſtrante, & præcedente fortuna, relinqui, nec ſeſe offerre ad ea, ad quæ illa ſe ducem & auctorem præſtet. Αἰσχρὸν οὖν ἐστὶ, καλῶς τῆς τύχης ἡγουμένης, ἀπολειφθῆναι, καὶ μὴ παρασχεῖν αὑτὸν εἰς ἃ βούλεταί σε προσαγαγεῖν. Ita adoleſcens Terentianus in Eun. a. III. ſ. 5.

——— ——— ——— *Egon' occaſionem*
Mihi oſtentatam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam
Amitterem? tum pol ego is eſſem vere, qui ſimulabar.

Sen. Epiſt. XXII. *non tantum præſentis, ſed & vigilantis eſt, occaſionem obſervare properantem. Itaque hanc circumſpice, hanc, ſi videris, prende: & toto impetu, totis viribus id age, ut te iſtis officiis exuas.*

508. *Oc-*

508. *Occidi pulcrum ubi c. i. ſ.*] Multæ ſunt ſervitutes non ignominioſæ. Servit filius patri. Sed ea honeſta imo jucunda eſt ſervitus, eſt hoc δουλεύειν ἡδίστην δουλείαν, ut loquitur Liban. p. 763. C. Unde etiam Pater avarus abdicans apud eundem dicit; parentes non minus liberorum, quam famulorum dominos eſſe. p. 811. C. Servit præterea etiam maritus uxori, civis principi, homines Deo. At vero indigno homini ſervire, ea demum ſervitus eſt ignominioſa. Pulcre Sirach. hunc inter beatos numerat, ὃς οὐκ ἐδούλευσεν ἀναξίῳ αὐτοῦ. cap. XXV. vſ. 1-1.

509. *Odia alia ſub vultu, a. ſ. o. l.*] Ita Seleucus Callinicus, ruſticum, ad quem e fuga cum paucis diverterat, quum ab eo diſcedens *Rex* ſalutatus eſſet, tanquam oſculaturus ad ſe trahens, uni comitum innuit, ut cervicem homini præcideret, referente Plut. de Garr. cap. XVIII. Non aliter in SS. Joab Amaſam, occidit 2 Sam. XX. 9. Et in hiſtoria paſſionis Dominicæ Judas proditorem egit Matth. XXVI. 49.

510. *Officium benevoli animi f. n. h.*] Apte ad mentem hujus ſententiæ ſcribit apud Caſſiod. rex Theodoricus: *Servare terminos ignorat humanitas & novellis decet blandiri beneficiis poſt longa tempora reſtitutis.* Et Symmach. II. ep. 89. *Paulo ante litteras dederam, ſed debitam tibi ſalutationem geminare non piguit. Namque amor officiorum modum non tenet.*

511. *Omnes æquo animo p. d. u. i.*] Ecphantæ Pythagorici effatum eſt: quod bene imperet id ipſum eſſe in cauſa, ut ſubjecta bene regantur & pareant. Apud Stob. p. 493. Τὸ δὲ ἐκεῖνον ἄρχειν εὖ αἴτιον τῷ καὶ τώσδε ἄρχεσθαι καλῶς. Ratio nimirum eſt, quod in omni negotio homines his potiſſimum & quidem lubentiſſime velint parere, quos optimos eſſe, & prudentius quam ipſi ſuis commodis diſpicere putaverint. ita certe Xen. p. 31. C. lib. 1. Cyrop. ὃν γὰρ ἂν ἡγήσωνται περὶ τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶναι,

εἶναι, τούτῳ οἱ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται. Item pag. 764. D. ὅτι ἐν παντὶ πράγματι οἱ ἄνθρωποι τούτοις μάλιστα ἐθέλουσι πείθεσθαι, οὓς ἂν ἡγῶνται βελτίστους εἶναι. Similiter loquitur idem pag. 965. nisi ducem suum in rebus bellicis prudentiorem judicaverint milites, non posse fieri, ut illum aliquo prosequantur amore. Pulcre huc facit præceptum Isocratis pag. 43 quo monet Nicoclem, ut tueatur auctoritatem imperii, non asperitate nec sævitia pœnarum, sed ea prudentia, qua omnibus superior sit, omnesque putent ipsum saluti eorum melius quam semetipsos consulere. Α᾽ρχικὸς εἶναι βούλου, μὴ χαλεπότητι, μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ νομίζειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινόν σε βουλεύεσθαι. Talem describit Evandrum Liv. lib. 1. pag. 4. *Evander tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis quam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.* Et Philopœmenem Polyb. p. 630. E. ubi Achæi ejus cohortationem, ipsumque ducem comprobant, νομίζοντες, ut ait auctor, οὐδ᾽ ἂν παθεῖν οὐδὲν δεινὸν, ἐκείνου προεστῶτος, *persuasi, eo Remp. gubernante, nihil mali sibi metuendum.* Hinc merito displicet Plutarcho illud Theopompi dictum, qui alicui Spartanos eo incolumes esse dicenti, *quod reges imperandi peritos haberent: potius*, regerebat, *quod cives obedire norunt.* Siquidem, ut demonstrat auctor ibidem, homines nolint dicto obedientes esse iis, qui præesse, ut par est, nesciant &c. in Lycurg. cap. LVII. Hoc vero quomodo fiat; consulendus Plut. in comp. Solonis & Poplicolæ, quorum hujus quidem popularitatem, illius vero moderationem probat juxta illud: ὅτι δῆμος, inquit,

——— ὧδ᾽ ἂν ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο
Μήτε λίαν ἀνεθεὶς μήτε πιεζόμενος.

Quod

Quod ipſum obſervat etiam Liv. lib. II. p. 25. in civitate Romana, quum, Porſenna Romam infeſto exercitu petente, Senatus timens & ſuos ipſi cives, ne metu perculſa plebs reges in urbem reciperet, &c. multa blandimenta plebi daret: *Itaque*, inquit, *hæc indulgentia patrum, aſperis poſtmodum rebus in obſidione ac fame, adeo concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non ſummi magis quam infimi horrerent: nec quisquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando univerſus Senatus fuit.* Eodem modo in lib. XXII. p. 213. ſcribit de ſociis Romanorum, quorum agrum late depopulabantur Numidæ. *Nec tamen is terror*, inquit, *quum omnia bello flagrarent, fide ſocios dimovit: videlicet quia juſto & moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei eſt, melioribus parere.* Egregie itaque huc facit teſtimonium, quod de Decimanis fortiſſimis exercitus ſui dabat Aurelianus Imperator, quum eos Probo poſtea Imperatori traderet: *Iſti ſunt, qui quadam felicitatis prærogativa, præſules, niſi futuros Principes, habere non norunt.* in Hiſt. Aug. in 4. Caſaub. pag. 347. Haud diſſimili ratione, ac ſenex ille, qui apud Eupolidem queritur de Rep. & improbitate Imperatorum; ſed antea fuiſſe in ea civitate Imperatores ex præcipuis familiis, opibus & genere præſtantes; quibus tanquam Diis vota fierent &c. ex Stob. p. 410.

Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω πέως ᾠκοῦμεν ὦ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν πλούτῳ γένει τε πρῶτοι
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν εὐχόμεσθα, καὶ γὰρ ἦσαν,
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν.

Hiſce accedat Plato, qui non, ut ille, divitias nobilitatem & potentiam conjunctam vult; ſed *hac unica ratione homines a malis liberari ſolvique poſſe* pronunciat, *ſi divi-*

divino quodam fato in eodem homine animus Philosophicus atque potentia regia concurrant, eaque virtutem improbitate superiorem reddant. apud Plut. in Numa cap. XXXVII. Optime igitur Seneca Ep. XC. *Naturæ est, potioribus deteriora submittere.* Et *inter homines pro summo est optimus.* addens ibi de primis mortalium, quique ex his geniti naturam incorrupti sequebantur: *Animo itaque Rector eligebatur. Ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse nisi melior.* At vero quam immerito Imperatorium munus geratur ab imperito; egregie docebit Socratis illa apud Xenoph. disputatio pag. 771. Οὐχ ὁρᾷς, inquit, ὅτι κιθαρῳδῶν μὲν καὶ χορευτῶν, καὶ ὀρχηστῶν οὐδὲ εἷς ἐπιχειρεῖ ἄρχειν μὴ ἐπιστάμενος, οὐδὲ παλαιστῶν, οὐδὲ παγκρατιαστῶν· ἀλλὰ πάντες, ὅσοι τούτων ἄρχουσιν, ἔχουσι δεῖξαι ὁπόθεν ἔμαθον ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐφεστᾶσι· τῶν δὲ στρατηγῶν οἱ πλεῖστοι αὐτοσχεδιάζουσιν; *An non vides, neminem citharœdorum, & eorum, qui suam in choris operam locant, & saltatorum & pugilum & pancratiastarum conari, ut imperet, si quidem imperitus sit: sed omnes, quotquot his præsunt, posse commonstrare, a quibus ea didicerint, quibus sint præpositi; quum interim maxima imperatorum pars temere munus hoc capessat?* Nec tantum imperitis, sed & improbe & injuste viventibus nullam a subjectis obedientiam præstari posse, evincit locus apud Stob. pag. 527. τοὺς σὺν τῷ δίκῃ ζῶντας, ἔπειτα ἀξιοῦντας ἄλλων ἡγέεσθαι, ἀπειθέες ἄνθρωποι. Non aliter nimirum hic sese res habet, atque cum auriga, in quo utrumque spectandum præbet Justinus Philos. apud eundem p. 544. quum dicit: Ἀνάγκη ἀπειρίᾳ καὶ κακίᾳ ἡνιόχου τὰ ὑποζεύγματα κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι, ὥσπερ ἐμπειρίᾳ, καὶ ἀρετῇ διασώζεσθαι. *Imperitia & improbitate aurigæ, animalia jugata per præcipitia dari necesse est, sicuti peritia & virtute ejusdem perpetuo servari.* Hinc illud Democriti ibidem pag. 456. Κρέσσον ἄρχεσθαι τοῖσιν ἀνοήτοισιν ἢ ἄρχειν. *Imprudentibus, regi quam regere satis est.* Hinc etiam

Eperato

Eperato contrarium obtigisse plane, videmus illi, quod Philopœmeni, ut supra visum, referente rursus Polyb. pag. 377. A. *Illum* nempe *ab milite Achaico contemptum, a mercenario vero pro ignavissimo habitum, omnibus ad unum illi parere recusantibus.* Pulcre etiam Plut. apud Stob. pag. 539. huc facit; dicendo: debere rectorem, primo omnium in seipso regnum adeptum esse, & composuisse mentem suam, & instituisse bonos mores; & ita huc postmodum accommodare id quod sibi subjectum sit. Siquidem cadentis non est currere; neque componere incompositi; neque imperare non obedientis. Δεῖ δὲ τὸν ἄρχοντα πρῶτον ἀρχὴν κτησάμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ κατευθύναντα τὴν ψυχὴν, καὶ καταστησάμενον τὸ ἦθος οὕτω συναρμόττειν τὸ ὑπήκοον· οὔτε γὰρ πίπτοντος ὀρθοῦν, οὔτε διδάσκειν ἀμαθοῦς, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντος, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένου. De officio regis laboribusque ejus vid. locos: *Regum conditio quam laboriosa.* Nam, ut est apud Ovid. VI. Fast. 647.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum judex, alios quod monet, ipse facit.

Quod eleganter etiam dixit Ambrosius II. Off. cap. 12. *Quomodo enim eum potes judicare consilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum putabo, qui mihi det consilium quod non dat sibi?* Huc spectat vers. 724.

Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi.

512. *Omne vitium semper h. p. s.*] Est Senecæ Ep. CXVI. Demosthenes pag. 228. neminem post hominum memoriam comprehensum esse dicit, qui injuriam a se factam confessus fuerit. Semper enim homines frontem perfricare, negare, mentiri, causas comminisci, omnia facere, ne pœnas luant. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι, ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, καὶ κρίσεις γίνονται, οὐδεὶς πώποθ' ὁμολογῶν ἀδικεῖν, ἑάλω· ἀλλ' ἀναισχυντοῦσιν, ἀρνοῦνται, ψεύδονται, προφάσεις πλάττονται, πάντα ποιοῦσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι δίκην.

κλω. Bene hoc notat Liban. in orat. Menelai pag. 192. ubi de Paride loquens; *Eatenus*, inquit, *forsan rem narravit quatenus sibi putavit conducere, tegendo maleficium mendaciis.* Οὐδεὶς γὰρ, addit, πώποτε τῶν ἠδικηκότων ὡμολόγηκεν ἃ τετόλμηκεν, ἀλλὰ πάντα τρόπον διαστρέφουσι τὸ ἀληθές, ἐκ μὲν τῶν ἀδικημάτων πλέον ἔχειν, ἐκ δὲ τῆς ἀρνήσεως χρηστοὶ δοκεῖν εἶναι βουλόμενοι. *Nemo enim unquam qui injurius fuit, confessus est audaciam suam, sed omnimode pervertunt veritatem; ex maleficiis quidem aliquod commodum habere, ex negatione autem probi esse videri cupientes.* Hinc egregie Quintil. declam. XII. p. 73. *Multum, mehercle, vos fallit opinio, judices, si ullam causam ita evidentem deferri posse in forum putatis; cui nulla ne mendacii quidem velamenta contingant. Opinione sua defenditur; & qua res minime coargui potest, nititur se teste.* Acute autem Isocrates ostendit in fine orat. in laud. Bus. pag. 544. Polycratem non defensionem Busiridis, sed criminum confessionem potius composuisse, eo, quod facillimo delinquentibus refugio excogitato, nonnullos eadem fecisse demonstraverit. Οὐ γὰρ, inquit, ἀπολύεις αὐτὸν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἀποφαίνεις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ταῦτα πεποιήκασι, ῥᾳθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν διευρίσκων καταφυγήν.

513. *Omnis dies velut u. o. e.*] Sunt verba Senecæ Ep. XII. Item de Br. vitæ cap. VII. Nam ut Cic. loquitur de Sen. cap. XIX. *Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum?* Hinc Plin. Nat. H. l. VII. cap. 7. de Anacreontis Poëtæ, ut & Fabii Senatoris obitu repentino loquitur, & addit: *Is demum profecto vitam aqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humana memor fuerit.* Hinc pulcre Seneca III. de Ira cap. 42. *Quid juvat tanquam in æternum genitos iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare? quid juvat dies, quos in voluptatem honestam impendere licet, in dolorem alicujus tormentumque transferre?*

ferre? Non capiunt res istæ jacturam, nec tempus vacat perdere. Et mox: *Jam par acerrimum media mors dirimet.* Hinc etiam nihil grave aut molestum in vita putabit ille, qui sic omnem diem velut ultimum ordinaverit; & ut loquitur Dio Chrys. pag. 246. B. *etiamsi diutissime vivat, considerando tamen jamjam vitæ terminum adesse, magnas putabit esse nugas, grave quid putare, præter hoc unum, quod hujusmodi affectionibus non est subjectum.* Et ita mortem ipsam non fore ut incuset ostendit Naz. tom. II. p. 146.

Ὡς αἰεὶ κρυεροῖο παρεσταότος θανάτοιο
Μνώεο, ἢ θανάτῳ ἤοσιν⊙ αἰπὺς ἔσῃ.

Fac tibi mors nunquam memori de mente recedat;
Mors tibi sic veniens haud gravis hostis erit.

Qui eodem tom. p. 239. C. egregie illudit divitibus avaris, quorum incerti hæredes sint; quum illi hoc minus interim cogitent. Hisce accedat Joh. Chrys. in Joh. Homil. LXXXIII. p. 431. A. *Eandem migrandi necessitatem, eundem nos exitum manere, nonnunquam ante vesperum imminere, in mentem veniat. Præparemur ergo huic profectioni.* Idem in Matth. p. 200. de eo, quod in precatione Dominica nos jusserit Christus petere τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον· τοῦτ' ἐστι, inquit, τὸν ἐφήμερον· ὥστε μὴ ὑπὲρ τῆς αὔριον μεριμνᾷν. &c. *h. e. quotidianum, adeo ut non debeamus solliciti esse de crastino d e.*

514. *Omnis voluptas, quemcunque a. n.*] Huc facit egregie, quod dicit Synesius pag. 282. Sirenas significare illas voluptates docens, quibus fruimur, τὰς ἀπολαυστικὰς ἡδονὰς, αἳ σὺν ἑξάντας καὶ καταγοητευθέντας αὐτῶν τῷ περιουσίᾳ μετὰ μικρὸν ἀπολλύουσι. *Quæ succumbentes atque allectos earum blandimentis paulatim* vel *paulo post perdunt.*

515. *O pessimum periculum, q. o. l.*] Nam latior ex incerto metus est, ut habet Tac. IV. Ann. p. 143. de ruina Amphitheatri Fidenarum; & facta inde homi-

num ſtrage: *Jam cæteri*, inquit, *fama exciti*, *hic fratrem*, *propinquum ille*, *alius parentes lamentari: etiam quorum diverſa de cauſa amici aut neceſſarii aberant*, *pavere tamen: neque dum comperto quos illa vis perculiſſet*, *latior ex incerto metus.*

516. *O tacitum tormentum a. c.*] Hinc in libro Sapientiæ cap. XVII. vſ. 11. *Res timida* dicitur *improbitas teſte proprio condemnata; Et ſemper res graves præſumit dum conſtringitur conſcientia.* Et Joh. Chryſoſt. in Epp. p. 1654. ingentes iniquitati amaritudines ineſſe docet: Ea ſiquidem conſcientiam gignat, quæ nos flagellet & mordeat aſſidue, τὸ συνειδὸς μαςίζον ἡμᾶς συνεχῶς καὶ δάκνον. Et *Vellem*, inquit, *ſi fieri poſſet*, *extrahere e corpore animam improbi hominis*, *& videres illam pallidam*, *trementem*, *erubeſcentem*, *anxiam*, *condemnantem ſeipſam.* Ἐβουλοίμην, εἴγε δυνατὸν ἦν, ἐξελκύσαι τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδίκου, καὶ εἶδες ἂν αὐτὴν ὠχρὰν, τρέμουσαν, αἰσχυνομένην, ἀγωνιῶσαν, καταδικάζουσαν ἑαυτήν.

517. *O vita miſero longa f. b.*] De verbo ad verbum Apollonius apud Stob. p. 891. Βραχὺς ὁ βίος ἀνθρώπῳ εὖ πράττοντι· δυστυχοῦντι δὲ μακρός. Item Poëta in Anthol. l. 1. cap. XXIII. Ep. 8.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ κακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.
Vita quidem brevis eſt felicibus omnis, at ingens
Unius miſeris noctis erit ſpatium.

Nam, ut loquitur Quintil. in Inſt. p. 224. *& fallit voluptas*, *& minus longa quæ delectant videntur: ut amœnum ac molle iter etiamſi eſt ſpatii amplioris*, *minus fatigat*, *quam durum arduumque compendium.* Huc facit Apulejus II. Flor. p. 227. de Severiano Africæ Proconſule, quem perpetuum optat. *Quid nobis cum iſtis Proconſulum vicibus? quid cum annis brevibus. & feſtinantibus menſibus? O celeres bonorum hominum dies! ô Præſidum optimorum citata curricula! Jam te Severiane*

tota

tota provincia desideramus. Quum interim ille, cui vita acerba est, jactandas ipse pennas sumere optaret, quo ea excederet; prout loquitur Joh. Chrys. in Epp. p. 1330. Ἐπεὶ ὅγε μετὰ πικρὸν βίον ζῶν καὶ πτερωθῆναι ἕλοιτο ἄν, καὶ ἀπαλλαγῆναι ἐντεῦθεν. Cum nostro exclamat Sirach. cap. XLI. v. I. & seqq. Ὦ θάνατε, ὡς πικρόν σου τὸ μνημόσυνόν ἐστιν ἀνθρώπῳ, εἰρηνεύοντι ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ· Ἀνδρὶ ἀπερισπάστῳ, καὶ εὐοδουμένῳ ἐν πᾶσιν, καὶ ἔτι ἰσχύοντι ἐπιδέξασθαι τροφήν· Ὦ θάνατε, καλόν σου τὸ κρίμα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἐπιδεομένῳ, καὶ ἐλασσουμένῳ ἰσχύϊ· Ἐσχατογήρῳ, καὶ περισπωμένῳ περὶ πάντων, καὶ ἀπειθοῦντι, καὶ ἀπολωλεκότι ὑπομονήν. *O mors quam amara est tui memoria homini pacate fruenti bonis suis: viro nullis curis distracto, cuique omnia prospere cedunt, & qui adhuc valet cibum capere. O mors, bonum est judicium tuum homini egenti, & viribus destituto: decrepito & distracto undique, & diffidenti, eique qui amisit patientiam.* Hinc homini misero rem facilem judicat Martialis contemptum mortis; at vero illum demum fortem, qui possit esse miser; nec idcirco vitæ statim capiatur tædio. Sic ille l. XI. ep. 57.

O quam tu cupies ter vivere Nestoris annos,
Et nihil ex ulla perdere luce voles!
Rebus in angustis facile est contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Pacem cum hominibus, bellum cum vitiis habe.] Pone heic mea:

Odisse homines non decet &c.

518. *Parata lacryma insidias, n f. i*] Vid. inf. 640.

Qui venit ut noceat, semper meditatus venit.

519. *Parens iratus in se e.c.*] Quia liberi parentibus cariores vita. Et, ut est apud Liban. pag. 593. patribus de liberis leges positæ sunt, multo graviores legibus scriptis, ut pote ab ipsa Natura infixæ ac stabilitæ: quæ volunt, ut parentes prolem suam pluris faciant quam se ipsos, & omnibus circa illos laboribus

lætentur. Εἰσὶ καὶ πατράσι, inquit, περὶ παίδων κείμενοι νόμοι, πολὺ τούτων τῶν γεγραμμένων σεμνότεροι, παρ' αὐτῆς παρέχοντες τῆς φύσεως· οἳ βούλονται τοὺς γεγεννηκότας περὶ πλείονος αὐτῶν τὰ τεχθέντα ποιεῖσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς περὶ αὐτῶν ἥδεσθαι πόνοις. Hinc apud eundem pater ille filio ob oculos ponit suam circa ejus educationem & institutionem curam; & anxietatem sollicitudinemque si quando ægrotaret filius; eo usque ut Deos oraverit in se morbum transferrent. pag. 613. Τὴν μὲν ἐπιμέλειαν οἶσθα τὴν ἐμὴν, μεθ' ἧς ἐτράφης· μεθ' ἧς ἐπαιδεύθης· καὶ ὡς ὁπότε ἀῤῥωστοίης ἐδεόμην τῶν θεῶν ἐπ' ἐμὲ μετενεγκεῖν τὴν νόσον. Hinc nihil gravius omnino judicatur mortalibus, quam eorundem amissio. Eurip. Supp. v. 1120.

Τί γὰρ ἂν μεῖζον τοῦδ' ἔτι θνατοῖς
Πάθος ἐξεύροις,
Ἢ τέκνα θανόντ' ἐσιδέσθαι.

Ad mentem itaque Nostri loquitur rursus Liban. p. 788. C. quum dicit; aliquid gravius consulere in liberos, idem esse ac pati. Τὸ γὰρ ἐπὶ τῶν παίδων τι δρᾶν, ἴσον ἐστὶ καὶ πάσχειν. Et Ennodius pag. 346. *In perniciem propriam accenditur, qui sic sævit in gratia sua germina, ut plantas abscindat. Liberior justo iracundia plus quam alios lacessit auctorem.* Et pertinet huc egregie historia Herodis apud Egesippum pag. 157. quum ipse filios suos Volumnium & Olympium accusaret: *Rogabat sententias*, inquit, *securus victoria, nescius, quod in ejusmodi judicio ærumnosior esset, qui vinceret, quam illi, qui tam acerbe addicerentur.* Bene & graviter Amyntas apud Curt. p 216. se purgans, & maligni animi a se suspicionem removens: *Cum quid accidit tristius*, inquit, *omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ utique non odimus, infestas admovemus manus: parentes liberis si occurrant, & ingrati & invisi sunt.* Sic Antigone patris Oedipi iracundiæ obviam it apud Soph. in Oedip. Colon. v. 1233. dicens patrem non debere talionis legem exercere in filium:

Ἔφυσας

Ἔφυσας αὐτόν· ὥστε μήτε δρῶντά σε
Τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων, πάτερ,
Θέμις σέ γ' εἶναι 'κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.

Ex te natus est, inquit, *ut etiamsi adversus te faciat sceleratissime, non tamen te deceat illi contra malefacere.* At vero parenti licet irasci in castigando. Vide Chrys. in Psalm. p. 25. C.

520. *Parere scire par i. g. e.*] Tantum gloriæ habet bene serviens, quantum bene imperans; quia fert bene personam. Unde talis etiam nequaquam sibi laudi duxerit, adversari imperatori suo; sed ipsa obedientia delectabitur, & quoties necessitas postulat, lubenter se labori offeret. Talibus uti divinos & bonos & peritos rectores, docet Xenoph. p. 871. B. Eorum enim, quoscunque acceperint, milites fore αἰσχυνομένους τε αἰσχρόν τι ποιεῖν, καὶ πείθεσθαι οἰομένους βέλτιον εἶναι, καὶ ἀγαλλομένους τῷ πείθεσθαι ἕνα ἕκαστον, καὶ συμπονοῦντας, πονεῖν ὅταν δεήσῃ, οὐκ ἀθύμως πονοῦντας. Et bene par gloria utrumque existimatur, qui enim bene servire didicerit, etiam postea imperium nactus, bene imperare sciet. Unde apud Isocratem monentur parentes, ut liberos suos doceant parere regio imperio, & plurimum eos huic disciplinæ assuefaciant. pag. 83. Διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι, καὶ περὶ τὴν παίδευσιν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς ἐθίζετε αὐτοὺς ὡς μάλιστα διατρίβειν, ἐὰν γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται. Sic & Joseph p. 119. Ὅτι πάντες οἱ ἄρχεσθαι καλῶς εἰδότες, καὶ ἄρχειν ἴσασι παρελθόντες εἰς ἐξουσίαν αὐτοῦ. Imo ex parte jam dominatur. Hinc Cassiod. VIII. epist. 10. *Defensorem omnium suis tractatibus adjuvabat, & ministrando consilium regebat ipse rectorem.* Et X. ep. 4. Theodahadus rex Senatui scribens; ait: *Generalitatem sub libertate servire*, & subjungit: *Hoc obsequio dignissime dominamur. Nam cum tanta prudentiæ pareo, totis viribus obsecundo.* Huc facit vs. 615.

Qui docte servit, partem dominatus tenet.

521. *Pars beneficii est, quod petitur, si belle neges.*] Zwing. 1092. *Quidam*, inquit, *ita moleste dant beneficium, ut gratiam amittant; quidam adeo commode negant, ut videantur dedisse.*

522. *Pars beneficii est, quod petitur, si cito neges.*] Vid. quæ supra ad v. 404.

Minus decipitur, cui negatur celeriter.

523. *Parvo fames constat m. f.*] Est Senecæ ep. XVII. Similiter dixit Ep. LX. *Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio.* Et ep. CXIX. multa habet adversus fastidium. Bene itaque Democritus: *Ambitiosam mensam fortuna, parcam virtus apponit.* Et Tusculanus Cato: *Magna cura cibi, magna virtutis incuria*, quod utrumque habet Amm. lib. XVI. p. 73. Quo spectat etiam Nili hæc admonitio §. 49. Μὴ ἀγάπα τὸ τρυφᾷν· φιλίαν γὰρ πρὸς τὸν βίον ἐμποιεῖ, ἔχθραν δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἐξ ἑκατέρου τίκτεται. *Ne diligas luxuriam: amorem enim erga vitam efficit; inimicitia vero in Deum ex utroque nascitur.* Cic. II. FF. p. 66. *Huic ego* (de Epicuro loquitur) *si negaret quicquam interesse ad beate vivendum, quali uteretur victu, concederem: laudarem etiam: verum enim diceret: idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. sed, qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso, non audio. nec enim eum quod sentiat, dicere existimo.* Adde Liban. pag. 375. ubi Avari mandata ultima sunt: *Panem & aquam sufficiens alimentum ducite* &c.

524. *Patiendo multa veniunt, q. n. p.*] Sic Demosth. pag. 90. ubi orator Macedonicam triremem in Piræeum contra commune fœdus appulsam, referens; non ideo quia tantum fuisset una navis parvum id ducendum esse, dicit, siquidem ita Macedones patientiam Atheniensium periclitari voluissent; imprimis quum etiam

etiam tunc peterent, ut parva navigia in Atheniensium portubus fabricari liceret. Πῶς, inquit, οὐ καταφανὲς ἦν, ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν, τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι ἐμαχανῶντο; καὶ εἰ λεπτὰ πλοῖα ὑπομενοῦμεν, ὀλίγον ὕστερον καὶ τριήρεις· καὶ εἰ τὸ πρῶτον ὀλίγας μικρῷ ὕστερον πολλάς. *Quomodo non erat manifestum eos id consilii habuisse, ut intra portum statim essent potius, quam ut in eum appellerent? & si parva navigia toleraremus, paulo post triremes quoque: & si primum paucas, paulo post multas?* Hinc eorum sententia, quos in consilium adhibet Perseus, referente Livio l. XLII. pag. 544. *Dum integra res sint cogitare apud animum suum Persea debere; utrum singula concedendo, nudatus ad extremum opibus, extorrisque regno, Samothraciam aliamve quam insulam petere ab Romanis, ubi privatus superstes regno suo in contemptu atque inopia consenescat, malit: an armatus vindex fortunæ dignitatisque suæ, ita ut viro forti dignum sit, patiatur quodcunque casus belli tulerit: aut victor liberet orbem terrarum ab imperio Romano.* Inf. v. 753. dixit:

Veterem ferendo injuriam invites novam.

Et sic in cæteris rebus gravibus & molestis fieri solet, ut novis identidem ærumnis dies adaugeat ægritudinem hominibus. Quo spectat illud Senecæ in Thyest. v. 306.

Jam tempus illi fecit ærumnas leves.
A. *Erras: malorum sensus accrescit die.*
Leve est miserias ferre, perferre est grave.

Egregie plane Symmachus l. III. ep. 6. *Tertius hic mihi de optimis fratribus luctus est. Post tot miserias, quis non putet me dedidicisse patientiam? At quanto imbecilliores nos ipse casus invenerit, tanto magis doleo. Nunc & illa crudescunt, quibus stuporem diuturnitas fecerat. Ictus enim novissimus etiam veteres plagas dolore rescindit.*

525. *Patiens & fortis s. i. f. f.*] Exemplo sit Mithridates, prout de eo Justin. p. 215. refert quod *eum*

ita vicerint Romani, ut major clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior videretur.

526. *Patiens in adversis nunquam e. f.*] In Frising. est: *Potest ult' in adversis.* Bene Hor. II. Sat. 8. v. 73.

Sed convivatoris, uti ducis ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ.

Jam vero *Imperator cladem passus melior est semper-felice*, ad quod dictum vide quæ notavi in libro meo. Nam, ut est apud Senecam Ep. LXXXV. *Tranquillo, ut ajunt, quilibet gubernator est.* At ut apud Mart.

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Lædi itaque in adversis statim præ insolentia rei felicitatem necesse est: Huc facit Symmachus VI. ep. 22. *Dura commotio est, quam gignit injuria, sed mollire debet dolorem medicina patientiæ. Nec deëst vobis usus adversa tolerandi. Nam crebro ictum Fortunæ ferre didicistis. Quod si in secundis rebus ageretis; jure insolitis malis læderetur felicitas.* Pulcherrime in mentem hujus sententiæ scribit Senec. in Cons. ad Helv. cap. II. *Fleant itaque diutius, & gemant, quorum delicatas mentes enervavit longa felicitas, & ad levissimarum injuriarum motus collabantur: at quorum omnes anni per calamitates transierunt, gravissima quoque forti & immobili constantia perferant. Unum habet assidua felicitas boni, quod, quos sæpe vexat, novissime indurat.* Bene Plin. VI. epist. 2. *Mihi autem*, inquit *& gratiora sunt bona, quod perseverant, & leviora incommoda, quod assuevi.* Item Cassiod. X. ep. 11. *Provectibus quidem proxima est indubitanter invidia: sed tolerantia melius vincitur, quæ contentione semper augetur.* unde etiam mox: *amicam sapientibus* patientiam vocat. Sic apud Ammian. p. 350. moriturus Julianus se expertum dicit: *quod dolores omnes ut insultant ignavis, ita persistentibus cedunt.* Huc spectat etiam locus Libanii p. 672. B. ubi dicit ignaviæ in

in duce comitem esse mollitiem; & mollitiei militum, omnium impatientiam.

527. *Patientia animi divitias occultas habet.*] Significat eum, qui patienter rebus parvis utitur, videri divitem. Sic Hor. de formica:

Quæ simul inversum contristat Aquarius annum
Non usquam prorepit, & illis utitur ante
Quæsitis patiens. —— ——

Interim puto opponi istud cinædo, qui *patientia corporis* divitias occultas nactus.

528. *Patria sua est ubicunque v. b.*] Ita Cic. in Epist. ad Brutum pag. 439. *Aut longe a servientibus abero, mihique esse judicabo Romam, ubicunque liberum esse licebit.* Hinc est, quod annotat Vellejus de Hesiodo; eum vitasse ne in id, quod Homerus, incideret; patriamque & parentes testatum esse, *sed patriam*, inquit, *quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.* Et pertinet huc, quod de Laurentio refert Athen. in princ. Deip. quum dicit eum, cum ad hospitium & convivium aliquos invitaret, ita cum eis egisse, ut omnibus Roma videretur patria cuique sua. Καὶ ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις δὲ, inquit, παρακαλῶν, πατρίδα τὴν Ῥώμην πᾶσιν ἀποφαίνει. Optime ad mentem hujus sententiæ quoque Ammianus de Alanis, qui per pagos, ut Nomades, vagabantur immensos, plaustrisque circumvehebantur &c. *Quocunque*, inquit, *ierint, illuc genuinum existimant larem.* Hisce accedat Philostratus in Ep. ad uxorem pag. 904. qui patrias vocat *formidolosas commensiones sordidorum & illiberalium Legislatorum, terminis ac portis sua describentium.*

529. *Paucorum est intelligere q. c. d. d.*] Capi potest, ut quis beatus sit, qui putetur alteri infelix, & contra. Xystus Pythag. §. 109. *Etiamsi non habes omnia, tamen tibi multa dat Deus. Nemo est contentus sua sorte.* Huc pertinet fabula apud Phædrum LXXIV. de canum lega-

legatis ad Jovem. Certe mala ſæpe dat, & putamus bona; ut & contra. Unde illud quod eſt apud Senec. Suaſ. III. *Deos rebus humanis non interponere arbitrium ſuum: ſi interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi.* Ut ut eſt; parendum eſt admonitioni Sir. cap. II. v. I. & ſeqq. Τέκνον, εἰ προσέρχῃ κυρίῳ θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν. *Fili, ſi accedas ad ſerviendum Domino Deo, præpara animam tuam ad tentationem.* &c.

530. *Paucorum improbitas u. c.*] Ita Liban. p. 56. D. adverſus medicum veneficum agit: *Civitas*, inquit, *medicam artem magis formidat quam febrem. Urbs medicum magis quam peſtem perhorreſcit.*

531. *Peccare pauci nolunt, nulli neſciunt.*] Forte: *multi neſciunt.* Sic certe Sen. Ep. xc. multum intereſſe judicat, *utrum peccare aliquis nolit, an neſciat.*

532. *Peccatum amici velut t. r. p.*] Sic ſupr. v. 28. dixit:

Amici vitia, niſi feras, facis tua.

533. *Peccatum extenuat q. c. c.*] Huc facit illud Demoſthenis: maxime e republica eſſe, ut pravis conſiliis actionibuſque obviam eatur. Sic enim ait p. 148. Οὐδένα ἂν ἀφρονοῦντα ἀντειπεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζω ὡς οὐχ ἁπάντων ἄριστόν ἐστι τῇ πόλει, μάλιστα μὲν ἐξ ἀρχῆς μηδὲν ἀσύμφορον πράττειν· εἰ δὲ μή, παρεῖναι δ᾽ αὐτοὺς τοὺς ἐναντιωσομένους. Hoc ipſum egregie nobis conſpiciendum præbet Tac. I. Ann. p. 15. ubi de diverſis ſententiis de motu ſeditionis prorſus ſedando loquitur: *Certatum inde ſententiis, cum alii opperiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem cenſerent; alii fortioribus remediis agendum. nihil in vulgo modicum: terrere ni paveant: ubi pertimuerint impune contemni. Dum ſuperſtitio urgeat, adjiciendos ex duce metus, ſublatis ſeditionis auctoribus.* Huc facit etiam exhortatio Sirach. cap. v. vſ. 8. non eſſe ſegniter agendum, nec diem de die trahen-

trahendum ad convertendum ſe ad Dominum. Μὴ ἀνάμενε ἐπιςρέψαι πρὸς κύριον, καὶ μὴ ὑπερβάλλε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. V. Locos Communes: *Error.*

534. *Pecunia oportet imperes n. ſ.*] Hoc bene tetigit Senec. de Beata vita c. XXII. *Mihi divitiæ ſi effluxerint, nihil auferent niſi ſemet ipſas, tu ſtupebis, & videberis tibi ſine te relictus, ſi illæ a te receſſerint Apud me divitiæ aliquem locum habent, apud te ſummum. Divitiæ meæ ſunt. Tu divitiarum.*

535. *Pecunia una regimen r. e. o.*] Imo muneribus & Deos flecti fama eſt, ut eſt apud Eurip. Nam aurum melius infinitis orationibus. Sic ille in Med. v. 964.

—— Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς, λόγος·
Χρυσὸς δ' κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς.

Frequentia ſunt in hiſtoriis exempla. Ut in civitate Naxiorum a Procle proditam apud Diod. Sicul. p. 403. B. qui Ἐπαγγελιῶν μεγέθει πεισθεὶς, παρέδωκε τὴν πατρίδα τῷ Διονυσίῳ, *magnitudine promiſſorum perſuaſus, patriam urbem Dionyſio prodidit.* Idem de Phayllo Phocenſium duce refert p. 529. C. eum, dum opum affluentia non parce uteretur, non privatos ſolum homines ad navandam ſibi operam promptos habuit, verum illuſtres etiam civitates ad ſocietatem pertraxit. Τῇ γὰρ ἀφθονίᾳ, inquit, τῶν χρημάτων ἀναιδῶς χρώμενος, οὐ μόνον ἰδιώτας πολλοὺς ἔσχε προθύμους συναγωνιςὰς, ἀλλὰ καὶ πόλεις τὰς ἐπιφανεςάτας ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν κοινοπραγίαν. Imo, teſte eodem Diodoro pag. 538. D. non dubitavit etiam Philippus Macedo gloriari: διὰ χρυσίου πολὺ μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν ὅπλων ηὐξηκέναι τὴν ἰδίαν βασιλείαν, *longe magis auro quam armis regnum ſuum creviſſe.* Quod ipſius de ſe teſtimonium confirmatur illo Demoſth. in ea de Corona pag. 348. A. Εἰ τοίνυν τις ὁντινοῦν ἔροιτο, πόσι τὰ πλεῖςα Φίλιππος ὧν κατέπραξε διῳκήσατο; πάντες ἂν εἴποιεν, τῷ ςρατοπέδῳ, καὶ τῷ διδόναι, καὶ τῷ διαφθείρειν τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων. *Quod ſi quis quemcunque rogitet, quibus rebus!*

bus Philippus maximam eorum quæ confecit partem, expedierit: omnes respondebunt exercitu & largiendo, & corrumpendis iis, qui in gerendis rebus versantur. Insigne etiam exemplum præbet M. Scaurus apud Sall. de B. J. p. 75. qui de eo: *Cæterum socius & administer omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione ejus corruptis, acerrime regem impugnaverat: tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est.* In tales itaque Timon invehitur apud Liban. p. 346. C. quum dicit: *Pro drachmis paucissimis Deos, leges, jura, pietatem, omnia venditis.* Vid. me: *Corruptionibus omnia peraguntur.*

536. *Pejora multo cogitat m. d.*] Est procul dubio præceptum parasiti cujusdam principi suo tyranno, qui punire volebat eos, qui ipsi maledicebant. Eo enim inhibet, quod pejora de eo cogitent; itaque per occasionem ubi fermentum illud maturuerit, possent in ipsum irruere; ut factum est Phalaridi, cum vetaret inter se loqui. Inde interpretanda illa Taciti 1. H. cap. 18. p. 341. de Galba: *Ac ne dissimulata seditio in majus crederetur, ultro asseverat, quartam & duodevicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba & voces errasse, & brevi in officio fore.* tanquam animo nullum subesset ulcus, impetu ablati essent. Quo pertinent verba Amyntæ apud Curt. p. 216. *Cæterum, etiamsi militis tui, vel in agmine deficientis & defatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri & vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta, merueramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro imputare quam animo.* Longe itaque alia res erat cum Phocensibus Philippi fraude deceptis. *Non quidem pavor ille hostilis nec discursus per urbem militum erat; non tumultus armorum, non bonorum atque hominum rapina, sed, tacitus mœror & luctus, verentibus ne ipsæ lacrymæ pro contumacia haberentur;* ut refert Just. pag. 68.

68. additque bene: *Creſcit diſſimulatione ipſa dolor, hoc altius demiſſus, quo minus profiteri licet.*

537. *Perdendi finem nemo niſi egeſtas facit.*] Huc facit locus Taciti in III. Ann. p. 103. *Dites olim familiæ*, inquit, *nobilium aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur. Nam etiam tum plebem, ſocios, regna colere, & coli licitum. ut quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas inluſtrior habebatur.* Bene itaque Salvianus edit. Ritterh. 217. *Nunc autem quid dici poteſt? receſſerunt prioris temporis facultates. Miſeri ſane ſumus, & necdum nugaces eſſe ceſſamus. Cumque etiam pupillis prodigis vel prodigioſis ſoleat ſubvenire paupertas, ſimulque ut deſtiterint eſſe divites, deſinunt eſſe vitioſi: nos tantum novum genus pupillorum ſumus, in quibus opulentia eſſe deſiit, ſed nequitia perdurat.* Sed forſan bene reſcriberetur:

Perdendi finem nemo, niſi egeſtus, facit.

539. *Perenne conjugium animus n. c. ſ.*] Ita Senec. in Octav.

Amor perennis conjugis caſtæ manet.

540. *Pereundi ſcire tempus a. e. m.*] Videndus Gellius de præſcientia futurorum.

541. *Perfacile felix q. v. i. ſ.*] Supra vſ. 133.

Contra felicem, vix Deus vires habet.

Et 141.

Cui omnes benedicunt, poſſidet populi bona.

Vid. me: *Principes quicquid voluere peractum eſt.*

542. *Perfugere ad inferiorem ſ. i. e. t.*] Hinc Iſocrates p. 121. Τίνες γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσαιμεν, ἢ τοὺς ἥττους αὐτῶν, ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας, παραλιπόντες τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας; *Quinam enim ſunt, qui in animum inducant ſuum ſupplicare vel inferioribus, vel aliorum ſubjectis imperio, prætermiſſis ſuperioribus.* Et Cic. in Epp. ad Fam. pag. 21. *Illud miror adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, ut me exiſtimares aut tam impro-*

providum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem desciscerem, aut &c. Notandum itaque hic est, quod refert in princ. Hist. Liv. de Turno Rutulisque victis. Nimirum, *diffisi rebus, ad florentes Etruscorum opes, Mezentiumque eorum regem confugiunt*, ut loquitur ille l. I. cap. 2. Non aliter *Samnites Sidicinis injusta arma, quia viribus plus poterant, quum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis sese conjungunt*, ut refert idem lib. VII. pag. 130. Sic Polyb. pag. 15. C. Hieronem dicit ad Romanos se recepisse, utpote potiores sibi visos: Ἐκ πάντων, inquit, συνελογίζετο τούτων ἐπικυδεστέρας εἶναι τὰς τῶν Ῥωμαίων ἢ τὰς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίδας. Similiter, postquam cepissent Carthaginienses Agrigentum, obtinerentque jam maris imperium, mediterraneas Siciliæ urbes Romanis ob pedestres eorum copias, maritimas vero Carthaginiensibus se junxisse scribit idem pag. 20. C. Add. Sen. Suas. VI. *Vidimus furentia toto orbe civilia arma, & post Italicas Pharsalicasque acies Romanum sanguinem hausit Ægyptus: quid indignamur in Ciceronem Antonio licere? Sic in Pompejum Alexandrino licuit. An non occiduntur, qui ad indignos confugiunt?* Vid. Erasm. Πρὸς τὸν ὑπορέοντα τοῖχον ῥέπειν. I. Cent. 3. Ad. 16. Item Lips. Polit. pag. 119.

544. *Pericula timidus etiam q. n. s. v.*] Insigne præbent exemplum milites Darii, qui superveniente Alexandro, fugiebant, de quibus Curt. lib. V. pag. 162. *At in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa fugientium agmina. Vix credibile dictu; plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat, ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent.* Vid. me in *Timore.*

545. *Perpetuo vincit, qui u. c.*] Exemplo sit Alexander M. quum in India urbes quasdam deditas in fidem acciperet, per colloquium obsidum qui *clementiam*

tiam Regis simulque vim commemorando ad deditionem eas compulerant. ut refert Curt. p. 331.

546. *Per quæ sis tutus, i. s. c.*] An de Deo &c. accipiendum? ut apud Sueton. Nero *icunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum a plebejo quodam & ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseverasse* dicitur in cap. LVI. Non aliter Galba *monile margaritis gemmisque consertum, ad ornandum Fortunam suam Tusculanum, ex omni gaza secreverat*, testante eodem cap. XVIII. De aliis rebus etiam accipi potest. Quomodo huc facit illa exhortatio J. Cæsaris ad milites, quum pro concione fleret eorum fidem, invocaretque; affirmando *se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque æquo animo detracturum sibi.* Suet. cap. XXXIII.

547. *Plerique metu boni, n. i.*] Istos notat Horatius 2. Sat. VII. vs. 73. in persona servi istius herum suum increpantis,

Non sum mœchus, ais: neque ego hercule fur, ubi vasa
Prætereo sapiens argentea. Tolle periclum,
Jam vaga prosiliet frænis natura remotis.

Revera itaque *boni* non sunt; quod acute satis significat Sen. IV. Ben. 14. *Non immerito in numerum peccantium refertur, quæ pudicitiam timori præstitit, non sibi.* Cum Nostro facit Joh. Chrysost. in Epp. p. 23. plures non tam promissione bonorum, quam metu tristium ad virtutem trahi dicens: ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους, οὐχ' οὕτως τῇ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίᾳ, ὡς τῷ φόβῳ τῶν λυπηρῶν πρὸς τὴν ἀρετὴν ἕλκονται. Audiendus omnino hic est Isidorus Pelus. lib. V. ep. 288. ubi de hisce egregie judicium suum interponit: & illos, qui mercedis gratia boni sunt, inferiores quidem judicat illis, qui tales sunt amore boni honestique, meliores autem illis, qui metu sunt boni; & quidem longiori intervallo illis su-

periores esse, quam inferiores iis, qui amore virtutis boni sunt. Ejus verba sunt: Οἱ ἀμοιβῆς ἕνεκεν τὸ δέον πράττοντες καταδεέστεροι μέν εἰσι τῷ πόθῳ τῶν πρὸς τὸ καλὸν εὐδοκιμούντων, ἀμείνους δὲ τῷ φόβῳ καὶ οὐ πόθῳ τοῦτο ποιούντων, πλέον ἢ ὅσον αὐτοὶ ἡττῶνται τῷ πόθῳ τὴν ἀρετὴν ἀσκούντων. Bene itaque inf. vs. 822.

Odio oportet ut peccandi facias, non metu bonum.

Cæterum illas duas occasiones seu causas novit Libanius, quæ homines moveant ad curam & reverentiam Deorum, impietatis nimirum pœnam, & piæ mentis mercedem. Δύο ἀφορμαὶ, inquit, κινοῦσιν ἀνθρώπους εἰς θεῶν ἐπιμέλειαν, τιμωρία τε δυσσεβείας, καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί. p. 264. C. At pag. 697. etiam loquitur de talibus, qui *firmo proposito & voluntate temperantiam colendi* a malis actionibus abstinent; & censet sic plures bonos esse, quam pœnarum gravitate nimia legumque minis. Οὐ γὰρ τῇ τῶν τιμωριῶν ὑπερβολῇ, οὐδὲ τῇ τῶν νόμων ἀπειλῇ κακουργεῖν οἱ πλείους ἀπέχονται· ἀλλὰ τῷ προαιρεῖσθαι σωφρονεῖν καὶ βούλεσθαι. Certe illos demum bonos judicabat Philosophus Eudem. p. 149. G. qui non ob aliud quippiam tales essent, quam ob ipsum animi propositum, quod & ille προαίρεσιν vocavit. Sic ille: Ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ δίκαια λέγομεν πράττοντας τινὰς οὔπω δικαίους εἶναι, οἷον τοὺς τὰ ὑπὸ τῶν νόμων τεταγμένα ποιοῦντας, ἢ ἄκοντας, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἢ δι' ἕτερόν τι, καὶ μὴ δι' αὐτὰ, καίτοι πράττουσί γε ἃ δεῖ, καὶ ὅσα χρὴ τὸν σπουδαῖον· οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὥστ' εἶναι ἀγαθὸν, λέγω δὲ, οἷον, διὰ προαίρεσιν καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων. *Quemadmodum enim quosdam qui res justas agunt, nondum justos esse dicimus, ut qui ea quæ legibus constituta & præscripta sunt, faciunt vel inviti, vel ignorantia, vel ob aliud quippiam, non propter ipsa, atqui agunt ea quæ sunt agenda, & quæ virum bonum oportet agere, sic par est, ut videtur unumquemque certe quodammodo affectum quidque agere, ut sit bonus: dico autem, verbi gratia: quod tale consilium ceperit,*

perit, & earum rerum, quæ aguntur, causa. Non aliter sub Numa Pompilio sese habebat multitudo, describente Livio lib. I. p. 8. Quibus *Deorum assidua insidens cura, quum interesse rebus humanis cœleste Numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac jusjurandum, pro legum ac pœnarum metu, civitatem regerent.* Nec alienum hinc est, quod pronunciat Cleobulus apud Stob. pag. 440. Μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδοίκασιν, ἢ νόμον. *Maxime illum populum colere temperantiam, ubi cives magis vituperium quam legem metuant.*

548. *Plures tegit Fortuna q. t. f.*] Imo neminem tutum facit, quo pertinet egregie Claudian. IV. Conf. v. 104. & seqq.

Exstruite immanes scopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vastas opponite sylvas,
Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem
Permixtis sociate jugis, & rupibus Hæmum
Addite Caucaseis, involvite Pelion Ossæ:
Non dabitis murum sceleri. &c.

550. *Plus est quam p. s. r. m. v.*] Ut Calpurnia illa de qua Tac. XII. Ann. p. 205. *Et Calpurnia illustris femina pervertitur, quia formam ejus laudaverat princeps; nulla libidine, sed fortuito sermone.*

551. *Pœna ad malum serpens, ut proterat venit.*] Et tarditatem supplicii supplet gravitate, Eurip.

Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε, μὴ τρέσῃς,
Παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τὸν ἄλλων βροτῶν
Τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σιγᾷ καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα, μάρψῃ τοὺς κακοὺς ὅταν τύχῃ.
Trepidare noli: non te accedens comminus
Justitia jecur feriet, aut alium improbum.
Sed tacita lento tardeque adrepens pede
Suo malos aliquando tempore obruet.

Quem locum examinat Plut. in lib. de iis qui sero a

Εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυπον
Νῦν ἔφυγες, σαυρῷ δ' ἴσθι φυλαττόμενος.

Hoc ſenſu dixit Libanius, perditis & inſanabilibus hominibus mortis ſupplicium reſervari; quandoquidem non in ſingulos, cum ſint tamen qui non parum peccent, fulmina Jovis mittantur, aut terra moveatur &c. pag. 546. B. Οἱ μὲν οὐκ ὀλίγα πλημμελοῦσιν· οἱ κεραυνοὶ δὲ τοῦ Διὸς οὐχ ἑκάστῳ κινοῦνται· οὐδὲ ἡ γῆ παρ' ἐμοῦ, &c. (ſic Neptunum loquentem facit) διὰ τοῦτο τὸ ἀποθνήσκειν τοῖς ἀνηκέστοις τετήρηται. Non aliter Plancina, quæ nupta fuerat Cn. Piſoni &c. *petita criminibus haud ignotis, ſua manu ſera magis, quam immerita ſupplicia perſolvit*, ut eſt apud Tac. VI. Ann. p. 166. Hinc Ammianus agnoſcit *ſempiternum Juſtitiæ vigorem, aliquoties ſerum, ſed ſcrupuloſum quæſitorem geſtorum recte vel ſecius.* lib. XXX. p. 502. Bene itaque Eurip. in Hecub. v. 1024. nondum dediſſe, ſed forſan daturus pœnas dicitur Polymeſtor.

Οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην.

addita mox ratione; quod ſit obnoxium Juſtitiæ & Diis, minime id concidere, aut prætermitti unquam.

Τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ καὶ θεοῖς οὐ ξυμπιτνεῖ.

Hinc itaque, licet improbitas in ſummum evehatur culmen, ad poſtremum tamen præcipitem dari, evincit Sophocles in Oedip. Tyr. v. 887.

Ὕβρις φυτεύει τύραννον. ὕβρις εἰ
Πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν,
Ἃ μὴ 'πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα,
Ἀκροτάταν εἰσαναβᾶσ' ἀπότομον
Ἀνώρουσεν εἰς ἀνάγκαν,
Ὅθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ χρῆται.

Injuſtitia peperit tyrannidem: injuſtitia ubi multa cumulavit temere, importuna facta & noxia, atque ad ſummum ubi evecta eſt, in præcipitem tandem neceſſitatem impellit,

quoniam recto pede non utitur. Hoc argumento nulla vi opus esse contra injurias edocet plebem C. Memmius Tribunus plebis, prout loquitur apud Sall. pag. 77. *Neque ego vos hortor, quod sæpe majores vestri fecere, uti contra injurias armati eatis, nihil vi, nihil secessione opus est: necesse est suomet ipsi more præcipites eant.* Quo pertinet Arrii Varii exemplum, quod habet Tacitus III. Hist. p. 425. *Qui secretis apud Neronem sermonibus, ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Unde, infami gratia, primum pilum adepto, læta ad præsens male parta, mox in perniciem vertere.*

554. *Populi est mancipium, q. p. e. u.*] Id est; negligimus nostra, dum aliis inservimus. prout Cato ajebat: *sibi invideri, quod suis rebus neglectis noctes patriæ causa vigilaret*, ut scribit Plut. in Moral. p. 544. C. Huc accommoda proprie labores regum; itemque illud Ciceronis IX. ad Fam. ep. 25. *Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius, sic enim antiqui loquebantur.* Hinc non debere regem contristari assiduis laboribus & curis probat Dio Chrys. exemplo solis; quippe qui quum longe præstet hominibus beatitudine, quum Deus sit &c. non renuat tamen nobis perpetuo subservire, & nostræ salutis & victus gratia cuncta peragere. Vid. eum p. 46. & 49. Bene itaque Joh. Chrysost. de principatu loquens: *At si quis rei veritatem*, inquit, *diligenter exploret, non ad principatum promovetur, qui hujusmodi est, verum potius ad serviendum innumeris dominis, qui contraria cupiunt semper & dicunt.* in Epp. p. 1697. non aliter ac de Episcopatu loquitur Isidorus l. II. epist. II. Strategio, nuper instituto Episcopo scribens: eum nimirum pervenisse ad fines specie quidem imperii, revera autem ministerii, τῆς δοξάσης μὲν εἶναι ἀρχῆς, οὔσης δὲ λειτουργίας.

555. *Post calamitatem m. a. e. c.*] Cic. ad Brut p. 237. *Sileamus, inquam, Brute, de istis, ne augeamus dolo-*

dolorem. nam & præteritorum recordatio eſt acerba, & acerbior exſpectatio. Idem in Verr. Act. 1. pag. 57. *In ſtupris vero & flagitiis nefarias ejus libidines commemorare, pudore deterreor. ſimul illorum calamitatem commemorando augere nolo.* Hinc de Germanis victis ab Germanico, quum miles Romanus in loco prælii ſtruxiſſet aggerem, & in modum tropæorum arma, ſubſcriptis victorum gentium nominibus, impoſuiſſet, ſcribit Tacitus II. Ann. p. 48. *Haud perinde Germanos, vulnera, luctus, excidia, quam ea ſpecies dolore & ira adfecit.* Non aliter Liban. exhibet Achillis perſonam ad Ulyſſem loquentem: *Poculum*, inquit, *mihi propinans ſalutem mihi impertitus es. Ea tamen enuncias; ob quæ neceſſe eſt audientem dolore affici. Cum enim perſuadere inſtituas, fieri non poteſt, quin memineris eorum, quæ prius acta ſunt.* &c. Ita quippe *animus*, ſunt verba Ennodii p. 26. *ſera in pacem cum lætitia reductus, mæſta iterum relatione turbatur, & habet triſtitiæ ſuæ redivivum in narratione principium.* Ita de Hypſipyle apud Adraſtum patriam gentemque requirentem Statius V. Theb. ex imitatione Virgiliana.

Ingemit & paullum fletu cunctata modeſto
Lemnias orſa refert: Immania vulnera rector
Integrare jubes. &c. ———

& mox:

——— *redit ecce nefas, & frigida cordi*
Eumenis. ——— ———

Vid. Eraſm. in Adag. II. I. 94. Μὴ μνησικακήσῃς. *Ne malorum memineris.* At contrarium Helenæ regerit Menelaus apud Euripidem; illi enim dicenti, ſe abominari narrationem illam, quo nimirum modo ex ædibus mariti fuerit abducta &c. quoquo modo etiam illud narrare aggreſſura ſit; reſpondet ille: *jucundum eſſe præteritos labores recognoſcere:* in Helen. vſ. 671.

E. Ἀπέπτυσα μὲν λόγον οἷον οἷον ἐσοίσομαι.
M. Ὅμως δὲ λέξον· ἡδύ τοι μόχθων κλύειν.

Et illud ejusdem quod transtulit Cicero II. de FF.

Suavis laborum est præteritorum memoria.

Certe non minus & hoc dictum obtinet. Ita Comici Gr. p. 265.

Ὡς ἡδὺ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πόνων.

Quam dulcis elapsis laborum memoria.

Adde Sen. Herc. Fur. v. 656.

— — *quæ fuit durum pati*

Meminisse dulce est. —

Hinc est, quod legimus, Tarentinos celebrasse festum Νηστείαν dictum, in memoriam nimirum talis calamitatis institutum, de quo Ælian. v. 20.

556. *Potens misericors p. e. f.*] Pene ad verbum expressit illud Comici: in Sentent. Gr. Com. p. 212.

Κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.

Viri probi communis est felicitas.

Nec aliter loquitur Cic. in libb. de Off. p. 383. *Summi cujusque bonitas commune perfugium est omnium.* Quam bonitatem Cassiodorus ponit in honorandis & extollendis benemeritis; quum dicit: *Gloriosum quidem nobis est P. C. honores passim impendere, sed laudabilius benemeritis digna præstare. Quicquid enim talibus tribuimus, pro generali potius utilitate largimur.* l. IV. ep. 4.

557. *Potenti irasci s. p. e. q.*] Aptissime ad mentem hujus sententiæ loquitur Sirach. potentem & divitem heic juxta æstimans: cap. VIII. v. 1. 2. Μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου, μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Μὴ ἔριζε μετὰ ἀνθρώπου πλουσίου, μήποτε ἀντιστήσῃ σου τὴν ὁλκήν. *Ne depugna cum homine potente, ne quando incidas in manus ejus. Ne litiga cum homine divite, ne quando pondere te prægravet.* Huc pertinet Demosth. in ea contra Midiam; ubi negat ita fieri oportere apud Athenienses, prout apud Barbaros; penes quos adorare injurios & contumeliosos, non ulcisci, consultissimum sit. Προσκυνεῖν τοὺς ὑβρίζοντας, ὥσπερ ἐν τοῖς βαρβάροις, οὐκ ἀμύνασθαι,

ῶσθαι, κρεῖττον ἔσται. pag. 400. B. Egregium hic suppeditat exemplum Ammian. de Antonino quodam loquens lib. XVIII. p. 145. qui *cum jurgando contra potentes se magis magisque injustitia frangi contemplaretur, ad deferendam potioribus gratiam, qui spectabant negotium, inclinatis, ne contra acumina calcitraret, flexit se in blanditias molliores.* Hac arte etiam utebatur Probus ille, de quo idem. l. XXVIII. p. 425. *Et licet potuit quoad vixit ingentia largiendo & interpellando potestates assiduas, erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celsior: ut videretur cum sibi fideret, de cothurno strepere tragico, & ubi paveret, omni humilior socco.* Merito autem idem auctor reprehendit impudens illud, pervicax, & indoctum genus oratorum forensium, qui, *cum ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflectunt conviciandi licentiam: quo nomine ob assidua in personas honorabiles probra, diebus dictis aliquoties sunt damnati.* &c. ut scribit l. XXX. p 510. Quin imo quam parum proficiant, qui vel justa de causa contra potentem insurgunt, dicat Diod. Sic. qui, pag. 472. A. refert Sphodriadem, quum deferretur ad Spartanorum Senatum ob temeritatem, qua invaserat Piræeum, sine consensu Ephororum, tamen quia reges patronos suæ causæ haberet, præter jus absolutum esse. Κατηγορηθεὶς δ' ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ συναγωνιστὰς ἔχων τοὺς βασιλεῖς, ἀδίκως ἀπελύθη. Item Tac. II. Ann. pag. 54. de Pisone: *Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit, vocata in jus Urgulania, quam supra leges amicitia Augustæ extulerat. nec aut Urgulania obtemperavit, in domum Cæsaris spreto Pisone vecta; aut ille abstitit, quanquam Augusta se violari & imminui quereretur.* Vide in locis: *Accusare potentem.*

558. *Potest non esse honestum, quod non liberum est.*] Sunt verba Senecæ ex Epist LXVI. qui dicit: *non potest honestum esse, quod non est liberum.* At alii versum ipsum citant cum interrogatione: X 5 Pot-

Potest quid esse honestum, quod non liberum est?
Accommoda autem illud; *Liber si licet.* &c.
Itemque illud Hor. I. Epist. XVI. vs 66.

—— *Nam qui cupiet, metuet quoque porro:*
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

559. *Præsens est semper, q. a. e. u.*] Huc faciunt verba Isocratis, prout ex persona Nicoclis loquitur pag. 85. *Cujuscunque rei vestrum unusquisque sibi conscius fuerit; eam nec me clam fore existimet: nam etsi corpus meum præsens non fuerit, at mentem meam singulis actionibus adesse putet.* Ὅ,τι ἂν ὑμῶν ἕκαστος αὑτῷ τύχῃ συνειδώς, ἡγείσθω μηδὲ ἐμὲ λήσειν· ἀλλ' ἐὰν καὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν μὴ παρῇ, τήν γε διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι. Quamobrem post paulo pag. 91. recte monet eosdem: ut, qualia se præsente dicant, talia etiam se absente sentiant: Οἷά περ παρόντος ἐμοῦ λέγετε, τοιαῦτα καὶ ἀπόντος φρονεῖτε. Existimandum itaque, ut accurate loquitur Themistius, ibi esse unumquemque non solum Deum, sed & hominem, ubicunque auxilio esse potest, & bonum quid præstare. Ejus verba sunt hæc pag. 291. edit. Pet. in 4°. Ἐκεῖ ἄρα ἐστὶν ἕκαστος οὐ μόνον θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἤδη, ὅπου ἂν δύνηται ὠφελεῖν, καὶ ἔργον ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι. Pulcrum itaque est illud apud Eges. p. 641. *Namque ut anima in corpore omnia membra vivificat sua, sic Romana providentia omnibus imperii sui partibus adest, & totum orbem Romanum tanquam præsens gubernat.* Inf. v. 629. dicit:

Qui pote nocere timetur, cum etiam non adest.

Vide me in discursu primo ad Tacit.

561. *Probo bona fama m. e. b.*] Plane juxta præceptum Isocratis pag. 85. Μὴ σπεύδετε πλουτεῖν, μᾶλλον ἢ χρηστοὶ δοκεῖν εἶναι. γιγνώσκοντες, ὅτι καὶ τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν βαρβάρων οἱ μεγίστας ἐπ' ἀρετῇ δόξας ἔχοντες, πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται. *Ne ditari potius quam probitatis opinionem consequi properetis. scientes, & apud Græcos & apud*

apud barbaros, plurimis eos potiri bonis, qui maxima virtutis gloria florent. Laudat hinc majores Atheniensium idem Orator. in Paneg. pag. 131. Οὐδὲ, inquit, πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον· ἀλλ' οὗτος ἐδόκει πλοῦτον ἀσφαλέστατον κεκτῆσθαι καὶ κάλλιστον, ὅστις τυγχάνει τοιαῦτα πράττων, ἐξ ὧν αὐτός τε μέλλοι μάλιστα εὐδοκιμήσειν καὶ τοῖς παισὶ μεγίστην δόξαν καταλείψειν. *Nec pecunia felicitatem metiebantur; sed is opes possidere tutissimas & pulcerrimas sibi videbatur, qui ita se gerebat, ut & ipse maximam laudem mereretur, & liberis suis honestissimam famam relicturus esset.* Supra vs. 65. dixit:

Bene vulgo audire, est alterum patrimonium.

562. *Probi delicta j. l. d.*] Nam, ut vere dicit Synes. ep. 50. *cum cujuspiam vitæ ratio ab aliqua suspicione dissidet, quamlibet multi conjurati testimonium dicant, nihilo magis probaverint.* Οἷς ἐστιν ἦθος ἀνοίκειον ὑποψίᾳ τινὶ, κἂν εἰ συνωμόται πολλοὶ μαρτυροῖεν, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον εἰς πίστιν. Quod ipsum est, quo securus gloriatur C. Marius apud Sall. in B. J. p. 124. ubi dicit: *Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio lædere potest. Quippe vera, necesse est bene prædicet: falsam, vita moresque mei superant.* Hoc modo crimen illud Q. Roscio objectum a vita moribus ejus superari contendens Cic. pag. 40. *Nonne*, inquit, *ut ignis in aquam conjectus, continuo restinguitur & refrigeratur: sic referens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit, & exstinguitur? Roscius socium fraudavit? Potest hoc huic homini hærere peccatum?* Non aliter Socrates in judicium vocatus in eo acquiescebat, quod nihil iniqui unquam in vita designavisset; quum roganti alicui, an non aliquam defensionem sibi circumspiceret? significavit: satis defensionis se parare, quum se vitam transegisse meditaretur: οὐ δοκῶ σοι, inquit, ἀπολογεῖσθαι μελετῶν διαβεβιωκέναι; addita mox ratione: ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, ἥνπερ νομίζω μελέτην εἶναι καλλίστην ἀπολογίας.

λογίας. apud Xen. in princ. Apol. Socr. p. 701. C. Notandum etiam hic est, quod de M. Crasso refert Sall. in B. C. pag. 33. Hujus siquidem, ut annotat auctor, nobilitas, divitiæ, potentia, effecerint, ut indicium de eo prolatum falsum videretur. Ejus verba sunt: *Sed, ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maxumus divitiis, summa potentia; alii rem incredibilem rati; pars, tametsi verum existimabant, tamen, quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant, indicem falsum esse; deque ea re postulant ut referatur.* Non ita dissimilem legere est historiam apud Tac. v. Ann. p. 151. Quum a Tiberio litteræ in Agrippinam & Neronem missæ essent. *Verba inerant*, inquit auctor, *quæsita asperitate: sed non arma, non rerum novarum studium, amores juvenum & impudicitiam nepoti objectabat: in nurum ne id quidem confingere ausus, arrogantiam oris & contumacem animum incusavit, magno senatus pavore ac silentio.* &c. Ulterius istas probitatis quasi prærogativas exhibet Libanius pag. 92. virum justum non tantum, quum accusatur, evadere, sed & quum ipse accusatoris partes agit, fidem ipsi haberi, neque testibus multis indigere, testantibus ipsis ejus vitæ moribus, quod si testimonium dederit alicui in jus vocato, ejus quoque rationem haberi. Ὁ δίκαιος κατηγορῶν, inquit, πιστεύεται. καὶ κρινόμενος ἀποφεύγει· καὶ μαρτύρων οὐ δεῖται πολλῶν, μαρτυροῦντος τοῦ τρόπου· δικαζομένῳ δὲ εἰ μαρτυρήσειε, καὶ τούτου ἡ ψῆφος ἐξηνέχθη. &c.

563. *Probo beneficium qui dat, e. p. a.*] Imo magis lætatur benefaciendo, quam beneficia accipiendo illi, quibus ea præstiterit, prout dè rege loquitur Dio Chrysost. pag. 5. D. Βασιλεύειν οὐχ αὑτοῦ χάριν οἴεται μᾶλλον, ἑνὸς ὄντος, ἢ τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων· καὶ τοίνυν εὐεργετῶν ἥδεται πλείω τῶν εὐεργετουμένων. *Regnare se putat non sui*

cau-

causa, qui sit unicus, sed universorum hominum gratia: & , quando beneficia dat, majorem lætitiam percipit, quam illi, qui ea accipiunt. Vid. me: *Beneficium dans dignis* &c. Item supra:

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

564. *Probus libertus s. n. e. f.*] Scilicet natura semper manet. vid. Zwing. p. 186. Et Menander apud Stob. serm. LXXXI. dicit: *Quem natura alicui conjunxit, nullo tempore alienus fieri potest.* Interim iste veluti adoptivus est. Hinc bene extollas amicitiam cum Zwing. p. 194. Quo pertinent etiam illa v. 80. Et vs. 125.

Benevolus animus maxima est cognatio.

Conjunctio animi maxima est cognatio.

Inde servus ille liberis Domini sui regnum servat, de quo Just. Elegans est dictum illud senis, quod Heliodorus in Æthiop. p. 98. habet, qui interrogatus, an revera ipsius essent liberi Theagenes & Chariclea? respondet: illos quidem sibi absque matre natos esse, casu enim quodam illos sibi liberos a Diis designatos esse: non corporis sed animi doloribus illos editos; & animi constitutionem erga illos a se pro natura habitam, & inde se ab illis patrem habitum pariter ac vocatum fuisse. Παῖδες, εἶπεν, ὦ ξένε, ἀμήτορες ἐμοὶ γεγονότες· τύχη γὰρ μου θεοὶ τούτους ἀνέδειξαν, καὶ ἀπέτεκον αἱ ψυχῆς ὠδῖνες καὶ φύσις ἡ διάθεσις ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐνομίσθη, καὶ πατέρα μὲ ἀπὸ ταύτης ἐκεῖνοι καὶ ἐνόμισαν καὶ ὠνόμασαν.

565. *Prodesse qui vult n. p. a. e. m.*] Plaut. in Trinum. II. 4.

Nequam illud verbum est, bene vult, nisi qui bene facit.

Ego quoque volo esse liber; nequicquam volo:

Hic postulet frugi esse; nugas postulet.

Imo; ut loquitur Cicero de Off. p. 379. *Contemnuntur ii, qui nec sibi, nec alteri prosunt, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est.* Quo nomine etiam

Liban.

Liban. pag. 113. paupertatem malorum humanorum omnium maximum judicat; μέγιστον τῶν ἀνθρωπείων κακῶν. Nam, ut supra vs. 24. dixit:

Amicis eo magis deës, quo nihil habes.

566. *Prodest quicunque obesse n. v. c. p.*] Quales quam rari sint, significant verba Sirach. XXXI. v. 11. *Quis potuit transgredi, & non transgressus est?* &c. Ejusmodi integritatem a se servatam commemorat Eumenes rex Pergami in oratione sua ad P. C. apud Liv. l. XXXVII. p. 465. *Rex Asiæ & partis Europæ Antiochus, filiam suam in matrimonium mihi dabat: restituebat extemplo civitates, quæ defecerant a nobis: spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat; si secum adversus vos bellum gessissem.* &c. Admirationem imprimis hic meretur moderatio, clementiaque J. Cæsaris; tum in administratione, tum in victoria belli civilis exhibita; exempla præbente Suetonio in cap. LXXV. Lepide satis huc alludit Anytus ille: quum ad illum venisset Alcibiades, qui ab ipso amabatur, una cum Thrasyllo comessabundus, & poculorum quæ super abaco jacebant, partem dimidiam ad Thrasyllum asportare comites jussisset, deinde vero Anyto humane festiveque valere jusso, abiret: cum enim quidam id factum Alcibiadis inurbanum judicarent; respondit Anytus, *per Jovem non ita esse; verum civiliter & circumspecte Alcibiadem egisse; quoniam, cum omnia liceret auferre, dimidium reliquisset:* λεγόντων τινῶν ὡς ἀγνώμονα εἴη πεποιηκὼς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' εὐγνώμονα, ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίση κατέλιπεν. Athen. p. 534. F.

567. *Pro dominis peccare e. v. l. e.*] Quemadmodum etiam pro parentibus; quorum precibus mandatisve, quamvis non rectis, recte tamen obsecundare filius putandus est. Hinc Ovid. I. de Art. v. 691.

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
Veste virum longa dissimulatus erat.

Hinc

Hinc Tiberius Pisonem juniorem crimine civilis belli purgat; *patris quippe jussa non potuisse filium detrectare*, ut refert Tac. III. Ann. p. 86. Huc facit etiam Nazianz. qui tom. II. p. 9. hæc patris sui verba laudat:

Καλόν τι αἴτημ', εἰ δὲ μή γε πατρικόν.

Honesta posco, sin minus, pater petit.

Non aliter apud Comicum senex ille loquitur in Nubib. v. 856.

Ἀλλ' ἴθι, βάδιζ' ἴωμεν, εἶτα τῷ πατρὶ
Πειθόμενος ἐξάμαρτε.

Sed abi, perge, una eamus, & tu, dum patri
Sis obsequens, pecca.

Non temere itaque dixit supra vs. 192.

Etiam in peccato recte præstatur fides.

568. *Pro medicina dolor est. d. q. n.*] Præclara sunt illa L. Martii equitis R. apud Liv. XXV. p. 277. ubi ille exponit, quam grave ac sollicitum sibi sit susceptum imperium in reliquias illas cæsorum exercituum; quippe qui nova de illis sollicitudine distractus, tamen ab mœrore ob superiorem cladem revocare se nequeat. *Quo enim tempore*, inquit, *nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut alia solatia invenire ægro animo possem; cogor vestram omnium vicem (quod difficillimum in luctu est) unus consulere.* &c. Hoc ipsum considerat quoque Appian. pag. 371. mentionem de bello Sociali orsus: Οὕτω δὴ ἔχουσιν, inquit, ὁ συμμαχικὸς καλούμενος πόλεμος ἐπιγίνεται, ἐθνῶν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν πολλῶν. Ἀρξάμενος τε παραδόξως, καὶ ἀθρόως ἐπὶ μέγα προελθὼν, ἐς τὰς στάσεις ἐν Ῥώμῃ σβέσας ἐπὶ πολύ. *Interea bellum sociale exortum est, ex conspiratione nationum Italiæ: id ut insperatum, ita subito in immensum auctum, urbanas seditiones novo terrore sopivit.* Haud secus *sæpe rixam conclamatum in vicino incendium solvit: & interventus feræ latronem & viatorem diducit*, ut dicit Sen. III. Ira cap. ult. Eleganter, scribit Plin. l. VII. ep. 5.

Calpurniæ ſuæ exponens, quanto ejus deſiderio quamque aſſiduo teneatur: *Unum*, inquit, *tempus his tormentis caret, quo in amicorum litibus conteror. Æſtima tu, quæ vita mea ſit, cui requies in labore, in miſeria curiſque ſolatium eſt.* Optime quoque Symmachus VI. ep. 45. *Poſtquam te jactatum comperi dolore conſueto, omnis reliquarum ſollicitudinum mearum ſenſus evanuit. Nam, ut ait Hippocrates: Præſentia hebetantur incommoda, ſi cui dolor major acceſſerit.* Bene hoc ipſum exponit Syneſ. p. 196. in fol. quum dicit ſibi calamitates factas eſſe calamitatum remedia, dum pro ſe quæque ipſum attraherent, & a cæteris revocarent; & ita dolore dolorem repellerent. Καὶ γεγόνασί μοι συμφοραὶ παραμυθίαι τῶν συμφορῶν, πρὸς ἑαυτὰς ἀνθέλκουσαι, καὶ πάθει πάθος ἐκκρούουσαι. Nazianz. quoque huc reſpexit in illo, tom. II. p. 155. B.

Ἀλλ' οὖν πόνους ἔπαυσε πολλάκις πόνος:

Labor laborem ſæpe compreſſit tamen.

Bene itaque ut hoc probet Clem. Alex. adhibet exemplum a curatione corporis ægri deſumptum: pro cujus nimirum ſanitate & ſecari & uri & medicamenta potare ſuſtinemus; & qui hæc præcipit & Servator & Medicus vocatur, nec idcirco ei male vult ægrotus; imo partes etiam aliquas reſcindi patietur, ſi id artis illius dictet ratio; nec tamen quis medici artem criminis arguerit. Vide eum pag. 258. B.

569. *Prope eſt libens ut damnet, qui damnat cito.*] Egregie huc facit Plut. in lib. De his qui ſero pun. p. 550. E. ubi dicit propterea Deum malis interpoſita mora ac tarde pœnas infligere, non quod vereatur, ne accelerando ſupplicio erret, aut committat cujus pœnitentia aliquando ducatur, ſed ut in vindicandis aliorum peccatis ſævitiam & vehementiam nobis hoc exemplo eximat. Διὸ καὶ τοῖς πονηροῖς, ἐν χρόνῳ καὶ σχολαίως τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, οὐκ αὐτὸς τινὰ τοῦ ταχὺ κολάζειν ἁμαρτίαν

πίαν δειλιῶς ἢ μετάνοιαν, ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες ἢ λάβρον ἀφαιρῶν. Cæterum *cito* etiam notat *cupide*, *turbulenter*. de quo vid. Cassiod. VI. ep. 9.

570. *Prope est non æque ut damnet, qui damnat nimis*) *Quia omnia decet sub ratione moderari, nec possunt dici justa, quæ nimia sunt*, ut loquitur rursus Cassiod. IX. 15. Sic Ammianus in explanandis vitiis Constantii Imperatoris, dicit eum in quibusdam controversiarum partibus etiam Gallieno ferociorem fuisse; quippe qui *mortem factura crimina aliquoties lenius vindicabat:* Constantius *etiam facta vel dubia adigebat videri certissima, vi nimia tormentorum. Justumque*, addit, *in ejusmodi titulis capitaliter oderat, cum maxime id ageret, ut justus existimaretur & clemens.*

571. *Properare in judicando e. c. q.*] Tanquam medicus morbum. Non ita agebat Alexander Severus; imo vero, *si necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat. Neque unquam tædiavit aut morosus resedit, fronte semper pari, & lætus ad omnia*, ut de eo testatur Lampr. edit. in 4°. Casf. p. 186. B.

572. *Prospicere in pace o. q. b. j.*] Hunc in finem suos in venatum educebat Cyrus, ut refert Xen. VIII. Παιδ. p. 205. ut ita illos exercendo multo maxime tum ad continentiam, tum bellicas artes & exercitationes ipse se consuefaceret. οὕτως ἀσκῶν σὺν αὐτῷ περὶ αὐτὸν πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐξεπόνει καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ μελέτας. Vid. me: *Bellum priusquam suscipiatur.* &c. Huc alludit elegans Prosperi Aquitanici epigramma XCI.

Dum non perturbant animum discrimina mundi,
Dumque diem pacis prœlia nulla movent;
Exercere fidem divinis convenit armis,
Consilioque omnes anticipare minas:
Tranquillam & curis vacuam sapientia mentem

Imbuet, & placidi pectoris hospes erit.
Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri sævo turbine non poterit.

573. *Prudenti stultus etiam sermonis jocus est.*] Legendum:

Prudentis vultus etiam sermonis loco est.

Vel etiam *Pudentis vultus* &c. Priori convenit illud, quod est apud Liv. in orat. L. Valerii l. XXXIV. pag. 406. *Nunc quum vir gravissimus Consul M. Porcius, non auctoritate solum, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa & accurata insectatus sit rogationem nostram* &c. Talem significat *auctoritatem* Clem. Alex. quam vocat ἐκ μόνης τῆς προσόψεως σεμνότητα, & qua repelli posse dicit vim petulantiæ. Sic enim loquitur p. 124. Δυναλὴ γὰρ ἀποκρούσασθαι τῆς ἀσελγείας τὰς προσβολὰς καὶ ἐκ μόνης τῆς προσόψεως ἡ σεμνότης. Eleganter Isidorus loquitur in l. III. ep. 312. ubi dicit se laudare illos, qui virtutes commemorant, qui vero vitia recensent, illis se silentium indicere, si possit; sin minus, tristem vultum præferendo se eos reprimere. Ipsius verba sunt: Διὸ καὶ τοὺς ἐκεῖνα μὲν διηγημένους ἐπαινῶ· τοὺς δὲ ταῦτα, εἰ μὲν δυναίμην, ἐπιστομίζω, εἰ δὲ μή, συχνάζειν ἀναστέλλω. Talem prorsus laudat Basilium Nazianz. in orat. funeb. tom. I. pag. 361. οὗ καὶ τὸ μειδίαμα πολλάκις ἔπαινος ἦν, καὶ τὸ σιωπᾷν ἐπιτίμησις· οἰκείῳ συνειδότι τὸ κακὸν βασανίζουσα. *Cujus pertenuis risus laudatio esset, & silentium objurgatio, in propria nimirum cujusque conscientia culpam explorans & puniens.* Viri justi itaque & probi improbo odiosus erit aspectus; &, ut lux inimica furi est, ita delinquentibus vel simplex conspectus viri justi; quod eleganter dicit Chrysost. in Epp. 941. Ἐχθρὸν τῷ κλέπτῃ τὸ φῶς, ἐπαχθὴς ὁ δίκαιος τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ φαινόμενος ἁπλῶς. Apte & concinne hoc comprehendit illo præcepto Epictetus, cap. LV. quo tres modos suppeditat objurgandi orationis obscœnitatem, si verbis id fieri nequeat:

nequeat: τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ. *Et tacendo, & erubescendo, & frontem contrahendo, ostendas eam orationem tibi displicuisse.* Unde etiam patet; & *Pudentis vultum* objurgationis & sermonis loco esse posse. Quare in eo tantam vim agnoscit Dio Chrysost. p. 272. C. ut & accedentem continuo pudere faciat. Qui ibidem loquens de pulcritudine si adjuncta sit pudori, vehementer se ait mirari, ubi videt, illa & impudentes averti, illosque cogi etiam pudore suffundi. Talis illa describitur apud Heliod. in Æth. p. 40. εὐμορφίᾳ νικῶσα τὰς πάσας, αἰδοῖ δὲ βλέμματος καὶ τοὺς ὁρῶντας καταστέλλει πρὸς τὸ σεμνότερον; *forma omnes superans; aspectus verecundia etiam ipsam intuentes ad gravitatem quandam invitat.* Bene itaque & hoc præceptis suis inserit Naz. tom. II. p. 61. A.

——— Αἰδὼς δ' ὁρόωσιν ἔρευθος.

Lepida satis est historia, sed & hic notabilis, quam refert idem eodem tom. p. 217. de meretrice quadam loquens, invitata ab juvene quodam; quæ ut vidit apud illum pictum Polemona, imaginem valde venerandam, statim abiit, victa spectaculo, pictum illum Polemona tanquam vivum erubescens.

Ἀπῆλθεν εὐθὺς καὶ θέας ἡττημένη
Ὡς ζῶντ' ἐπαισχυνθεῖσα τὸν γεγραμμένον.

Pertinet huc etiam Senecæ locus in Controv. II. c. 7. de matrona, quæ se adversus sollicitantes aviam volet: *Prodeat*, inquit, *in tantum ornata, ne immunda sit: habeat comites ejus ætatis, qui impudicos, si nihil aliud, verecundia annorum removeant: ferat jacentes in terram oculos: adversus officiosum salutatorem inhumana potius, quam inverecunda sit, etiam in necessariam resalutandi vicem multo rubore confusa. Longe ante impudicitiam neget ore, quam verbo. in hac servandæ integritatis custodia nulla libido irrumpet.* Non aliter Plu-

 tarchus

tarchus in Comm. *de vitioso pudore*, quem δυσωπίαν vocat pag. 532. observat, per hunc etiam homines, etiamsi nihil dicant, saltem sublato supercilio, oculisve in terram defixis, multa posse adversa ipsis & absurda evitare ministeria. Τοῖς δὲ δυσωπουμένοις, inquit, κἂν μηδὲν εἴπωσιν, ἔξεστιν ὀφρὺν ἐπάρασι μόνον ἢ κάτω κύψασι, πολλὰς ἀβουλήτους καὶ ἀτόπους ὑπουργίας διαφεύγειν. Additque τὴν γὰρ σιωπὴν ὁ μὲν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι, κινδυνεύομεν δὲ μᾶλλον αὐτῆς δεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀγνώμονας. *Etenim silentium Euripides sapientibus esse dixit responsum; videmur autem magis eo adversus iniquos opus habere.* Bene igitur Seneca in recensendis virtutibus adolescentis filii Marciæ in Consol. ad eam cap. XXIV. hoc modo etiam laudat ejus verecundiam, *Adolescens*, inquit, *rarissima forma in tam magna mulierum turba viros corrumpentium, nullius spei se præbuit: & cum quarundam usque ad tentandum pervenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quod placuerat.* Hoc innuebat Cato; quum *erubescentibus se magis delectari* diceret, *quam pallentibus adolescentibus*, τῶν νέων ἔφη χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι. apud Plut. in Apoph. p. 198. E. Bene itaque Quintil in Inst. orat. pag. 631. de eo loquens, qui turpia passus fuerit, qui pudenda queritur, adeoque non loquitur, *quippe cui nihil aliud quam gemitus ac fletus, & execratio vitæ conveniat, ut judex intelligat potius dolorem illum quam audiat; patrono quoque per similes affectus eundum esse* docet. Quin imo in rebus etiam publicis tacitas hujusmodi contentiones utiles esse posse ostendit Senec. de Tranq. animi cap. III. *Nunquam inutilis est opera civis boni. Auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest.* Inque tali negotio silentium quoque, quod loco modo citato dixit Euripides, *prudenti responsum erit*, quo facit illa Cyri oratio apud Xenoph. ad Cyaxarem; quippe quum hic in illo congressu taceret, *se dicturum* ait Cyrus *& pro se & pro ipso.*

ipſo. l. III. Pæd. pag. 78. C. Quod ſi vultus quidam habitus ſermonis loco ſit, ſilentium reſponſionis; multo magis mores vitæ hominis prudentis ſpectantibus proderunt; ſiquidem, ut non inepte ſcribit Senec. in Ep. VI. *homines amplius oculis quam auribus credant*. &c. Addens: *Zenonem Cleanthes non expreſſiſſet, ſi eum tantummodo audiſſet. Vita ejus interfuit, ſecreta perſpexit, obſervavit illum, an ex formula ſua viveret. Plato & Ariſtoteles, & omnis in diverſum itura ſapientium turba, plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit.* Cui concinit Plutarch. in Phocione cap. XXXV. de Xenocrate philoſopho ſimilia plane teſtatus: cujus virtutem tantæ apud omnes auctoritatis exiſtimationiſque ait fuiſſe, *ut nemo hominum ita libidine, ira aut crudelitate videretur poſſe teneri, qui non Xenocratis viſi ſaltem verecundia moveretur*, ὥστε οἴεσθαι, μήτε ὕβριν εἶναι, μήτε ὠμότητα, μήτε θυμὸν ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ φυόμενον, ᾧ, Ξενοκράτους μόνον ὀφθέντος, οὐκ ἂν αἰδοῦς τι καὶ τιμῆς ἐγένετο πρὸς αὐτόν· Acute prorſus talem Euſtochium expreſſit D. Hieron. in Ep. ad Lætam. *Euſtochii & ſermo & inceſſus & habitus doctrina virtutum eſt.* Eadem plane mente ſcribit Salvian. Rittersh. p. 316. *Etiamſi nihil ex vobis audiat, ſufficere ei hoc ipſum convenit, quod vos videt.* Sic Tertullianus in eo de Pallio pag. 6. edit. in fol. Franeq. *Sermone (inquis) me ſuaſiſti, medicamine ſapientiſſimo. Verum etſi eloquium quieſcat, aut infantia ſub ductum, aut verecundia retentum (nam & e lingui philoſophia vita contenta eſt) ipſe habitus ſonat. Sic denique philoſophus auditur dum videtur.*

574. *Pudor dimiſſus n. r. i. g.*] Hoc eſt, nunquam reparari poteſt. ut Ovid. Epiſt. Her. V. vſ. 101.

——————— *Nulla reparabilis arte*
Læſa pudicitia eſt.

Vel etiam, ut loquitur Apulejus in Apol. p. 305. *Pudor, veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurio-*

fius habetur. Quo ſpectant illa Senecæ in Agam. v. 112. & ſeqq.

Periere mores, jus, decus, pietas, fides,
Et qui redire, cum perit, neſcit pudor.
Da frena, & omnem prona nequitiam incita.
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.

Item Juv. Sat. XIII. v. 243.

Quisnam hominum, quem tu contentum videris uno
Flagitio? dabit in laqueum veſtigia noſter
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum.

Idcirco mirum profecto fore judicat Xenoph. apud Athen. p. 216. ſi illi, qui nullo pudore aut reſpectu turpia & probroſa inter ſe, patrare conſueverunt, adeoque, ut noſter loquitur, *pudorem dimiſerunt*, verecundia deterreantur, ne quid turpe admittant. θαυμαστὰ λέγων; εἴγε οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν, καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι ποιεῖν.

575. *Pudor doceri non poteſt n. p.*] Et tamen Eurip. in Suppl. ait *Bona educatio verecundiam affert.*

576. *Pudorem alienum q. e. p. ſ.*] Æſchines dicit illum *vendere corpus ſuum ad ignominiam*, in ea contra Timarch. p. 175. quum in enumerando illos, quibus verba ad populum facere non liceret, etiam de iis mentionem facit, qui ſcortati fuiſſent, aut ſe proſtituiſſent, addita ratione: Τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει, πεπρακότα, καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθαι. *Nam qui ſuum corpus ad ignominiam vendiderit: eum etiam Reip. negotia facile venditurum putavit* legiſlator. Unde bene rogat idem pag. 180. Εἴπατέ μοι, πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅστις αὐτὸν κατῄσχυνε πρὸς Ἡγήσανδρον, οὐ δοκεῖ ὑμῖν, πρὸς τὸν πόρνον πεπορνεῦσθαι; *Dicite, mihi, quaſo Athenienſes, qui ſe dedecore affecit apud Hegeſandrum, non videtur vobis ſcortatus eſſe cum ſcorto?* Optime itaque Arrianus ad hanc ſententiam pag. 153 in Comm. ad Epict: Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων;

τὸν αἰδήμονα, τὸν ἐγκρατῆ, τὸν κόσμιον, τὸν πολίτην, τὸν γείτονα. *Quid perdit adulter? verecundum, continentem, modestum, civem, vicinum.* Eodemque modo cum irato, cum timido se rem habere dicit; quibus evincat; *neminem sine jactura & damno malum esse.* Plane itaque sic loquitur & Apulejus p. 274. injuriam dicens *plus illi nocere, qui alium cupit perditum, quam illi adversus quem talia machinatur.* Hisce accedit Quintil. Declam. III. p. 16. *Nam virorum quæ pudicitia est, nisi non corrumpere?* Acute Plutarch. in Moralib. p. 74. humanius dictu esse judicat, *Fuge mulierem, quæ te corrumpit.* quam *Desine mulierem corrumpere.* Ἠθικώτερον τὸ, Φύγε τὴν γυναῖκα διαφθείρουσαν, ἢ τὸ, Παῦσαι τὴν γυναῖκα διαφθείρων. Similiter agit Isidorus Pelus. IV. ep. 129. ubi ait in nullo alio negotio præterquam in consuetudine viri cum fæmina, dici utrumque, & virginem corruptam, & juvenem tentatum esse.

577. *Pudorem habere s. q. e.*] Ita Plutarch. de eo, qui ad nimium propensus est pudorem, quem δυσώπητον vocat, loquens in Moral. p. 528. dicit illum animum effeminatum nimis ac delicatum ipso visu prodere; *dum verecundiæ honesto nomine prætexat mollitiem suam, qua impudentibus succumbit.* Ὁ δὲ δυσώπητος αὖ πάλιν, ἄγαν τὸ θῆλυ τῆς ψυχῆς καὶ τρυφερὸν ἐμφαίνει διὰ τῆς ὄψεως, τὴν ὑπὸ τῶν ἀναισχύντων ἧτταν, αἰσχύνην ὑποκοριζόμενος. Imo vitiosum etiam est; prout etiam judicabat Cato Minor; qui sæpe nudis pedibus & sine tunica post prandium in publicum prodiit, testante Plutarcho in vita ejus p. 762. C. qui dicit eum *non gloriæ venandæ studio hoc fecisse, sed ut assuefaceret se, ne cujus ipsum rei nisi turpis puderet, reliquas infamias contemneret;* Οὐ δόξαν ἐκ ταύτης τῆς καινότητος θηρώμενος, ἀλλὰ ἐθίζων ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι μόνοις, τῶν δὲ ἄλλων ἀδόξων καταφρονεῖν. Non itaque ut Marcellus ille, cujus ingenium describit ibidem pag. 767. Ἦν δὲ ὁ Μάρκελλος

ἐκ παίδων φίλος τῷ Κάτωνι, καὶ σὺν ἐκείνῳ βέλτιστος ἄρχων, αὐτὸς ἦν καθ' αὑτὸν ἀγώγιμος ὑπ' αἰδοῦς τοῖς δεομένοις, καὶ καταντὴς πρὸς πᾶσαν χάριν. *Erat autem is Marcellus a puero Catoni amicitia junctus, cumque eo magistratum optime gerebat: privatim autem facile ut precibus annueret, pudore abducebatur, & erat ad quamvis gratiam ineundam ingenio proclivi.*

578. *Pudor quemcunque non flectit, f. t.*] Omnino autem id improbitatis esse ingenium ostendit Demosthenes, ut sine magnis difficultatibus reprimi non possit: δυσκατάπαυστον δέ τι κινδυνῶδές πρᾶγμ' εἶναι πονηρία. in ea adv. Aristog. pag. 497. & in eadem orat. p. 502. *Alii*, inquit, *ultro officio funguntur, alii dolore probrorum & turpium verborum corriguntur; sin minus, suppliciis erudiuntur. At Aristogiton nec acceptis malis factus est emendatior;* penitus itaque urget exterminandum & e medio tollendum illum hominem. dicitque: Ἀνίατον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμά ἐστι τὸ τούτου. δεῖ δὴ πάντας, ὥσπερ ἰατροὶ ὅταν καρκῖνον, ἢ φαγέδαιναν, ἢ τῶν ἀνιατωτάτων τι κακῶν ἴδωσιν, ἀπέκαυσαν, ἢ ὅλως ἀπέκοψαν· οὕτω τοῦτο τὸ θηρίον ὑμᾶς ἐξορίσαι, ῥῖψαι ἐκ τῆς πόλεως, ἀνελεῖν &c. *Insanabile, Athenienses, illius est ingenium. Oportet igitur, ut medici cancrum, aut hulcus erodens, aut aliud prorsus immedicabile malum, aut urunt, aut resecant penitus: ita vos omnes hanc belluam exterminare, ejicere e civitate, tollere e medio.* Notandum hic quod de Parthis testatur Justin. p. 236. *Principibus metu non pudore parent.* Cujus rei contrarium contigit C. Mario, prout de eo scribit Sall. in B. J. p. 138. *Et sane Marius illoque alisque temporibus Jugurthini belli, pudore magis quam malo, exercitum coërcebat.* Egregius est locus apud Cassiod. l. IV. ep. 10. ubi loquitur de restitutione in duplum ab fœneratoribus quibusdam exigenda: *Scelera damna plus prohibent, & sola detrimenta cogitant, qui pudoris fecere jacturam. Quem vero ab hac redimitione*

fœdum

fœdum patrocinium tenuitatis excusat, pro amissi qualitate facinoris fustuario supplicio vindicetur. At l. iv. ep. 49. *Audaces metus comprimat, & laceratos spes futura refoveat.* Addendus idem l. v. ep. 4. *Pudoris sustinere jacturam nesciunt, qui se prius judice corriguntur.*

579. *Pulcrum est præstare c. n. e.*] Quare hoc ipsum laudat in illis Aristid. tom. 1. pag. 252. qui nempe sciebant se natos esse beneficiis præstandis non accipiendis; & Græci esse moris, ipsos debere mercedem benefactoribus, non autem oportere ut ipsi ab aliis acciperent mercedem virtutis. Sic enim ille: Εὖ γὰρ ποιεῖν οὐκ εὖ πάσχειν πεφυκότας ᾔδεσαν, καὶ μισθὸν ὀφείλειν αὐτοὺς τοῖς εὖ ποιοῦσι τὸ Ἑλληνικὸν, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς δεῖν παρ' ἑτέρων μισθὸν τῆς ἀρετῆς λαμβάνειν. Grave istud erat dictum Catonis Majoris, quod habet Plutarchus in Apophth. pag. 198. Malle se benefacere, & pro eo nullam gratiam adipisci; quam injuriam facere, nec ob eam pœnas luere. Porro omnibus peccantibus, se uno excepto, sese ignoscere. Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας. καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν χωρὶς ἑαυτοῦ δοῦναι συγγνώμην. Hujus severitatem egregie referens Minor ille apud Sallust. in B. C. ulterius etiam procedit, nec facile se aliis ignovisse confitetur, qui sibi ipse nunquam ignovisset: *Sæpenumero*, inquit, *P. C. multa verba in hoc ordine feci, sæpe de injuria, atque avaritia nostrorum civium questus sum: multosque mortalis ea causa adversos habeo: qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini male facta condonabam.* Optime ad hanc sententiam describitur quoque apud eundem Sulla in B. J. pag. 135. *Ad hoc milites benigne appellare: multis rogantibus, aliis per se ipse dare, beneficia invitus accipere; sed ea properantius quam æs mutuum reddere: ipse ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent.* &c. Vid. locos: *Bene faciendum sine præmio.*

580. *Pupillus est avarus a. b.*] Cur? an quia pupilli liberalius habiti quam filii? certe in Cretensium conviviis, ubi, ut scribit Athen. ex Purgione pag. 143. pupillis æqua cum viris portio apponebatur, cum gnati dimidium tantum istius portionis acciperent. Ἀπονέμουσι δὲ καὶ τοῖς υἱοῖς κατὰ τὸν θάκον τοῦ πατρὸς ἐφιζάνουσιν, ἐξ ἡμισείας τῶν τοῖς ἀνδράσι παρατιθεμένων. τοὺς δ᾽ ὀρφανοὺς ἰσομερεῖς εἶναι. Unde etiam Salvian. pag. 217. edit. Ritt. de prodigalitate pupillorum loquitur, quum dicit: *etiam pupillis prodigis, vel prodigiosis solet subvenire paupertas, simulque ut destiterint esse divites, desinunt esse vitiosi.* Unde porro illa divitiarum cupiditas, qua avarorum filios jam impleri dicit Plutarchus ante quam eas nanciscantur. Sic ille pag. 526. in Moral. Οἱ δὲ τῶν φιλαργύρων παῖδες, πρὶν ἢ λαμβάνειν τὸν πλοῦτον, ἀναπίμπλανται τῆς φιλοπλουτίας ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν πατέρων. Et mox: Οὐ φιλοῦντες ὅτι πολλὰ λήψονται, ἀλλὰ μισοῦντες ὅτι μήπω λαμβάνουσιν. *Non amantes parentes suos, quod multa sint accepturi, sed infensi iis, quod ea nondum accipiant.* Quicquid est: videtur dictum adulatorum. Hos enim divitibus adolescentibus, quorum parentes etiamdum in vivis sunt, similia inculcare audias rursus apud Plutarch. in Moral. pag. 13. A. Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες νήφειν παρεγγυῶσιν, οἱ δὲ μεθύειν· σωφρονεῖν, οἱ δὲ ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, οἱ δὲ δαπανᾶν· φιλεργεῖν, οἱ δὲ ῥαθυμεῖν. Στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστί (λέγοντες) ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσήκει. *Divitibus liberis parentes sobrietatem commendant; adulatores ebrietatem: illi continentiam, hi libidinem: illi parsimoniam, hi prodigalitatem: industriam illi, hi ignaviam. Punctum (ajunt assentatores) temporis est tota nostra vita: frui ea non abuti ad alias res convenit.* Est autem in Fragm. Frising. *Homines avaros pupillos ætatis esse brevis.*

581. *Puras Deus non p. a. m.*] Hoc ipsum monet Zaleucus Locrorum legislator, qui in præfatione legum

gum suarum ita ait: Δεῖν ἔχειν καὶ τὴν ψυχὴν καθαρὰν πάσης κακίας ὡς τῶν θεῶν οὐ χαιρόντων ταῖς τῶν πονηρῶν θυσίαις καὶ δαπάναις, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίαις τε καὶ καλαῖς ἐπιτηδεύσεσι. *Debere illos habere etiam mentem omnis sceleris puram, quandoquidem Dii non gaudeant improborum victimis & sumptibus, sed proborum virorum justa honestaque vita ratione.* Et pulcre tangit Porphyr. de Abst. lib. II. Τὸ δαιμόνιον μᾶλλον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει. *Deus magis mores sacrificantium, quam multitudinem eorum quæ sacrificantur, intuetur.* qui ibidem multa in hanc sententiam disputat. Observat hoc etiam Cic. in explicando illo legis de religione procemio: *Pietatem adhibento: opes amovento*, pag. 335. *Quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri jubet, significat probitatem gratam esse Deo, sumptum esse removendum.* Bene itaque Dio Chryst. p. 45. B. hoc regis etiam esse judicat, nunquam dona accipere a malis hominibus; ut qui videat neque Deos donariis & victimis iniquorum gaudere; at vero quæcunque ab justis oblata fuerint admittere. Nec aberrat idem pag. 228. quum iis, qui multa Diis sacrificant, hoc ipsum ceu argumentum impietatis imputans dicit: *Quanto pietatis erga Deos studiosiores sanctioresque facti fueritis, tanto minus apud vos thuris erit, & thyamatum ac sertorum.* Et sane non probi, sed, ut ait Plaut. in Rud.

Scelesti inducunt in animum Jovem placare hostiis.

Quod ipsum tetigit etiam Eurip. apud Athen. p. 40. D. dicens:

Θεοῖσι μικρὰ θύοντας πολλάκις
Τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.
Exigua nempe sacra qui diis offerunt
Religiosiores sunt, quam qui immolant boves.

Egregie Sirach. cap. XXXIV. v. 21. 22. Θυσιάζων ἐξ ἀδίκου, προσφορὰ μεμωκημένη, καὶ οὐκ εἰς εὐδοκίαν δωρήματα ἀνόμων. Οὐκ εὐδοκεῖ ὁ ὕψιστος ἐν προσφοραῖς ἀσεβῶν,

βῶν, οὐδὲ ἐν πλήθει θυσιῶν ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας. *Qui sacrificat ex injusto, ejus oblatio est ridicula, & non sunt accepta donaria iniquorum. Non placent supremo impiorum oblationes, neque multitudine sacrificiorum placatur de peccato.* Audiendus itaque hic omnino Athenag. pag. 95. edit. in 8. vers. Gesn. *Opifex ille & pater universorum maximum hoc sacrificium ducit, si cognoscamus, quis ille sit tantus* &c. Et mox: *Hæc quum cogitamus & animo complectimur, Deum opificem conservantem, & gubernantem arte & scientia res universas manusque ad eum puras attollimus, quanam amplius hecatombe, quo magnificentiore sacrificio indiget?* Vide plura apud me: *Sacrificiis non gaudent.* &c.

582. *Quæ vult videri bella nimis, nulli negat.*] Bene explicat hujus sententiæ mentem illud, quod habet Athenæus, exemplum de Laide meretrice; quæ quum invideret aliquando Phrynes gloriæ ac famæ, stimulata ista æmulatione quosvis nullo discrimine admittere cœpit. sic enim loquitur p. 588. E. Διαζηλοτυπουμένη γὰρ ἡ Λαῒς ποτε Φρύνῃ πολὺν ἐραστῶν ἔσχεν ὅμιλον. οὐ διακρίνουσα πλούσιον ἢ πένητα, οὐδ' ὑβριστικῶς αὐτῇ χρωμένους. In Frising. est: *nimium illi negat.* Ideo quia fama lata magis illam juvat.

583. *Quam felix vita q. s. n. t.*] Vid. Hor. *Beatus ille qui procul negotiis* &c.

584. *Quam magnum est non l. e. e. l.*] Hinc Cicero III. Tusc. Quæst. p. 146. *Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt.* Et Plutarch. in comparatione Arist. & Cat. Maj. p. 355. Ἐγὼ δὲ inquit, οὐ μέμφομαι μὲν Κάτωνος τὸ μεγαλύνειν ἀεὶ καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ἁπάντων τίθεσθαι· καίτοι φησὶν ἔν τινι λόγῳ, τὸ ἐπαινεῖν αὑτὸν, ὥσπερ τὸ λοιδορεῖν, ἄτοπον εἶναι· τελειότερος γάρ μοι δοκεῖ πρὸς ἀρετὴν, τοῦ πολλάκις ἑαυτοῦ ἐγκωμιάζοντος, ὁ μηδ' ἑτέρων τοῦτο ποιούντων δεόμενος. *Equidem non reprehendo Catonem,*

nem, quod perpetuo se jactaret seque omnium primum putaret: quamvis in quadam oratione dicat: Laudare semetipsum ac vituperare juxta ineptum esse. At consummatior mihi ad virtutem videtur, eo qui creber est in se ipso extollendo, ille, qui ne aliorum quidem in hoc operam desiderat. Qui itaque laudatur *necessitate tantum quadam & metu* adductus sese talem præstat, qualem ipsum laudat vulgus. Non aliter censet Themistius p. 151. edit. Pet. in 4. quin fieri non possit, ut, qui equitandi peritia præstare voluerit, quique sibi cognomentum illud Nestoris appetierit, quod ei in poesi sua Homerus affinxit, quum ἱππότην illum & ἱππηλάτην vocat, is omnino equestrem artem negligat. At vero qui per se laudabilis est, quamvis ipsum nemo admiretur, *magnus* tamen manet; quod discrimen egregie ostendit Joh. Chrysost. in Matth. pag. 578. D. Καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν (nempe ὕψος) ἀνάγκης ἐστὶ καὶ φόβου. τοῦτο δὲ τῷ Θεοῦ ὕψει προσέοικεν. ὁ τοιοῦτος κἂν μὴ παρ' οὐδενὸς θαυμάζηται, ὑψηλὸς μένει.

485. *Quam malus est culpam qui suam alterius facit.*] Duplex hujus versus intellectus est, vel: qui quod peccavit ipse alteri adscribit, vel: qui aliorum peccata in se recipit. De priori scribit Tacitus II. Hist. cap. 44. in historia Vedii Aquilæ: *non probris, non manibus abstinent, proditorem desertoremque increpant, nullo proprio crimine ejus, sed more vulgi, suum quisque flagitium aliis objectantes.* Quo facit & illud, quod tradit Liv. Lib. I. cap. 5. *Huic deditis ludicro, quum solenne notum esset, insidiatos ob iram prædæ amissæ latrones; quum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse; captum regi Amulio tradidisse, ultro accusantes* &c. Vid. me in: *Accusamus in altero quod ipsi* &c.

586. *Quam miser est, cui i. m. e.*] Hinc illa pauperis illius in declam. VII. apud Quintil. p. 40. *Operæ pretium est inimico negare tormenta, cum feceris, ut velit*

lit ipſe torqueri. Illud igitur a vobis, judices, infeliciſſimus omnium mortalium peto, ne quis, cum inaudita, incredibilia paſſus ſim, miſereri velit corporis mei: crudelius & indignius eſt, quam torqueri, non impetrare tormenta. Talis exhibetur Deianira certa mori, in Herc. Oetæo vſ. 934. & ſeqq.

N. *Defende ſaltem dexteram, infelix, tuam,*
Fraudiſque facinus eſſe, non nuptæ ſciat.
D. *Defendar illic, inferi ſolvent ream.*
A me ipſa damnor.

587. *Quam miſer eſt, qui e. ſ. ſ. n. p.*] Huic ſimile eſt illud Ciceronis in Phill. pag. 598. *Quam miſerum eſt id negare non poſſe, quod ſit turpiſſimum confiteri!* Itemque hoc Caſſiodori v. Ep. 21. *Age, ne tua tibi objiciatur oratio. Quia pondus eſt pudoris graviſſimi, propria voce convinci.* Add. Zeno ſerm. III. de Jeſaia: *Infelix culpa eſt, in qua locum qualiſcunque non invenit excuſatio.* Hujuſmodi porro conditionis hominis quanta ſit miſeria exemplis manifeſtum eſt. Sic Polyb. pag. 85. D. de Mathone & Spendio; referens illos cum ſuis ita concluſos fuiſſe ab Hamilcare, ut ſe mutuo devorarent; ut pote queis pugnandi copia non eſſet; additque: *Pacis vero ut mentionem facerent, quod præteritorum ſcelerum eſſent ſibi conſcii, ne venit quidem ipſis in mentem.* Quæ & paulo poſt, ut pag. 88. refert, conditio fuit Hippacritarum & Uticenſium, qui in rebellione perſtiterant. *Nullum enim aditum, neque cauſam poſtulandi pacem habebant, propterea quod nullus ipſis locus eſſet relictus miſericordiæ aut remiſſionis a principio ejus conſilii,* διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι σφίσι τόπον ἐλέους μηδὲ συγγνώμης κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. Tale eſt, quod Tyriorum exemplo oſtendit Curtius, quorum urbe potitus Alexander M. cum exceptis iis, qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici juſſiſſet; *nemo tamen armatus*, inquit, *opem a*

Diis

Diis petere sustinuit l. IV p. 61. Non aliter de Campanis loquitur Legatus Romanus ad Ætolos apud Liv. l. XXXI. p. 377. *An Campanorum pœnæ, de qua neque ipsi quidem queri possunt, nos pœniteat?* Innuit hoc quoque Vellej. quum pugnam Philippensem referens ait: *Drusus Livius, Juliæ Augustæ pater, & Varus Quintilius, ne tentata quidem hostis misericordia, alter se ipse in tabernaculo interemit; Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu, cum se insignibus honorum velasset, jugulatus est.* Egregie porro talem depinxit etiam Tacitus Messallinam XI. p 194. *Messallina tamen, quamquam res adversæ consilium adimerent, ire obviam, & aspici a marito, quod sæpe subsidium habuerat, haud segniter intendit* &c. Itemque Silium pag. seq. *Cohortium clamor dehinc continuus, nomina reorum & pœnas flagitantium, admotusque Silius tribunali, non defensionem, non moras tentavit, precatus ut mors accele-raretur.*

588. *Quam miserum est auxilium, u. n. q. s.*] Quale illud Pisistrati; quum *quasi sibi, non patriæ vicisset, tyrannidem per dolum occuparet*, annotante Just. pag. 22. Hinc Alexandri M. ista adversus Philotam expostulatio apud Curt. pag. 199. *Unde præsidium petieram, periculum exstitit.* Bene igitur Cassiodorus pronunciat l. IV ep. 27. *Detestabilis quidem est omnis injuria & quicquid contra leges admittitur, sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire.*

589. *Quam miserum est bene quod f. f. q.*] Sic Plaut. in Epid. a. 1. s. 2.

Hercle miserum est ingratum esse omne id quod facias bene.
Ego quod bene feci, male feci, quia amor mutavit locum.

Sed heic in Syri versu est in persona popria; ubi sc. juvimus aliquem & propter ingratum ejus animum pœnitet: qualem pœnitentiam reprehendit Sen. IV. Benef.

Benef. cap. 10. *Quam ſæpe hominum donationem inconſulte ſuam objurgantium audivimus hanc vocem: mallem perdidiſſe, quam illi dediſſe.*

591. *Quam miſerum eſt quum ſ. r. c. m.*] Vid. quæ ſupra ad v. 555.

Poſt calamitatem memoria alia eſt calamitas.

592. *Quam miſerum eſt id q. p. h. a.*] Plut. in lib. de Ira cohibenda hoc ipſum annotans, propterea etiam homini proclivi ad iram cavendum docet eſſe a rebus raris & curioſe elaboratis, qualia ſint pocula, ſigilla, & pretioſi lapides, quoniam hæc perdita magis furorem cieant, quam partu facilia & quotidiana: Ipſius verba ſunt p. 461. E. Ἀφεκτέον οὖν τῷ πρὸς ὀργὴν φαύλως ἔχοντι καὶ τῶν σπανίων καὶ περιττῶν, οἷον ἐκπωμάτων καὶ σφραγίδων καὶ λίθων πολυτελῶν· ἐξίστησι γὰρ ἀπολλύμενα μᾶλλον τῶν εὐπορίστων ἢ συνήθων.

593. *Quam miſerum eſt mortem c. n. p. m.*] Ita Philoctetes apud Soph. v. 799.

Ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος
Οὕτω κατ' ἦμαρ, οὐ δύνῃ μολεῖν ποτέ;

O mors, mors, quare tam ſæpe vocata quotidie, non potes venire aliquando. Egregius eſt locus, quem habet ex Lyſia Athen. pag. 552. B. ubi Orator loquitur de Cineſia, qui negabat eſſe Deos, oſtenditque commune quidem omnibus eſſe hominibus, etiam juſtis, mortem aut res adverſas perpeti. At vero quotidie morientem e vita non poſſe diſcedere, eorum tantum eſſe, qui erga Deos, quod iſte Cineſias, commiſiſſent. Ejus verba ſunt: Τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν ἢ καμεῖν νομίμως, κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστιν· τὸ δ' οὕτως ἔχοντα τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον, τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς τὰ τοιαῦτα ἅπερ οὗτος ἐξημαρτηκόσιν. Huc ſpectant illa Claudiani; apud quem ſic Jupiter III. de Raptu v. 62.

Sentiet iratam procul ægida, ſentiet ictum

Ful-

Fulminis, & genitum divina sorte pigebit;
Optabitque mori.

Cæterum ipsa illa miseria notatur etiam in SS. ut ipso Jobi exemplo; unde ille cap. III. v. 20. & seq. *Quare dat*, inquit, *ærumnoso lucem? & vitam amaris animo? quibus præstolantibus mortem non adest illa, quamvis perscrutentur eam, plus quam thesauros absconditissimos. Qui lætantur cum exultatione, gaudent, cum inveniunt sepulcrum.* Quo pertinet etiam Divina illa interminatio Jerem. VIII. vs. 3. *Et optatior erit mors quam vita toti residuo, iis qui residui erunt ex familia hac pessima.*

594. *Quam miserum officium e. q. s. n. h.*] Huc facit illud Quintil. Declam. XIV. p. 83. *Brevis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est.* Bene igitur Liban. juxta rei eventum non judicandum censet; sic enim ille ex persona Cimonis petentis ut pro patre in vincula conjiciatur: *Ubinam igitur injuria est, si propositum quidem præclarum est, finis autem ab alio domino pendet?* pag. 486. C. Et in Orat. Them. pag. 535. Ὁ χρηστὸς, inquit, καὶ σπουδαῖος ἀνὴρ τῇ γνώμῃ καὶ οἷς προείληπτο, κρίνεται· κἂν μὴ τὸ πέρας ἀκολουθήσῃ τῶν βεβουλευμένων ἄξιον, οὐδὲν ἧττον ἐστὶ σπουδαῖος. *Integer & bonus vir juxta mentem, & ea quæ sibi proposuerit, judicatur: quæ etiamsi non secutus fuerit exitus, nihilominus tamen bonus est.*

595. *Quam miserum est, u. c. c. v.*] Haud tamen mutandum ideo bonum. Vide me: *Consiliis bonis insistendum* &c. item tit. *de Eventu. Juxta eum non judicandum.*

596. *Quam pœnitenda incurrunt v. d.*] Cæcilius:

Ædepol senectus si nihil quicquam vitii
Apportes tecum, quum advenis: unum id sat est;
Quod diu vivendo, multa quæ non vult, videt.

597. *Quam sæpe veniam q. n. p.*] Est Senecæ II. de Ira c. 34. Optime hoc videre est in Appio Claudio, quum arreptus a viatore diceret Provoco, dum pro se

quiſque: *Deos tandem eſſe* &c. fremerent; *provocare qui provocationem ſuſtuliſſet: & implorare præſidium populi, qui omnia jura populi obtriſſet; rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in ſervitutem addixiſſet.* Similiter de Regulo ſcribit Polyb. pag. 36. C. Ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον, οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίουσι, παρὰ πόδας αὐτὸς ἤγετο δεησόμενος τούτων περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. *Qui paulo ante nullum miſericordiæ locum dabat, neque ullam adflictis veniam concedebat, mox ductus ipſe eſt, iiſdem pro ſalute ſua ſupplicaturus.* Unde Senec. loco citato: *quam ſæpe pedibus ejus advolutus eſt, quem ab ſuis repulit!* Non invenit itaque etiam Opimius miſericordiam, utpote quam aliis negaverat; pro ut de eo ſcribit Vellej. pag. 25. *Sed Opimium, virum alioqui ſanctum & gravem, damnatum poſtea judicio publico, memoria ipſius ſævitiæ, nulla civilis perſecuta eſt miſericordia.* Huc faciunt verba Theæteti unius ex captivis Græcis apud Curt. p. 140. contra Euctemona; non oportere ipſos erubeſcere fortuita, docens: *triſtem eum de mortalitate ferre ſententiam, & deſperare miſericordiam, quam ipſe alteri denegaturus ſit.* Referri huc etiam poteſt exemplum Antiochi M. qui ab Romanis pacis conditiones petens, graviores etiam accipere debuit, quam quas antea ſuperbe rejecerat. ut refert Appian. p. 112. Hinc apud Liv. l. XLV. pag. 574. illud Conſulis Æmilii Paulli monitum capto Perſeo, & in tabernaculum ejus introducto: *Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum humanarum? vobis hoc præcipue dico juvenes. ideo in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ; quum quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.* Hujuſmodi quid eſt, quod refert Plin. l. VI. ep. 29. *Accuſavi Marium Priſcum, qui lege repetundarum damnatus utebatur clementia legis, cujus ſeveritatem immanitate criminum exceſ-*

excesserat, relegatus est. Vide: *Conditiones ferens post cladem.*

598. *Quam timidus is est p. q. t.*] Levissimum omnium malorum paupertatem vocat Menander in Cith. apud Stob. p. 771.

Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει
Πενία· τί γὰρ τοῦτ' ἐστιν, ἧς γένοιτ' ἂν εἷς
Φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥαδίως.

Res levissima omnium malorum te cruciat, paupertas. Quid enim ea mali esset, cui vel unus amicus opem ferens, facile mederetur? Sic Julianus Imperator: *Nec pudebit Imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam*, ut est apud Amm. p. 325. De paupertate differentes sententias notat Plut. in lib. de Virt. Moral. p. 450. Τὴν πενίαν οἱ μὲν οὐ κακὸν, οἱ δὲ καὶ μέγα κρίνουσι κακὸν, οἱ δέ γε καὶ μέγιστον, ὥστε καὶ κατὰ τῶν πετρῶν καὶ κατὰ τῆς θαλάττης ὠθεῖν ἑαυτούς. *Paupertatem enim alii malum non esse censent, alii magnum: sunt, qui maximum, ut ejus evitandæ gratia saxis se illidant & in mare se præcipitent homines.*

599. *Quamvis acerbus qui m. n. n.*] *Nam & monendi amici sæpe sunt; & objurgandi: & hæc accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus dicit:*

Obsequium amicos, veritas odium parit.

ut est apud Cic. de Amicit. pag. 431. Et certe quis erit, qui non illum demum benevolum, illum solum vere virum putaverit, qui suis cupiditatibus morem gesserit? quod etiam considerat Aristid. quum p. 58. tom. II. dicit: Οὐκ ἀγνοῶ μὲν οὖν, ὅτι πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοὺς μὲν ὑπηρετοῦντας αὐτῶν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀποδέχονται, καὶ νομίζουσιν οὐ μόνον εὔνους, ἀλλὰ καὶ μόνους ἄνδρας ὡς ἀληθῶς εἶναι. *Non igitur ignoro quidem, ut omnes, ut ita dicam, illos qui suis voluptatibus obsecundant, recipiant, eosque sibi non tantum benevolos putent, sed & solos illos vere viros esse.* &c.

Egregie hac in re exemplum histrionum, quum se invicem in tragœdiis conviciis proscindunt, talibus ob oculos ponit Xenoph. p. 742. ut ostendat redargutionem parentum non debere inique ferri a filiis, quippe qui sciant eos non tantum nihil mali cogitare; sed etiam liberis suis bonum optare. Ἀλλ' οἶμαι, ἐπειδὰν οὐκ οἴονται τῶν λεγόντων οὔτε τὸν ἐλέγχοντα ἐλέγχειν, ἵνα ζημιώσῃ, οὔτε τὸν ἀπειλοῦντα ἀπειλεῖν ἵνα κακόν τι ποιήσῃ, ῥᾳδίως φέρουσι. *Enimvero arbitror eos* histriones, *quia non existimant vel illum, qui redarguit, lædendi causa redarguere, vel minantem damni alicujus inferendi causa minari, æquo illa ferre animo.* Quod si ita facile possent corrigi homines, ut eorum vitia possunt silentio tegi, semper profecto ad eorum voluptatem loquendum esset. Sin minus, detrimento esse patet blandimenta illa alieno tempore adhibita. Quo facit pulcre Demosth 1 Philipp p. 19. Ἀλλ' εἰ μὲν, inquit, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται· αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φενακίζειν ἑαυτούς. *Verum, si res, offensionis vitandæ causa, ut taceri a dicente, sic etiam revera possent amoveri: ad voluptatem auditorum conciones instituendæ essent. Sin orationis jucunditas, alieno tempore usurpata, re ipsa detrimentosa fit: turpe est semetipsum decipere* &c. Quæ verba repetit pag. 132. Porro quanquam hoc commune sit plerisque, ut illos, qui assentantur, diligant, monitoribus irascantur, prudentis tamen hominis officium esse ostendit, dare operam ut appetitum semper rationi obedientem præbeat. Sic enim loquitur pag. 140. Ἔστι μὲν οὖν τὸ κοινὸν ἔθος τῶν πλείστων τοὺς μὲν συνεπαινοῦντας ἑαυτοῖς, ὅ, τι ἂν πράττωσι, φιλεῖν· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιτιμῶντας ἀηδῶς ἔχειν· οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ τὸν διαφέροντα, τὸν λογισμὸν ἀεὶ τῶν ἐπιθυμιῶν κρείττω προεστάναι ποιεῖν. Hinc etiam pag. 146. bene existimat non idem tempus esse, & gratificandi

Athe-

Athenienſibus, & ea, quæ ſibi optima factu videantur, conſulendi, ἢ χαρίζεσθαι ἢ ὅ τὰ δοκοῦντά μοι βέλτιστα παραινεῖν. Quare, ſi alterutrum neceſſe eſt; multo certe ſatius eſt, monendo offendere quempiam, quam pati illum perditum ire; prout Ariſtid. agit tom. II. p. 28. Πολὺ γὰρ βέλτιον, inquit, αὐτὸν ὑμῖν, ἂν ἄρα συμβῇ, προσκροῦσαι πεῖθοντα καὶ διδάσκοντα, ἢ περιιδεῖν ὑμᾶς περιπέσοντας ὑμῖν αὐτοῖς. Merito itaque talem conſiliatorem Liban. *moleſtum quidem nonnullis, utilem vero benevolis* appellat. pag. 684. B. in Apol Socr. Φίλον εἰλικρινῆ, χρηστὸν ἄνδρα, σύμβουλον ἀγαθὸν, πολίτην δίκαιον, λυπηρὸν μὲν, ἐνίοις· συμφέροντα δὲ εὐνοοῦσι σώσαντι. Cæterum veræ amicitiæ hoc in negotio munus præclaris verbis exhibet Demoſth. adv. Ariſtocr. p. 447. Ἔστι γὰρ φίλων ἀγαθῶν, οὐ τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι τοῖς εὔνοις, ἐξ ὧν κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἔσται τις βλάβη, ἀλλ' ἃ μὲν ἂν μέλλῃ συνοίσειν ἀμφοῖν, συμπράττειν, ὅσα δ' ἂν αὐτὸς ἄμεινον ἐκείνου προορᾷ, πρὸς τὸ καλῶς ἔχον πείθεσθαι, καὶ μὴ τὴν ἤδη χάριν τῆς μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι. *Nam vera amicitia munus eſt, bis quibus bene cupias, non in iis gratificari rebus, quæ & in tuum & illorum detrimentum cedere poſſunt: in his quidem, quæ utriſque commodare queant, adjutandi ſunt: quæ autem ipſe melius illo provideas, ea rite adminiſtres: neque præſentis obſequii dulcedinem totius reliqui temporis utilitati anteponas.* Quo referri meretur illud Plin. lib. I. epiſt. 7. *Neque enim tantopere mihi conſiderandum eſt, quid in præſentia vir optime velis, quam quid ſemper ſis probaturus.* Et concinne Thales Mileſius apud Auſon. p. 120.

Quum vere objurgas, ſic inimice juvas:
Quum falſo laudas, tunc & amice noces.

600. *Quamvis non rectum, q. j. r. p.*] Hoc ipſum notat Seneca Epiſt. 95. *Nihil turpe eſt, cujus placet pretium.* Unde Horatio I. Sat. III. v. 98. *utilitas* dicitur

——— ——— *Juſti prope mater & æqui.*

Qui etiam l. I. ep. I. v. 65. reprehendit hoc nomine quoſdam; quum ait:

Isne tibi melius suadet, qui ut rem facias, rem
Si possis recte; si non, quocunque modo rem?

Ostendit hoc in Græciæ illis civitatibus Isocrates, de quibus loquitur in Orat. ad Philipp. pag. 217. Quas dicit μήτ' ἔχθρας μήθ' ὅρκων, μήτ' ἄλλου μηδενὸς φροντίζούσας, πλὴν ὅτι ἂν ὑπολάβωσιν ὠφέλιμον αὐταῖς εἶναι, τοῦτο δὲ μόνον στεργούσας, καὶ πᾶσαν τὴν σπουδὴν περὶ τοῦτο ποιουμένας, *neque inimicitiarum, neque jurisjurandi, neque ullius rei alterius rationem habere, nisi si quid sibi profuturum putent: idque solum amplecti, in eoque adipiscendo & conservando nihil non facere.* Similem temporum morumque conditionem urbis Romæ, circa Cinnæ & Sullæ dominationes depingit Vellej. p. 38. *Omnia erant præcipitia*, inquit, *in Rep. nec tamen adhuc quisquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare auderet, aut petere sustineret. Postea id quoque accessit, ut sævitiæ causam avaritia præberet, & modus culpæ ex pecuniæ modo constitueretur, & qui fuisset locuples fieret nocens, sui quisque periculi merces foret; nec quicquam videretur turpe, quod esset quæstuosum.* Plura huc spectantia e Poëtis recenset Plutarchus de Aud. Poët. p. 18. & seqq. quæque improbe ab illis dicta notat, veluti illud:

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς.
Existimationem justi fac pares,
Sed lucri causa quidvis interim face.

Item, quod habet pag. 21. ibid. ex Sophocle:

Τὸ κέρδος ἡδὺ κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ.
Suave est lucrum profectum etiam ab mendacio.

Simile est apud Athen. pag. 122. C. ubi etiam nonnullas improbas ex nobilissimis tamen Poëtis sententias promit, illud ejusdem Poëtæ:

—— Σὺ δ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου.

Quod facere solent viri sapientes justa laudato, sectator vero

ro

ro lucrum. Item: μεδὲν εἶναι ῥῆμα σωὺ κέρδει κακόν. *Nihil malum esse, quod cum lucro junctum sit.* Philosophice Epictetus cap. XXXVIII. in hanc sententiam disputat, ostenditque, *ubi sit utilitas, ibi etiam esse pietatem.* Docens enim hoc omni generi animantum insitum esse, ut, quæ nocitura videantur, fugiant; contra vero; quæ profutura persequantur, ὅπου γὰρ, inquit, τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Et bene addit: ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. *Quamobrem qui id dat operam, ut sic & appetat & aversetur, quemadmodum decet: is eadem opera & pietati dat operam.* Eodem prorsus modo Arrianus quoque in Epict. loquitur pag 99. Τὸ σύνολον ἐκείνου μεμνῆσθαι, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ τὸ εὐσεβὲς καὶ συμφέρον, οὐ δύναται σωθῆναι τὸ εὐσεβὲς ἔν τινι. *Illud enim omnino meminisse oportet: nisi in eadem re & pietas & utilitas collocetur, non posse in ullo pietatem conservari.*

602. *Quem diligas etiam queri d. i. m. e.*] Ratio est: quia dilecti omnia etiam pessima interpretanda in partem meliorem. Sic cum Alcibiades poculorum dimidiam partem Anyto abstulisset, adeo non questus est de eo Anytus, ut etiam laudaret factum, uti patuit ex Athenæo supra ad vs. 266. Hinc ne metuere quidem talem debemus, ut ostendit Cic. pro Rosc. Am. p. 32. *Socium vero cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, jus officii lædimus. Recte igitur majores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putaverunt haberi oportere.* Huc facit vs. 652.

Quod quisque amat, laudando commendat sibi.

An potius vult non posse queri, quia ipsius culpa sit, quod ante non satis eum probaverit?

603. *Quem fama semel o. v. r.*] Hinc Plaut. in Pers. a. III. s. I. v. 27.

—— *Hominum immortalis est infamia,*
Etiam tum vivit, cum esse credas mortuam.

Hinc etiam vitam integram nulla fama lædere potest; quod de se confidit C. Marius apud Sall. in B. J. p. 124. *Quippe vera*, inquit, *necesse est bene prædicet, falsam, vita moresque mei superant.*

604. *Qui æquo malis animo m. e. m.*] Et vicissim, qui ita bonis miscetur, bonus est. Ita de Sentio Augurino scribit Plin. IV. ep. 27. *Possis ex hoc facere conjecturam, quam sit emendatus, qui a gravissimis senibus sic amatur. Est enim illud verissimum:* γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτος ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Similiter Indibilis Ilergetum regulus se coram Scipione excusat, quum a parte Carthaginiensium stetisset; *corpus duntaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederet coli*, ut scribit Liv. XXVII. p. 306. Et hinc etiam illi Romulus & Sabostius curiales, *convicti sine respectu periculi studia sevisse discordiarum, pœnali consumpti sunt ferro*, ut de iis refert Ammian. l. XXI. p. 235. Bene itaque Phocylid. v. 47. illum, qui volens peccat malum judicat; non prorsus ita, qui ex necessitate.

Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος. ——— ———

Nili Patriarchæ est monitum §. 206. Ὅς οὐ μισεῖ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ἁμαρτωλοῖς, εἰ καὶ μὴ πράττει τὴν ἁμαρτίαν, κρίνεται. *Qui peccatum non odit inter peccatores, etiamsi non fecerit ipsum peccatum, tamen judicatur.* Optime quoque Prosper epig. XXIX. vult, ut eo animo malis adsimus, ut, si possit fieri, ad meliorem illos frugem redigamus, sin minus, nos saltem iidem maneamus.

Injustis etiam præstetur justa voluntas,
Nec quenquam spernant vota benigna hominem.
Non ut amicitiæ vitiis socientur iniquis
Adsit: sed pravis ut medicina animis.
Quæ si pace sua non sedat turbida corda,
Nobis non possit nostra perire quies.

Egregie porro huc faciunt etiam Sirach. admonitiones illæ

illæ cap. VII. v. 17. Μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν πλήθει ἁμαρτωλῶν. *Ne annumera te in multitudine peccatorum.* Et XXII. 15. cum amente non multum ſermonis habere, & ab eo cavere, præcipit: Φύλαξαι ἀπ' αὐτοῦ ἵνα μὴ κόπον ἔχῃς, καὶ οὐ μὴ μολυνθῇς ἐν τῷ ἐκτιναγμῷ αὐτοῦ. *Ne moleſtiam habeas & contamineris iis, quæ excuſſerit.* Et XXVII. 12. inter inſipientes obſervare tempus, aſſidue vero inter intelligentes eſſe. Εἰς μέσον ἀσυνέτων, συντήρησον καιρὸν, εἰς μέσον δὲ διανοουμένων ἐνδελέχιζε. Hoc eſt etiam id quod in S. S. Dominus impio exprobrat; Pſalm. L. vſ. 18. *Simulac vides furem, acquieſcis ei, & cum adulteris eſt portio tua.* Non ita, ut Pſalmiſtes ille; prout de ſe ipſo Pſ. CXIX. vſ. 63. *Socius ſum omnibus, qui reverentur te, & obſervant mandata tua.* Itemque Pſ. CXX. inique fert, quod *plurimum habitaverit anima ſua apud oſorem pacis.* Hiſce adde 2 Cor. cap. VI. vſ. 14. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις· τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; *Ne impari jugo copulamini cum infidelibus. Quid enim conſortium juſtitiæ cum legis tranſgreſſione? quæ communio lucis cum tenebris.*

606. *Quicquid bono concedis d. p. t.*] Supra v. 563. dixit: *Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.*

607. *Quicquid conaris quo p. c.*] Dicit quod Pythag. apud Stob. pag. 3. Πρᾶττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα. *Magna age, non magna promittens.* Itemque ille apud eundem p. 22. Τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι μὴ καὶ τὸ παρ' ἐμὲ αὐτὸν προστιθείην. *Rebus vero altis & excellentibus ego me non applicarem.* Adde illud Phocyl. v. 75.

Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.

Ne credas cito, priuſquam certo finem perſpicias.

609. *Quicquid Fortuna exornat c. c.*] Huc facit Plut. in orat. II. de virt. Alex. M. p. 337. Ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τεχνῖται, καὶ βάσεις μεγάλας μικροῖς ὑφιστάντες ἀναθήμασιν, ἐλέγχουσιν αὐτῶν καὶ τὰς μικρότητας· οὕτως ἡ τύχη ὅταν μικρὸν ἦθος ἐξάρῃ πράγμασιν ἔχουσιν ὄγκον τινὰ καὶ περιφάνειαν, ἐπι-

δείκνυσι μᾶλλον καὶ καταισχύνει σφαλλόμενον καὶ σαλευόμενον ὑπὸ κυφότητος. *Sicut enim inepti opifices, dum magnas bases parvis donariis supponunt, eorum pravitatem hoc ipso arguunt: sic Fortuna cum ingenium vile magnis ac splendidis rebus extollit, ideo magis demonstrat atque infamia exponit, cum præ levitate labascit, atque impingit.* Similiter paulo post in eadem orat. pag. 341. C. Fortuna dicitur Alexandrum augere & magnum facere; undique interim perfodiens, suffulciens, omnesque corporis partes aperiens. &c. Εὖγε ὦ τύχη τὸν Ἀλέξανδρον αὔξεις καὶ μέγαν ποιεῖς, διορύττουσα πανταχόθεν, ὑπερείδουσα, πᾶν μέρος ἀνοίγουσα τοῦ σώματος. Huc pertinet fabula de monedula, omnium avium pennis ornata, quam habet Libanius pag. 3. B. additque: τὸ μὴ τοῖς οἰκείοις κοσμεῖσθαι, βραχεῖαν μὲν τὴν ἀπόλαυσιν, πολλὴν δὲ ἐλεγχθέντι ποιεῖ τὴν αἰσχύνην. *Alienis bonis ornari, brevis quidem est voluptatis, magnam vero affert deprehenso ignominiam.* Plane ita potentes in aula principis Claudii describuntur ab Tacito XI. Ann. p. 193. quum Messallina Silio nupsisset palam; *Igitur*, inquit, *domus principis inhorruerat; maximeque quos penes potentia, & si res verterent, formido* &c. Quo pulcre etiam facit, quod pronunciat idem scriptor XIII. Ann. pag. 234. *Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ non sua vi nixæ.* Adde Lipsii Politica p. 121.

610. *Quicquid futurum est summum a. i. n.*] Plane loquitur ut Polyb. pag. 164. A. Φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων. *Sæpe res maximæ a parvis principiis oriuntur.* Eleganter quoque Apulejus p. 218. *Nec quicquam omnium est, quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum, quam rei experimentum.* Hoc ipsum in artium studiis quoque considerari vult Quintil. Inst. orat. p. 10. *Parva docemus, instituendum oratorem professi: sed est sua etiam studiis infantia: & ut corporum mox etiam fortissimorum*

morum educatio a lacte cunisque initium ducit: ita futurus eloquentissimus, edidit aliquando vagitum, & loqui primum incerta voce tentavit, & hæsit circa formas litterarum. Similiter pag. 537. *Quæ porro ars statim fuit? quid non cultu nitescit? cur vites coërcemus manu? cur eas fodimus? rubos arvis excidimus? terra & hæc generat. mansuefacimus animalia? indomita nascuntur.*

612. *Qui cum dolet blanditur, p. t. s.*] Non aliter prorsus atque Præxaspes, quum filio suo ab rege Cambyse sagitta transfixo, peritiam sagittandi in rege laudaret; de quo Seneca l. III. de Ira cap. XIV. *Dii illum male perdant animo magis quam conditione mancipium. Ejus rei laudator fuit, cujus nimis erat spectatorem fuisse. Occasionem blanditiarum putavit, pectus filii in duas partes diductum, & cor sub vulnere palpitans.* Huc etiam referri potest responsum Scipionis junioris ad Antiochum regem; quum hic, jam transvectis Romanis in Asiam contra ipsum, mitteret ad Scipionem de componenda pace. *Hoc prius faciendum esse*, dixit ille, *non jam ubi franum sessoremque rex receperit.* Ἔδει πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι. ut est apud Plut. in Apophth. p 196. Adeo nempe verum est illud Senecæ in Hippol. vs. 134.

Qui blandiendo dulce nutrivit malum,
Sero recusat ferre, quod subiit, jugum.

Tales quoque notat Claudian. II. in Eutrop. vs. 500.

Hi pecudum ritu non impendentia vitant,
Nec res ante vident: accepta clade queruntur,
Et sero transacta gemunt.

Scitum est illud Ovid. III. de Art. 805.

Gaudia post Veneris quæ poscit munus amantem,
Illa suas nolit pondus habere preces.

613. *Quidam inimici graves, a. s. l.*] Loquitur ita Senec. II. Benef. 5. de regiæ potentiæ ministris: *Injuriæ illorum præcipites, lenta beneficia sunt.* Interim contra

tra it sententiæ, cujus meminit Alcibiades apud Thucyd. edit. Wech. p. 479. B. *Et sciatis id quod ab omnibus passim jactatur; si dum hostis essem, vehementer nocui, me etiam, si amicus sum, multum prodesse posse.* Ὡς εἰ πολέμιος γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελοίην. Cum Nostro facit illud Plauti in Pœnul. III. 6.

Siquid benefacias, levior pluma est gratia:
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

De hisce item Sirach. loquitur, quos dicit in rebus lætis amico delectari, tristibus vero adversarios esse. cap. XXXVII. vs. 4. Ἑταῖρος φίλου ἐν εὐφροσύνῃ ἥδεται, καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.

614. *Qui debet, limen creditoris n. a.*] Adeoque nec ipsum creditorem. Ut enim navigantes sæpe ad conspectum alicujus scopuli civitatem observant, ita etiam debitor quoties limen creditoris intuetur, necesse est & ipsius creditoris meminerit. quo facit Synes. pag. 152. edit. Pet. Hoc item vult Aristot. IX. Ethic. pag. 71. C. comparans eos, qui beneficium accepere, debitoribus, Καθάπερ οὖν, inquit, ἐπὶ τῶν δανείων, οἱ μὲν ὀφείλοντες, βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν· οἱ δὲ δανείσαντες, καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας· οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας· τοῖς δ', οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. *Quemadmodum itaque in rebus mutuis, debitores suis creditoribus interitum exoptant: at iis, qui mutuum dederunt debitorum salus etiam curæ est: sic & eos, qui de aliquibus bene meriti sunt, eorum qui beneficium acceperunt, incolumitatis studiosos esse, tanquam beneficii gratiam consecuturos: illos autem de gratia referenda non magnopere laborare.* Graphicam talis creditoris descriptionem nobis exhibet Joh. Chrysost. in Matth. pag. 506. C. Ὁ χρεώστης, inquit, ὅταν ἴδῃ τὸν δανειστὴν, κλᾶται αὐτοῦ ἡ διάνοια, καὶ θρείου μᾶλλον αὐτὸν δέδοικε. *Debitor quoties*

videt

videt creditorem, mente infringitur, & magis eum quam bestiam formidat. Itemque Ambros. Tob. cap. VII. *Quid fugis hominem, quem poteras & non timere? quid fugis, aut quousque fugies? si quis pulsaverit nocte, fœneratorem putas sub lecto. Illico si quem subito intrare senseris, tu foras exilis. Canis latrat, & cor tibi palpitat, sudor effunditur: anhelitus quatitur, quæris quid mentiaris, ut fœneratorem differas; & cum dilationem impetraveris, gaudes.* Adde Æsop. fab. 42. de vespertilione, præ metu creditorum interdiu non apparente. Et Erasm. II. Cent. 7. Ad. 98. Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων. *Felix qui nihil debet.* Ad spiritualia hæc transferens Joh. Chrys. in Epist. pag. 73 docet contrarium hic verum esse. Deus siquidem maxime amet illos, quibus debeat. Neque enim ita quenquam creditorem inter homines gaudere suis debitoribus, ut Dominum nostrum iis, qui sibi crediderint, seu mutuo dederint. Sic enim loquitur: Οἷς μάλιστα ὀφείλει, τούτους μάλιστα φιλεῖ. Οὐδὲ γὰρ οὕτω χαίρει δανειστὴς ὀφειλέτας ἔχων, ὡς ὁ Χριστὸς εὐφραίνεται δανειστὰς ἔχων.

615. *Quid est beneficium dare? i. D.*] Sumptum est e Seneca cujus verba sunt III. Benef. c. 15. *Qui dat beneficia, Deos imitatur, qui repetit, fœneratores.* Hinc Ægyptii reges suos, non secus ac si Dii essent adorabant, colebant, propterea quod, cum vellent & possent maxima præstare beneficia, putarent eos divinæ naturæ participes esse, testante Diod. Sic. p. 57. B. Διὰ δὲ τὰς αὐτὰς αἰτίας δοκοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλεῖς προσκυνεῖν τε καὶ τιμᾶν, ὡς πρὸς ἀλήθειαν ὄντας θεούς· ἅμα μὲν οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτοὺς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας, ἅμα δὲ τοὺς βουλομένους τε καὶ δυναμένους τὰ μέγιστα εὐεργετεῖν, ἡγούμενοι θείας μετέχειν φύσεως. Similiter de Lycurgo judicat Themist. pag 136. ed. Pet. in 4°. Deum illum potius quam hominem appellandum censens ob facilitatem, justitiam, pietatem, harum-

harumque omnium quam vocat principem, humanitatem. Quare etiam pag. 272. talem bonum principem, ubique ad imitationem numinis constitutum, vere διογενῆ καὶ διοτρεφῆ appellari ostendit. Ita & legati Antiochi regis loquuntur apud Consulem R. pacem veniamque petentes. *Positis jam adversus omnes mortales certaminibus, haud secus quam Deos consulere & parcere vos generi humano oportet.* apud Liv. lib. XXXVII. p. 463. *Nihil esse* dicit ipse Joh. Chryst. *Quod hominem magis Deo similem reddat, quam pravis & maleficis se placabilem præbere.* Οὐδὲν δὲ οὕτως ὁμοιοῖ τῷ Θεῷ, ὡς τὸ τοῖς πονηροῖς καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν εἶναι συγγνωμικόν.

616. *Qui docte servit, p. d. t.*] Hinc illa apud Isocr. exhortatio: Τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς νόμους εἶναι νομίζετε· καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες ὅτι τοῖς μάλιστα πιστοῖς ὑμῶν ἃ βούλομαι, τούτοις ἐξέσται ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται. *Verba mea pro legibus habete, ac scitote fore ut his qui maxime voluntati meæ satisfacere studuerint, vivere liceat at ipsi volunt.* p. 91. Qui locus plane similis est illi Xenophontis, quem citat Plutarch. in Agesil. cap. V. de eo nempe, qui patriæ obtemperando eo pervenisset potentiæ ut ageret quæ vellet. Ὅτι τῇ πατρίδι πειθόμενος ἴσχυε πλεῖστον ὥστε ποιεῖν ὃ βούλοιτο. Bene itaque Seneca ep. LXI. *Ita dico; qui imperia libens excipit, partem acerbissimam servitutis effugit, facere quod nolit: Non qui jussus aliquid facit, miser est; sed qui invitus facit.* Idem Ep VIII. Epicurum compilasse se dicens, hanc ejus vocem profert: *Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas:* Facit huc porro ille versus:

Qui legibus paret, fere ipsis imperat.

Vid. plura ad vs. 520. ubi dixit:

Parere scire par imperio gloria est.

Item vs. 505.

Obsequium nuptæ cito fit odium pellicis.

617. *Quid quisque possit, nisi tentato nesciet.*] Est Senecæ

necæ dictum de Prov. cap. iv. Cujus verba ſunt: *Opus eſt ad notitiam ſui experimento, quid quiſque poſſit, niſi tentando non didicit.* Legendum ergo & hic:

——— ——— *niſi tentando neſciet.*

Ita loquitur de Hiſpania Flor. pag. 53. *Hiſpania ante a Romanis obſeſſa eſt, quam ſe ipſa cognoſceret; & ea vires ſuas, poſtquam victa eſt, intellexit.* Hinc illa in Cæſare belli cupiditas, prout de eo ait Sall. p. 45. in B. C. *ſibi magnum imperium, exercitum, novum bellum exoptabat, ubi virtus eniteſcere poſſet.* Et labores ſuos recenſens Hercules apud Sen. in Her. Oetæo vſ. 1245. exclamat:

O vires prius In me ſepultæ!

618. *Quid ipſe ſis n. q. h. i.*] Nam internum animi noſtri judicium ſæpe famæ ac laudi reclamat; eamque renuit; nulloque affectu trahitur aut movetur, neque poteſt ab aſſentante corrumpi. ut oſtendit Plutarch. in Moral. p. 55. & ſeq. cujus hæc ſunt verba: Ἡ γὰρ οἴκοθεν κρίσις ἀντιμαρτυροῦσα, καὶ μὴ προσδεχομένη τὸν ἔπαινον, ἀπαθὴς ἐστι καὶ ἄθικτος, καὶ ὑπὸ τοῦ κολακεύοντος ἀνάλωτος. Attendendum itaque conſcientiæ non famæ. Vid. locos · *Fama de hominibus non ſemper verum dicit.* Item: *Eſſe non videri.*

619. *Quid tibi pecunia opus eſt? ſ. e. u. n. p.*] Talem eleganter ludit Poëta in Antholog. ii. cap. 50. ep. 2. ubi ait: Omnes dicunt te divitem eſſe; ego vero te dico eſſe pauperem; veriſſimum enim divitiarum eſt teſtimonium, earundem fruitio. Itaque ſi earum es particeps, tuæ ſunt; ſi vero reſervas hæredibus tuis; ex hoc tempore alienæ ſunt;

Πλουτεῖν φασί σε πάντες· ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι,
  Χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς ἀπολλοφανές.
Ἂν μετέχῃς αὐτῶν σὺ, σὰ γίγνεται· ἂν δὲ φυλάττῃς
  Κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

Hinc Sirach. cap. xxx. vſ. 18. dicit: bona effuſa ad

os

os clausum fercula esse ciborum posita in sepulcro: Ἀγαθὰ ἐγκεχυμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ, θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ:

620. *Quieta vita iis, q. t. M. T.*] Illud enim: *Non tuum hoc, sed meum* bene Aristides principium & originem præbere dicit omnis contentionis. Τὸ γὰρ οὐ σὸν τοῦτο ἀλλ' ἐμὸν, ἀρχὴ πάσης φιλονεικίας, prout loquitur tom. II. p. 331. Quocum sentit Dio Chrys. pag. 249. D. nulla alia re quam διὰ τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν accidere contendens, dissidia civilesque contentiones & externa bella. Non ita erat comparata veterum Romanorum Resp. annotante Sallust. in B. C. p. 7. *Igitur domi*, inquit, *militiaque boni mores colebantur. Maxima concordia, minima avaritia erat.* Et sane, ut ait Aristid. loco citato, *ubi omnia communia ducunt, communem quoque illorum ducunt curam.* Bene itaque Seneca ep. xc. *Desierunt omnia possidere, dum volunt propria.* Idem III. de Ira cap. 32. egregie turbas, tumultus, alia multa, quæ ob pecuniam accidunt, incommoda recenset: *Circa pecuniam*, inquit, *plurimum vociferationis est: hæc fora defatigat, patres liberosque committit: venena miscet, gladios tam percussoribus quam legionibus tradit.* &c. Vid. Piccard. ad Aristot. Pol. pag. 164. & seqq.

621. *Qui spectat ut rogetur, o. l.*] Idem vult Senec. II. Benef. cap. I. *Illud melius, occupare antequam rogemur. Quia cum homini probo ad rogandum os concurrat & suffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum.* Sic Tragicus in Theb. 442. de Jocasta:

Rogat abnuentes, irrigat fletu genas.
Negare matri, qui diu dubitat, potest.

Simile illud est, quod de Roboamo Israëlitarum rege narrat Josephus pag. 274. Quum enim, conventu habito, populus ab eo petiisset ut aliquid de servitio remitteret, & patre suo vellet esse mitior, Roboamus tres dies constituerat ad respondendum eorum petitioni;

ni; sed eo ipso, ut loquitur auctor, statim in suspicionem venit, quod sine mora votis eorum non annuisset. Decere enim ejus ætatem putabant proclivem esse ad bene merendum. Ὁ δὲ, inquit, τρεῖς ἡμέρας εἰπὼν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι περὶ ὧν ἀξιοῦσιν, ὕποπτος μὲν εὐθὺς γίνεται μὴ παραχρῆμα ἐπινεύσας αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡδονήν. Πρόχειρον γὰρ ἠξίουν εἶναι τὸ χρηστὸν καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τοῦτ' ἐν νέῳ.

622. *Qui in vero dubitat, m. a. c. d.*] Hoc ipsum censet Cic. de Off. pag. 354. *Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit, an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se: dubitatio autem cogitationem significat injuriæ.* Ibid. pag. 392. *Ergo ea deliberanda non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio.* Huc accedit Plin. qui lib. 1. ep. 18. cautissimi cujusque præceptum illud refert: *quod dubitas ne feceris.* Acutum itaque illud Muciani est apud Tac. in orat. ad Vespasianum; *Sed & meliorem in bello caussam, quam in pace habemus. Nam qui deliberant desciverunt.* De consulendis oraculis loquens Epictetus pag. 24. non de officio ait illa adeunda, sed de iis rebus, quarum tota consideratio refertur ad eventum, quæque nec rationis, nec artis alicujus occasione perspici possunt. Ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. Nam, ut ad hunc ipsum locum bene dicit Simpl. p. 170. *Quæ recta ratio fieri jubet, ea facienda sunt absque interrogatione.* Vid. etiam Joh. Saresber. Epist. 56.

626. *Qui timet insidias omnes, n. i.*] Ita supra 112.

Caret periculo qui, etiam quum est tutus, cavet.

At vers. 544. nimium reprehendit timorem:

Pericula timidus etiam quæ non sunt videt.

Virg IV. Æn. de Didone: *Omnia tuta timens.* &c. Lepide satis servus Plautinus in Pers. a. III. s. 1.

Herus si minatus est malum servo suo,
Tamen etsi id futurum non est, ubi captum 'st flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria!
Ego nunc, quod non futurum 'st, formido tamen.

627. *Qui pote celare v. v. n. f.*] At vero qui, ut de Aristogitone loquitur Demosth. tantum non nolis suspensis peragit ea, quæ omnes potius celarent, tanto est nequior. Sic enim loquitur pag. 502. Καὶ ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαστος ἀψοφητὶ ποιεῖ, ταῦθ' οὗτος μονονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται. οὐ πρύτανις, οὐ κῆρυξ, οὐκ ἐπιστάτης, οὐχ ἡ προεδρεύουσα φυλὴ τούτου κρατεῖν δύναται. *Et quæ omnes alii calamitosi absque strepitu faciunt; ea is tantum non nolis suspensis peragit: non senator, non præco, non præses, non præsidens tribus eum coërcere potest.* Huc facit Sirach. cap. XLI. vs. 19. ostendens nullam sapientiæ absconditæ esse utilitatem prorsus: *præstat homo abscondens stultitiam suam, homini abscondenti sapientiam suam.* At quam male secum agat, qui peccata sua latere putet donec arguatur; eoque ne peccasse quidem putet, ostendit Simpl. ad Epict. p. 181. Ejus rei causam hanc esse probans: *quod opinionem aliorum ad se dijudicandum adhibeat, & non semetipsum & Deum, hoc est, veritatem.*

628. *Qui pote consilium fugere, sapere idem potest.*] Forte *capere.* Perinde ut Apul. p. 368. dicit: *Sanus est, qui scit quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, non magis quam cæcitas se videre.* Non aliter Onosander Strateg. cap. X. §. 9. *Quisquis alteri parare novit pericula, idem quoque parata facile deteget effugietque.* Et Ausonii Pittacus Mitylenæus pag. 118.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.

629. *Qui pote nocere, timetur cum etiam non adest.*] Ita supra 559.

Præsens est semper, qui absens etiam ulciscitur.

Sic de Xerxe Persarum rege scribit Alexander M. apud

Curt.

Curt. l. III. p. 43. qui reliquerat Mardonium tamen in Græcia *ut absens quoque popularetur urbes, agros ureret.* De Ariovisto Cæsar in Comm. de B. G. l. I. cap. 32. ubi *Absentis Ariovisti crudelitatem, veluti si coram adesset, horrere* dicuntur Sequani. Itemque Tacitus de Nerone XV. Ann. pag. 298. *Senatus & primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur.* Quid si legatur? *cum etiam non obest.*

630. *Qui pote nocere, timetur cum etiam non nocet.*] Sic Horatius de Satyrico loquitur, cujus insectationes, licet nihil scribat, tamen metuunt homines. l. II. Sat. I. vs. 23.

Quum sibi quisque timet, quanquam est intactus, & odit.

Sed imprimis & hoc verum est de hominibus magnis & potentibus, quales intelligit Sen. I. Clem. 8. *Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu; sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent: non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit, cogitatur in eo, qui omnia potest.* Et Sall. in orat. de Rep. ordin. p. 266. *Quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse licet, formidatur.* Egregie huc facit locus Vellej. p. 46. *Raro*, inquit, *invidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Contra in iis homines extraordinaria reformidant, qui ea suo arbitrio aut deposituri, aut retenturi videntur, & modum in voluntate habent.* prout ibidem ostendit auctor ille in Cn. Pompejo, quum ipsi decretum esset bellum Piraticum, reclamantibus multis &c. Notatu dignum hic etiam est apud eundem scriptorem illud barbari istius de suis testimonium coram ipso Tiberio: pag. 107 *Nostra quidem*, inquit, *juventus furit, quæ cum vestrum numen absentium colat, præsentium potius arma metuit quam sequitur fidem.* Sic in ipso funere Sullæ fuisse scribit Appianus, qui ipsum mortuum non minus quam vivum timerent. Ejus verba sunt p. 417. Βοῇ δ' ἐπεφήμουν ἥτε βουλὴ πρώτη ϗ οἱ ἱπ-

πέες ἐν μέρει, εἶθ' ὁ στρατὸς, εἶθ' ὁ δῆμος, οἱ μὲν, τῷ ὄντι Σύλλαν ἐπιποθοῦντες, οἱ δὲ δειμαίνοντες αὐτοῦ καὶ τότε τὸν στρατὸν καὶ νέκυν οὐχ ἧττον ἢ περιόντος. Ἔς τε γὰρ τὴν ὄψιν τῶν γιγνομένων ἀποβλέποντες, καὶ ἐς τὴν μνήμην ὧν ἔδρασεν ὁ ἀνὴρ, ἐξεπλήττοντο, καὶ ὡμολόγουν τοῖς ἐναντίοις εὐτυχέστατον αὐτὸν ἐκείνοις γεγονέναι, καὶ σφίσι καὶ τεθνεῶτα φοβερώτατον. *Nec deerant faustæ acclamationes a Senatu exortæ, mox equitum, deinde militum, postremo plebis: quorum alii serio Syllam desiderabant: alii copias ejus: ipsumque mortuum non minus quam vivum timebant: quippe quos tam præsens spectaculum terrebat, quam præteritorum facinorum memoria, ut facile in hoc assentirentur adversariis, eum fuisse & illis felicissimum, & ipsis terribilem, usque post ipsum obitum.*

631. *Qui pote transferre amorem p. d.*] Amorem appetitum quendam vocat Max. Tyr. p. 73. quem fræno indigere dicit, non minus quam equum generosum: ἔστω δὴ ὁ ἔρως ὄρεξίς τις τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῇ ὀρέξει ταύτῃ χαλινοῦ δεῖ, καθάπερ ἵππου θυμῷ. Quod frænum docet esse rationem. Similiter Quintil. de dolore loquitur ac noster de amore. in Inst. orat. p. 626. *Qui intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere.*

632. *Qui pro innocente dicit s. e. e.*] Veritatis enim simplex est oratio; prout etiam de se censet C. Marius apud Sall. in B. J. p. 124. *Non sunt composita verba mea. Parum id facio. Ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, uti turpia facta oratione tegant:* Præclare Cic. pro Quint. pag. 14. *Non enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia. Est quædam tamen ista perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit.* Et hinc Auctor Dialog. de Oratorib. apud Tac. pag. 577. *Nam statum cujusque*, inquit, *ac securitatem melius innocentia tueor, quam eloquentia. Nec vereor ne mihi unquam verba in senatu, nisi pro alterius discrimine facienda*

cienda sint. Hinc *brevem orationem bonis causis sufficere* dicit Liban. pag. 191. D. Τὰ δὲ δίκαια καὶ βραχείας ἡγοῦμαι δεῖσθαι ῥήσεως. Adde Agath. pag. 76. *Nam ei, qui falsa velit suadere, majore ornatu varietateque verborum est opus.* Τῷ γὰρ τὰ ψευδῆ συμβουλεύοντι, μείζονός τε κόσμου καὶ ποικιλίας ῥημάτων προσδεῖ.

634. *Quis pauper est? qui dives videtur sibi.*] Rescribe: *dives videtur qui sibi.*

635. *Qui sibi non vivit, m. a. e. m.*] An quia vivit aliis etiam, qui sibi? Sic certe Seneca censebat, quoties villam Vatiæ illius præteribat; ut scribit Ep. LXVI. ejus verba sunt: *Nam quoties aliquos amicitia Asinii Galli, quoties Sejani odium, deinde amor merserat (æque enim offendisse illum, quam amasse periculosum fuit) exclamabant homines: ô Vatia solus scis vivere. At ille latere sciebat, non vivere.* Itaque & suam de eo homine sententiam mox addens: *Nunquam*, ait, *aliter hanc villam, Vatia vivo, præteribam, quam ut dicerem: Vatia hic situs est.* Huc facit etiam illud, de Tranq. cap. III. Curii Dentati dictum: *Malle se esse quam vivere mortuum.* additque Seneca: *Ultimum malorum est exire vivorum numero antequam moriaris. Sed faciendum erit, ut, si in Reip. tempus minus tractabile incideris, plus otio ac litteris vindices.* Bene itaque monuit etiam in Epist. XLVIII. idem: *Alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.* licet contrarium innuat Synes. illo p. 228. D. ubi scribit cuidam, quod vocaverit ipsum aliquando *bonum alienum*, quum forte opem ferret amicis: Ἦν ὅτε κἀγὼ φίλοις ὠφελῶν ἐν, καὶ σύ με ἐκάλεις ἀλλότριον ἀγαθόν. Sed malim versum hunc Nostri legere hoc modo:

Qui sibi modo vivit, &c.

Quomodo huc faciet illud Stob. p. 888. ex Menandro:

Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν, οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.

Hoc demum est vivere, non solum sibi vivere. Et, ut concinit Lucan. II. vs. 380.

Naturamque sequi, patriæque impendere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

Idem quoque vult Max. Tyr. in dissert. v. pro vita activa, ubi dicit: Τί δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν σεμνὸν τἀληθῆ εἰδέναι, καὶ τεταμιεῦσθαι ἐν τῇ ψυχῇ θησαυρὸν ἄγονον καὶ ἀργὸν καὶ ἄκαρπον, μηδὲν αὐτοῦ ὀνήσασθαι μέλλοντα, μηδὲ ὠφελήσειν ἑτέρους. *Præterea non possum videre, quid omnino minus cum gloria ac dignitate sit conjunctum, quam ut veritatem aliquis cognoscat, sterilemque in animo suo thesaurum, inertem atque infœcundum colligat, qui neque ipsi, neque alii cuiquam prodesse possit.* Hinc Philo Judæus in summo principe requirit munificentiam & largitiones, quæ publicam afferant utilitatem; quasque *non ideo in quosdam profusas* ait, *ut celentur, aut vertantur in aliorum commodum, sed ut proferantur in medium, tanquam in epulo publico, invitatis ad fruendum omnibus.* Vid. eum pag. 971. Hinc etiam non posse illum dici prospera uti fortuna, qui neminem habeat una secum ea fruentem, censet Dio Chrys. p. 502. Τίσι δὲ ἥδιον τὸ εὐτυχεῖν, ἢ ὅσοι μὴ μόνον αὑτοὺς ἀλλὰ καὶ ἄλλους εὐφραίνουσιν εὐπραγοῦντες, ὡς ἔγωγ' οὐδ' ἂν εὐτυχεῖν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα φαίην, ὃς οὐδένα ἔχει τὸν συνηδόμενον. *Quibus autem jucundior est prospera fortuna, quam iis qui non tantum seipsos, sed & alios exhilarant sua felicitate? Adeo ut ego ne illum quidem in rebus prosperis vivere dixerim, qui non habeat quenquam una gaudentem.* Tale est quod queritur apud Liban. Parasitus se deferens pag. 384. C. regem suum Philosophiæ se dedisse; adeoque se orbatum multis cupediis &c. Graviter ad hanc quoque sententiam scribit Sidon. l. vi. ep. 12. ad Papam Patientem: *Aliquis aliquem: ego illum præcipue puto suo vivere bono, qui vivit alieno: quique fidelium calamitates, indulgentiamque miseratus, facit in terris opera cœlorum.*

636. *Quis miserum sciret, v. n. h. d.*] Apud Stob. Demosth. dicit: Nihil majus infortunium posse ingenuis

nuis hominibus accidere, quam privari libertate dicendi. Οὐδὲν ἂν εἴη τοῖς ἐλευθέροις μεῖζον ἀτύχημα, ἢ στέρεσθαι τῆς παῤῥησίας. p. 249. Hinc eſt, quod dicit Libanius, virum modeſtum ac prudentem præ dolore ſæpe adigi vocem ſuis moribus alioqui indignam emittere. p. 393. D. Ἀλλ' αἱ συμφοραὶ καὶ τὸν ἄγαν σώφρονα πολλάκις ἐξήγαγον ἀφεῖναι ῥῆμα τῶν αὐτοῦ τρόπων ἀνάξιον.

637. *Quis plurimum habet? i. q. o. m. c.*] Iſocr. p. 421. illorum imitandum animi propoſitum docet, qui modicam vitam cum juſtitia præoptant divitiis magnis cum injuſtitia conjunctis. Ἄξιον ζηλοῦν τὴν διάνοιαν τῶν προαιρουμένων μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ πλοῦτον μέγαν μετὰ ἀδικίας: Adde Sen. VII. Benef. cap. 2. de Alexandro M. *Non ſatis apparebat inopem eſſe, qui extra naturæ terminos arma proferret?* Et mox: *Tantum illi deëſt quantum cupit.* Hinc ibid. cap. 3. omnia ſapientis eſſe pronunciat. Et *ingentis ſpiritus res eſt*, inquit, *cum Occidentem Orientemque luſtraveris animo, quo etiam remota, & ſolitudinibus intercluſa penetrantur; cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatiſſime fundit, aſpexeris, emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea ſunt. Sic fit ut nihil cupiat: quia nihil eſt extra omnia.*

638. *Qui timet amicum, amicus ut timeat docet.*] Nam, ut loquitur Curt. p. 255. in orat. legati illius Scythæ, *& firmiſſima eſt inter pares amicitia: & videntur pares, qui non fecerunt inter ſe periculum virium. Quos viceris, amicos tibi eſſe cave credas.* Item Liv. l. XXII. p. 215. *Vult ſibi quiſque credi, & habita fides ipſam plerumque obligat fidem.*

639. *Qui timet amicum, vim non novit nominis.*]. Nam qui amicus eſt, eum non poſſumus cavere. Unde bene Cic. pro Roſc. Amer. pag. 32. *Socium vero cavere, qui poſſumus? quem etiam ſi metuimus, jus officii lædimus. Recte igitur majores eum, qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putaverunt haberi oportere.*

Et amicus est alter ego: ergo nihil inter eos fucatum. Unde apud Liban. p. 256. B. omne id quod Patroclus pronunciasset apud Achillem, a suspicione liberum esse dicitur. τῆς ἑταιρείας οὐδὲν ἐώσης δοκεῖν ὕπουλον ἔχειν. *Quum amicitia nihil subdolum esse patiatur.* Duo sunt in anima una. Hinc jocus apud Plutarchum de Catonis Minoris filio, qui cum in Cappadocia hospitio Marphadatis cujusdam uteretur, cui formosa uxor esset, ac diutius quam conveniret apud eos commoraretur, hujusmodi scriptis vexabatur: Πόρκιος καὶ Μαρφαδάτης δύο φίλοι, ψυχὴ μία: *Porcius & Marphadates duo amici unam habent animam;* quum uxor Marphadatis nominaretur Psyche i. e. *anima.* in Cat. Min. cap. ult.

640. *Qui venit, ut noceat, s. m. v.*] Apte ad mentem hujus sententiæ scribit Isocrat. p. 965. non esse dubium, quin omnes homines, quoties quicquam sceleris parant, simul suam meditentur defensionem: Ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι πάντες ἄνθρωποι, ὅταν ἀδικεῖν ἐπιχειρῶσιν, ἅμα τὴν ἀπολογίαν σκοποῦνται. Affine huic est, quod habet supra vs. 518.

Paratæ lacrymæ insidias, non fletum indicant.

Monet tamen Nilus dictorum factorumque semper defensionem paulo post adhibendam meditari, quo metu correcti, cautius agamus. Ita is §. 209. Λέγειν τι μέλλων, ἢ πράττειν, τῆς μετὰ μικρὸν ἀπολογίας φρόντιζε, καὶ σωφρονήσεις τῷ φόβῳ διορθούμενος.

641. *Qui dubitat ulcisci i. p. f.*] Hinc Plut. de sera vind cap. 2. ex Thucydide: *ultionem maleficio quam proxime adjunctam probans:* Οὐθὲν γὰρ οὕτω χρέος, inquit, ὡς τὸ τῆς δίκης ὑπερημερούμενον γινόμενον, ἀσθενῆ μὲν ταῖς ἐλπίσι ποιεῖ καὶ ταπεινὸν τὸν ἀδικούμενον, αὔξει δὲ θρασύτητι καὶ τόλμῃ τὸν μοχθηρόν. Αἱ δ᾽ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι, καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τὸ παρηγορεῖν τοὺς πεπονθότας ἔνεστιν αὐταῖς. *Nullum enim aliud debitum perinde, atque dilatio justæ vindictæ, injuria affectorum spes enervat, animosque eorum dejicit, con-*

tra

tra, improbos ferocia & audacia augens. Sed supplicia statim facinoribus imposita, etiam futurorum sunt inhibitiones maleficiorum, illisque maxima inest consolatio, quæ passos injuriam reficiat. Ita ostendit Liban. pag. 51. D. in orat. contra Veneficum illum medicum: hujus pœna omnes alios medicos meliores futuros; & intellecturos, unum tantum illorum quæstum esse oportere; eum nempe, qui e medicamentis salutaribus comparetur. Adeoque hac pœna nec ipsum amplius nociturum, nec quenquam futurum, qui eum in hisce imitetur.

642. *Qui culpa ignoscit uni s. p.*] Talem misericordiam dissuadet plebi C. Memmius apud Sall. in B. J. p. 80. *Atque ego, tametsi viro flagitiosissimum existumo, impune injuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset.*

643. *Quo cavet is, cum a. a. v. a. p.*] Imprimis in oratore hoc reprehendit Demosth. in ea de Corona p. 352. nihil gravius aut sceleratius in oratorem dici posse contendens, quam illum non eadem sentire & loqui. Τί γὰρ μεῖζον ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἀδίκημα κατ' ἀνδρὸς ῥήτορος, ἢ μὴ ταὐτὰ φρονεῖν καὶ λέγειν. Quod ipsum in Tiberio tamen notat Tac. princ. Ann. de Cajo ac Lucio Cæsaribus: *nec dum posita puerili prætexta, principes juventutis appellari, destinare Consules specie recusantis flagrantissime cupiverat.* Hinc Clytæmnestra mariti verba probat, facta vero minime se scire dicit quomodo laudet, aut probet. Sic enim loquitur in Iphig. in Aul. vs. 1116.

Τοῖς ὀνόμασι μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργα σου
Οὐκ οἶδ' ὅπως μ' ὀνομάσασαν, εὖ λέγειν.

Contrarium plane laudat Adrastus Capaneum apud eundem in Suppl. v. 870. Cujus mores non fucati essent, & comitas oris nihil diceret, quod non expleret, neque erga servos, neque erga cives:

Ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα
Ἄκερδαντον οὐδὲν, οὐδ' ἐς οἰκέτας ἔχων
Οὔτ' εἰς πολίτας. — — —

Talem quoque laudat Cæſarem Cic. ad Fam. pag. 77. ubi dicit: *Sic ei te commendavi & tradidi, ut graviſſime diligentiſſimeque potui. Quod ille ita & accepit, & mihi ſæpe litteris ſignificavit, & tibi & verbis & re oſtendit, mea commendatione ſeſe valde eſſe commotum.* Egregia itaque plane eſt admonitio Hieronymi 14. C. *Non confundant opera tua ſermonem tuum: ne cum in eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat, cur ergo hæc quæ dicis, ipſe non facis? delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de jejuniis diſputat. Accuſare avaritiam & latro poteſt: ſacerdotis Chriſti os, mens, manuſque concordent.* Vid. me: *Verba factis honeſtare.*

644. *Quod ætas vitium p. a. a.*] Non ſemper. Hinc indignatio Manuelis cap. XCVIII. Nam & *naturæ vitia* nonnunquam eſſe deprehenduntur, quæ *ætatis* videbantur; prout hoc ipſum obſervat Suet. in Nerone: cap. XXVI. *Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem ſenſim quidem primo & occulte, veluti juvenili errore exercuit, ſed ut tunc quoque naturæ illa vitia, non ætatis eſſe appareret.* Similiter Hermolaus ſe in Alexandro rege emendationem deſperare profitetur; apud Curt. p. 298. *Quid ſperamus ex te, quibus aut inſontibus moriendum eſt, aut quod triſtius morte eſt, in ſervitute vivendum? Tu quidem, ſi emendari potes, multum mihi debes.* At cum Noſtro facit Cic. in or. pro Cœlio. pag. 498. cujus delicta, ut pote adoleſcentiæ & ætatis vitia, vult deteri; ubi ait: *Tantum peto, ut ſiqua eſt invidia communis hoc tempore æris alieni, petulantiæ, libidinum juventutis, quam video eſſe magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis ac temporum vitia noceant.* Quod ulterius urget. pag. 500. *Ac multi & noſtra & patrum majorumque memoria, Judices,*

ſummi

summi homines & clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes, firmata jam ætate exstiterunt. Item pag. 506. *Si quem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpura genus, si amicorum caterva, si splendor, si nitor. Jam ista deferbuerint: jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.* Plane ita Curt. l. x. pag. 397. de Alexandro M. *Et hercle*, inquit, *juste æstimantibus regem liquet bona naturæ ejus fuisse, vitia vel fortunæ vel ætatis.* Et mox: *Nam iracundiam & cupidinem vini, sicuti juventa irritaverat, ita senectus mitigare potuisset.* Sic & *ætatis & fortunæ vitia* novit Quintil. Declam. IX. p. 54. ubi Filius iste; *Quo tandem patereris animo, si delicatus adolescens, præsertim splendidis opibus, vel ex ætate mores vel ex fortuna traxissem, & tempestiva convivia, & pervigiles ludos advocata sodalium turba, solutus atque affluens agerem, tantumque impenderem, quantum non posset, te ignorante consumi; quæ tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt.* Unde illa reprehensio, qua utitur erga fratrem suum Micio apud Ter. in Ad. a. I. s. 2.

—— —— *Et tu illum tuum, si esses homo,*
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quam ubi te exspectatum ejecisset foras,
Alieniore ætate post faceret tamen.

Nam ut Plautus ait in Merc. a. V. s. 4.

Itidem ut tempus anni, ætatem aliam aliud factum convenit.

Elegantissime hoc ipsum exsequitur Poëta in Anthol. l. VII. epig. 94. *Amasse se* significans, *ea ætate, qua idem fecerint alii item boni, qua nemo non initiatus sit lasciviis; insaniisse, idque quidem ex Deo: jam vero jactam esse aleam; quum canus pro nigro instaret crinis, prudentis ætatis nuncius. Lusisse itaque dum licuisset; nunc vero aliam ætatem aliam & meliorem curam postulare.* Ipsum locum vid. supra ad vs. 20. Multa huc spectan-

ctantia habet quoque Liban. pag. 531. in orat. Themistoclis ad Neoclem: ubi adolescentiæ dicit multa affinia esse; *veluti transilire quæ ex officio sunt: ignorare aliquid eorum, quæ decora sunt: hisce veniam esse ab omnibus &c. unius ætatis ratione habita; hanc apud omnes homines junioribus pro excusatione esse;* & similia. unde etiam pag. seq. bene addit: *Par fuerit, opinor, eum qui peccaturus non esset, tempus utique pueritiæ transilere, & ante pubertatem senescere.* Egregie L. Lucretius de Cæsone Quintio loquitur apud Liv. l. III. pag. 47. *Quod offendat in eo, fervorem & audaciam, ætatem quotidie auferre; quod desideretur consilium; id in dies crescere. Senescentibus vitiis, maturescente virtute, sinerent tantum virum senem in civitate fieri.* Similiter l. XXXI. de M. Æmilio Legato censet Philippus Macedoniæ rex; quum ferocior ejus videretur oratio, quam quæ habenda apud regem esset: *Ætas*, inquit, *& forma & super omnia Romanum nomen te ferociorem facit.* Præclare quoque L. Æmilius Paulus Consul Romanus, monitus a Scipione Nasica, ne oblatam occasionem vincendi amitteret; nihil offensus libera admonitione tam clari adolescentis: *Et ego*, inquit, *animum istum habui, Nasica, quem tu nunc habes: & quem ego nunc habeo, tu habebis.* lib. XLIV. p. 569. Plane ita Augustus Tiberio sedulo violentius apud se per epistolam conquerenti, quod de Cæsare quidam male opinati essent, rescripsit: *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quenquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habeamus, ne quis nobis male facere possit.* apud Suet. cap. LI. Affine est illud M. Senecæ Suas. II. in fine: *Sed ne vos diutius infatuem, qui prædixeram me Fusci Arellii explicationes subjecturum, finem suasoriæ faciam: quarum nimius cultus, & fracta compositio poterit vos offendere, cum ad meam ætatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipsa, quæ offensura sunt, vitia delectent.*

645. *Quod-*

645. *Quodcunque animus ſ. i. o.*] Sunt verba Senecæ II. de Ira cap. 12. ubi huc pertinentia præbet exempla. Supr. v. 47. dixit:

Animus hominis, quicquid ſibi imperat, obtinet.

Sic quum omnes imperii vires Conſules delectu habendo extenderent, defectione ſociorum infirmiores facti; quo tempore undique non urbana tantum, ſed etiam agreſti juventute decem legiones ſcriptæ dicuntur, quaternum millium & ducenorum peditum equitumque trecenorum, ait Livius, *quem nunc novum exercitum, ſi qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facile efficiant: adeo in quæ laboramus ſola crevimus, divitias, luxuriamque.* l. VII. p. 129. Bene itaque Cæſar apud Sall. p. 51. *Neminem omnium lubidini ſimul & uſui paruiſſe* pronuncians: *ubi intenderis*, inquit, *ingenium, valet. Si lubido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet.* Tales tempore Theſei homines fuiſſe teſtatur Plutarch. in ejus vita cap. IV. eoſque promptitudine quidem manuum, pedum celeritate, corporiſque viribus pollentes, indefeſſoſque. Sed qui ſua natura ad nullam rem bonam commodamve uterentur, libidine gaudentes ſuperba, fructumque ſtatuentes ſui roboris, ſævitiam ac immanitatem, dominarique & vim facere obvio cuique, mortemque afferre. Ὁ γὰρ δὴ χρόνος ἐκεῖνος ἤνεγκεν ἀνθρώπους, χειρῶν μὲν ἔργοις καὶ ποδῶν τάχεσι καὶ σωμάτων ῥώμαις (ὡς ἔοικεν) ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους, πρὸς οὐδὲν δὲ τῇ φύσει χρωμένους ἐπιεικὲς οὐδὲ ὠφέλιμον, ἀλλ' ὕβρει τε χαίροντας ὑπερηφάνῳ, καὶ ἀπολαύοντας τῆς δυνάμεως ὠμότητι καὶ πικρίᾳ, καὶ τῷ κρατεῖν, βιάζεσθαί τε, καὶ διαφθείρειν τὸ παραπῖπτον. Non alienum etiam hinc eſt, quod narrat Tac. XI. Ann. cap. 35. de Claudio, quum in caſtris, parata concione militum, præmonente Narciſſo, pauca verba faceret. *Nam*, addit auctor, *etſi juſtum dolorem pudor impediebat.*

646. *Quod est timendum d. f. n.*] Ita Liv. l. xxv. pag. 277. in or. Marcii ad milites: *Et ita se res habet ad id, quod, ne timeatur, Fortuna facit, minime tuti sunt homines: quia quod neglexeris, incautum atque apertum habeas.* Huc facit illud Claudiani II. in Eutrop. vs. 120.

——— Heu quales sese diffundit in actus
Parva quies? quantum nocuerunt otia ferri?

Et v. 392.

Quis novus hic torpor socii? quonam usque sedemus
Fœmineis clausi thalamis? patimurque periclum
Gliscere desidia? graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis?

647. *Quod facere turpe, d. h. n. p.*] Ad verbum Isocrates pag. 7. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Et de Persis testatur Herod. p. 65. quæcunque apud illos fas non sit facere, ea nec dicere fas esse. Ὁκόσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. De severitate ac disciplina majorum circa educandos formandosque liberos loquens Auctor Dialogi de oratorib. apud Tac. p. 589. *Eligebatur autem*, inquit, *aliqua major natu propinqua, cujus probatis spectatisque moribus omnis cujuspiam familiæ suboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhonestum factu videretur.* Sermo enim, actionis est umbra, ut censebat Democritus, teste Plutarch. qui in lib. de liberis educandis pag. 9. dictis consentit; filios ab omni sermonis turpitudine docens arcendos esse. Ejus hæc sunt verba: Καὶ μὴν τῆς γε αἰσχρολογίας ἀπακτέον τοὺς υἱεῖς. λόγος γὰρ ἔργου σκιή· κατὰ Δημόκριτον. Qua in re audiendus etiam est Xenocrates, qui aurium munimenta pueris potius quam athletis adhiberi jubebat, quod horum aures verberibus, illorum mores verbis pervertereutur, testante rursus Plutarcho de Auditione pag. 38. B. Ξενοκράτης μᾶλλον τοῖς παισὶν ἢ τοῖς ἀθλη-

ἀθληταῖς ἐκέλδυσε περιάπθειν ἀμφωτίδας· ὡς ἐκείνων μὲν τὰ ὦτα ταῖς πληγαῖς· τούτων δὲ τὰ ἤθη τοῖς λόγοις διαςρεφομένων. Hinc etiam quæ dictu satis verecunda non sunt, ea nec honeste scribi posse judicat Demosth. p. 119. Ἃ γὰρ ἂν εἰπεῖν ἄν τις ὀκνήσαι, καὶ γράψαι φυλάξαιτ' ἄν. Bene etiam Cic. de Oratore pag. 165. *Obscœnitatem, non solum non foro dignam, sed vix convivio liberorum* pronunciat. Et pro Cœlio pag. 494. *Illud tamen*, inquit, *te esse admonitum volo: primum, qualis es, talem te esse existimes: ut quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum libertate sejungas.* Quo facit egregie D. Hieron. in Apolog. contra Rufinum: *Ille loquatur spurcitias, qui potest spurca committere.* Adde Dion. Chrysost. pag. 30. B. qui regi omnino vitandas *corruptorum sermonum incitationes* censet, *ad voluptatem indoctissimorum institutas.* Et Liban. 392. A. qui itidem, quæ horrida factu in democratia etiam prohibet dicere. Vide mea: *Honor præfandus.*

648. *Quod fugere credas, s. s. o.*] Plane ut Alexander Dario, auctore Curtio; prout in princ. lib. IV. rescribit Alexander ejus litteris superbe scriptis &c. Itemque ut Galli Ptolemæo Macedonum regi, qui quum pacem offerentibus si emere vellet, eo gloriatus, ferociter se jactasset apud legatos, ut scribit Justin. XXIV. cap. 5. *renunciata legatione*, inquit, *risere Galli, undique acclamantes, brevi sensurum, sibi an illi consulentes pacem obtulerint.* Tales itaque, ut egregie loquitur Aristides, nesciunt, qualem venationem persequantur, quamque præter rationem agant, qui non fugientia persequantur, sed potius ea, quæ per se ipsa persequi soleant. Ejus ita sonant verba tom. I. pag. 213. Κακῶς εἰδότες οἵαν θήραν μετέρχονται, καὶ ὅτι οὐκ ἐνέχονται τῷ λόγῳ, ὡς ἄρα οὐ τὰ φεύγοντα διώκουσι, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ διώκειν εἰωθότα. Huc pertinet etiam quod de Samnitibus annotat Liv. l. VIII. p. 150. *Auxerat id maxime animos, quod*

quod ignari loco iniquo non hosti cessum, velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Idem probe etiam conspiciendum præbet Flor. pag. 117. *Antonius relicta repente Syria impetum in Parthos facit* &c. *qua gens simulat trepidationem & fugam in campos. Hic statim quasi victor sequebatur, quum subito illi duas legiones operuere, sagittis undique missis.* Sic instat Turnus imagini Æneæ, apud Virg. x. Æneid. v. 650.

——— *sequitur, strictumque coruscat*
Mucronem, nec ferre videt sua gaudia ventos.

649. *Quod nescias cui serves, s. e. p.*] Talem ludit Claudian. i. in Eutrop. vs. 222.

Quo struis hos auri cumulos? qua pignora tantis
Succedunt opibus? nubas ducasve licebit,
Nunquam mater eris, nunquam pater: hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. &c.

Talem describit quoque Sirach. cap xi. vs. 19. qui, quum dicit, *Inveni requiem, & nunc edam de bonis meis indesinenter;* nescit tamen quale tempus se præteriturum sit, relinquetque ea aliis, & morietur. Ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν, Εὗρον ἀνάπαυσιν, καὶ νῦν φάγωμαι ἐκ τῶν ἀγαθῶν μου ἀδιαλείπτως. Καὶ οὐκ οἶδεν τίς καιρὸς παρελεύσεται, καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις καὶ ἀποθανεῖται. Hoc ipsum a rege Salomone quoque inter vanitates animique ægritudines reponitur. Eccles. iv. 8. & vi. 2. Adde Psalm. xxxix. vs. 7. *Congregat quisque, sed nescit, quis recepturus sit ea.*

650. *Quod nescias damnare, s. e. t.*] Vere & acute Cassiod. xii. ep. 22. *Inæqualis est arbiter, qui sententiam mittit in casum: & mali sibi probatur conscius, qui est indeliberata dicturus.*

652. *Quod quisque amat, l. c. s.*] Inf. v. 815. dicet:

Nil rationis est, ubi res semel in affectum venit.

Hinc Plut. in Moral. pag. 331. D. *Animi Philosophici*

ei esse dicit, *sapientiam amare, & sapientes apprime admirari.* Φιλοσόφε τοίνυν ἐςὶ ψυχῆς, σοφίας ἐρᾶν ϗ σοφὲς ἄνδρας θαυμάζειν μάλιςα. Bene itaque & Hor. 1. ep. 19.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Huc facit quoque Liban. pag. 351. B. ubi de Alcibiade loquitur Timon se deferens. Vid. me: *Amicus male judicat.* item *Amor & Judicium* in locis meis.

653. *Quod semper est paratum, n. s. j.*] Huc quadrat vs. 664.

Rarum esse oportet, quod diu carum velis.

Vid. librum meum: *Illicita amantur.* Item *Cupido languescit.*

654. *Quod senior loquitur, o. c. p.*] Quare etiam Aristot. v. Eudem. p. 149. ei auscultandum esse docet: ὥςε δεῖ προσέχειν τ̃ ἐμπείρων ϗ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, ἐχ' ἧττον τ̃ ἀποδείξεων· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τ̃ ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς. *Itaque usu peritorum & senum aut prudentium pronunciatis atque opinionibus, quæ demonstrari non possunt, non minus quam demonstrationibus attendendum, atque ob temperandum est.* Bene itaque Lycurgus assuefaciebat juniores cuivis seni constanter obedire, tanquam legislatori, testante Plutarcho p. 795. E. in Moral. Λυκῦργος ἔθισε τὰς νέας παντὶ πρεσβύτῃ, καθάπερ νομοθέτῃ, πειθομένους διαπλεῖν. Huc spectant monitiones Sirach. VI. ℣. 35. & seqq. In multitudine seniorum versandum esse; sapientibus adhærendum.. Intelligentem si quem videris, mane ad eum accedendum, ejus limen deterendum esse. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, ϗ βαθμὲς θυρῶν αὐτῦ ἐκτριβέτω ὁ πῦς σε. Sic & cap. VIII. vs. 11. Μὴ ἀςόχει, inquit, διηγήματος γερόντων, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἔμαθον παρὰ τ̃ πατέρων αὐτῶν. *Ne aberres a narratione senum, nam & didicerunt a parentibus suis.* Huc facit porro illud Ciceronis in princ. Philipp. XII.

 ubi

ubi socios errorum habuisse viros sapientissimos, uti ipsos Patres Conscriptos, solamen ducit. Sic enim ejus sunt verba: *Etsi minime decere videtur, P. C. falli, decipi, errare eum, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamen, quoniam vobiscum pariter & una cum sapientissimo Consule erravi.* Hinc est etiam, quod tanto acrius in senum levitatem invehatur. Sen. Ep. IV: *Adhuc enim non pueritia in nobis, sed quod est gravius puerilitas remanet: & hoc quidem pejus, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, sed infantium. Illi levia, hi falsa formidant, nos utraque.*

656. *Quod vitiosum est, q. a. f. n. i.*] Potest accommodari: non esse malum faciendum, ut inde surgat bonum. Unde illud: *Descivere qui deliberant* apud Tac. Græci in Excerptis meis:

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.

Est turpe turpe, seu putes, seu non putes.

Quem versum tumultuantibus in theatro Atheniensibus Antisthenes, teste Pultarcho pag. 33. in Moral. subjiciebat huic:

Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Quid turpe sit, nisi quod qui rem tractat putat?

Ratio est, quia facta cernuntur, animus non videtur. Sic philtra necant. Bene Salvianus pag. 106. ed. Ritt. *Volumus delinquere & nolumus verberari, ipsi in nobis mores sunt, qui in servulis nostris: omnes volumus impune peccare.*

657. *Quod vix contingit v. v. p.*] Dicit idem Lucianus in Amorib. Καὶ τοίγε πρῶτον, ἐγὼ πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἡγοῦμαι προτιμοτέραν εἶναι, τὴν χρονιωτέραν. ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παραπτᾶσα, φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι πεπαυμένη. *Ego delectationem censeo jucundiorem esse, quæ diuturnior est. Acuta voluptas, quæ celeriter prætervolat, priusquam satis percipiatur, cognitione ac sensu desinit.* Ita vix voluptatem pe-

peperisse potuit ista potus & cibi sumendi ratio, quam exprimit illud Archilochi distichon apud Synes. epist. 129.

Ἐν δορὶ μὲν μοι μᾶζα μεμαγμένη· ἐν δορὶ οἶνος
Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.
Maza mihi hastato præbetur: Bacchus in hasta
Ismaricus: dum me sustinet hasta, bibo.

Audiendus Seneca in Cons ad Polyb. cap. XXIX. *Ingratus est, qui injuriam vocat finem voluptatis: Stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi præsentium, qui non & in præteritis acquiescit, & ea judicat certiora quæ abierunt, quia de illis ne desinant non est timendum.* Et mox: *Cito enim nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit & transit, & pœne ante quam veniat aufertur.* Præclare idem de Beata vita cap. VII. *summum bonum immortale esse* ostendit. *At voluptas*, ait, *tunc cum maxime delectat, exstinguitur.* Et paulo post: *Ita ne potest quidem ulla ejus esse substantia, quod venit, transitque celerrime, in ipso usu sui periturum. Eo enim pervenit, ubi desinat: & dum incipit, spectat ad finem.* Vid. plura: *Voluptas abit.*

659. *Quod vult habet, qui velle q. s. e. p.*] Quia Fortuna id invita etiam dare cogitur. Illum itaque fortunatum judicat Sext. Turpilius.

Profecto ut quisque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam duxit maxime.

Cui accedit Sir. cap. XL. ℣. 18. *suavem* prædicans *vitam hominis sua sorte contenti*, αὐτάρκους ἐργάτου. Hinc merito *divitem* illum dixeris. Talem certe pretium est audire declamantem apud Quintil. Decl. XIII. *Hoc mihi parvulum*, inquit, *terræ & humilis tugurii rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, satisque divitiarum erat, nihil amplius velle.* Fortunatus igitur, cui istud animi fuerit, & dives, qui ita vixerit Horatius! quum ita suam aperit mentem l. 1. ep. 18.

Sit mihi quod nunc est, etiam minus, ut mihi vivam
Quod superest ævi, si quid superesse volunt Dii.

Cujus rei rationem hanc reddere licet, quod eo demum molestum sit carere, quod desideres. Quo facit Cic. de Senect. pag. 412. *At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo. Sed ne desideratio quidem. Nihil autem molestum, quod non desideres.* Et Liban. pag. 583. C: Οὐδὲν γὰρ οὕτω τοῖς ἐρῶσιν ἀνιαρὸν, ὡς ἐλπὶς οὐ πιθυμίας πέρας οὐκ ἔχουσα. *Nam nihil amantibus ita molestum est, ut spes finem non assecuta.* Et depingit istas molestias Sirach. cap. XXXI. v. 22. ostendens laboriosas vigilias & choleras & tormina adesse viro insaturabili. Ejus verba sunt: Πόνος ἀγρυπνίας καὶ χολέρας, καὶ στρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου. Quare idem, cap. XXIX. vs. 27. monet: æque parvis ac magnis rebus acquiescendum esse: Ἐπὶ μικρῷ, inquit, καὶ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε. Apposite quoque ad hanc sententiam apud Liban. vitæ suæ rationem exponit Avarus iste se deferens, ubi inter alia dicit, *e terra & arboribus orta sibi suffecisse, ficus, uvas, olera, parum vini, multum aqua* &c. pag. 364. B.

660. *Quotidie damnatur, q. s. t.*] Nempe ut sibi male conscius. Zwing. 263. Plaut. in Pers. a. III. s. 1:

Herus si minatus est servo malum, tamen
Etsi id futurum non est, ubi captum est flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria!

Hac consideratione Julius Cæsar confessus fuerit, *insidias undique imminentes subire semel satius esse, quam cavere semper*, teste Sueton. cap. LXXXVI. Hinc ille apud Quintil. in Declam. IX. *Parum est, quod quotidianæ pugnæ meditatione tamdiu mori didici?*

661. *Quotidie est deterior p. d.*] Ita Virg. III. Georg.

Opti-

Optima quaque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Quos versiculos egregie tractat Seneca ep. CVIII. vultque ut inhæreat istud animo, & tanquam oraculo missum placeat. Non aliter Tragicus in Hipp.

Tempus sed tacitum subruit, horaque
Semper præterita deterior subit.

Zwing. pag. 1372. addit: *Omnis ætas de suo tempore conquesta est. Semper ætas vergit in pejus.* Quod ultimum etiam habet pag. 730.

662. *Rapere est accipere, q. n. p. r.*] De tali raptu intelligendus quoque Horatius est qui idcirco iis, qui ita quid accipiunt, modestiam & pudentem vultum commendat, quum l. 1. ep. 17. ait:

Coram rege suo de paupertate tacentes
Plus poscente ferent. Distat sumasne pudenter,
An rapias. ——— ———

Alias enim acceptum beneficium etiam cum fœnore reddendum est, & admittendus iste Phocylidis versiculus:

Νικᾷν εὖ ἕρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Vincere benefacientes pluribus meritis convenit.

Itemque ista admonitio Sirach. IV. ℣ 36. *Ne esto manus tua extenta ad accipiendum, ad reddendum vero contracta.*

664. *Rarum esse oportet, q. d. c. v.*] Similiter Sen. 1. Benef. cap. 14: *Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum est.* Et paulo post: *Quod voles gratum esse, rarum effice.* Hoc ipsum itaque bene advertit Josephus in istis donis, de quibus loquitur pag. 33. A. Antiq. Jud. Πέμπει τινὰς δῶρα κομίσαντας, ἃ δὴ τίμια τοῖς ληψομένοις ἔμελλεν ἔσεσθαι παρὰ τὸ σπανίζειν αὐτῶν. *Mittit quosdam dona ferentes, quæ sane pretiosa futura erant accepturis propter eorundem raritatem.* Illos enim, qui magnum

 gnum

gnum quid & pulcrum possident, tum demum eo efferri videas, quum id soli possident; sin minus, nequaquam istos spiritus gerere. Quo facit pulcre Joh. Chrysost. in Epp. pag. 491: Οἱ γὰρ ἔχοντές τι μέγα, καὶ καλόν, ὅταν μόνοι ἔχωσι, μᾶλλον ἐπαίρονται, ἂν δὲ μετὰ ἄλλων φανῶσιν αὐτὸ κεκτημένοι, οὐκ ἔτι ὁμοίως τοῦτο πάσχουσιν. Similiter *rarum* hoc est, non diuturnum esse oportet, quod diu placiturum sit; diuturnitas siquidem satietatem, satietas fastidium pariat. Quod solita dulcedine exponit Achilles Tatius pag. 57. ubi Menelaus Clitophonti: Ἀγνοεῖς, ἔφη, τὸ κεφάλαιον τῆς ἡδονῆς· ποθεινὸν γὰρ ἀεὶ τὸ ἀκόρεστον· τὸ μὲν γὰρ εἰς χρῆσιν χρονιώτερον, τῷ κόρῳ μαραίνει τὸ τερπνόν· τὸ δὲ ἁρπαζόμενον καινόν ἐστιν ἀεὶ, καὶ μᾶλλον ἀνθεῖ· οὐ γὰρ γεγηρακυῖαν ἔχει τὴν ἡδονήν, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσον συνελαττοῦται τῷ χρόνῳ, τοσοῦτον εἰς μέγεθος ἐκτείνεται πόθῳ· καὶ τὸ ῥόδον διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων εὐμορφότερόν ἐστι τῶν φυτῶν, ὅτι τὸ κάλλος αὐτοῦ φεύγει ταχύ. *At tu, inquit, nescis, o Clitophon, quid in voluptate summum sit. Illud quidem certe optandum est semper, quod nullam satietatem habet. Nam quæ ad fruendum nobis diuturniora sunt, ea delectationem satietatis fastidio tollunt. Quæ vero eripiuntur nonnunquam, recentia semper fiunt, & indies efflorescunt: eorum enim voluptas nunquam senescit: sed quantum iis temporis brevitate demitur, tantum desiderii magnitudine accedit: propterea que plantis aliis rosa formosior judicatur, quod pulcritudo ejus brevi deflorescit.* Hanc doctrinam suis eleganter præceptis immiscuit Ovid. III. de Arte:

Quod datur ex facili longum male nutrit amorem;
Miscenda est lætis rara repulsa jocis.

Item II. de Rem. Am:

Sustentata Venus gratissima: frigore soles,
Sole juvant umbræ.

Et Epist. x:

Assumpsit vires auctaque flamma mora est.

Hoc

Hoc modo totam vitam hominis considerare docet Quintil. Declam. IV. *Quid juvat, o misera mortalitas, animam per tot annos, etiamsi natura patiatur, per infinita temporum spatia tristissimo corporis retinere complexu? si cuncta gaudia nostra, si voluptates & quaecunque ex hac universitate mundi vel sollicitant aspectu, vel blandiuntur usu, diligenter excutias, tota vita hominis unus est dies. Humiles prorsus, abjectaque mentes, quas non implent hæc eadem semperque redeuntia.*

665. *Ratione non vi v. a. e.*] Affine est illud Cassiodori XII. ep. 1. *Plus agit inculcator rationis, quam possit exercere terribilis.* Circa litterarum artiumque institutionem id verum probatur. Unde Plut. in lib. De liberis educ. pag. 8. diserte exponit; debere pueros ad honesta studia adhortationibus & verbis duci, non autem verberibus & contumeliosa tractatione. Δεῖ τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἄγειν παραινέσεσι καὶ λόγοις, μὴ μὰ Δία πληγαῖς μηδ' αἰκισμοῖς. Ratio est, quod per vim adhibita disciplina non soleat esse permanens, quæ vero cum delectatione & gratia accipitur constantius quodammodo & diutius nostris inhæreat animis. Basilius apud Stob. pag. 253. βίαιον μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν, τὸ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενον, μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει. Adde, quod ista in instituendo durities minime careat inimicitia & periculo, quum suadendo & blande loquendo eadem fieri possint, eaque amice & absque periculo, prout hoc ipsum in reip. administratione & civili institutione ac disciplina considerat apud eundem pag. 417. Xenoph. Ἐγὼ δ' οἶμαι τοὺς φρόνησιν ἀσκοῦντας, καὶ νομίζοντας ἱκανοὺς ἔσεσθαι τὰ συμφέροντα διδάσκειν τοὺς πολίτας, ἥκιστα γίγνεσθαι βιαίους, εἰδότας ὅτι τῇ μὲν βίᾳ πρόσεισιν ἔχθραι καὶ κίνδυνοι· διὰ δὲ τοῦ πείθειν ἀκινδύνως τε καὶ μετὰ φιλίας ταὐτὰ γίγνεσθαι. Ad Nostrum vero quod attinet, non heic loquitur de institutione: ibi enim

Nobilis natura duci, degener mavult trahi.

ſed de regimine, de admonitione. Quo facit Plutarch. in lib. de Iſid. & Oſir. pag. 356. B. Oſirin per univerſam terram homines manſuetos redegiſſe referens, *minimo armorum uſu, cum pleroſque perſuadendo ac docendo, adhibitis carminibus ac muſica, alliceret.* Itaque creditum eſſe Græcis eundem cum Libero patre. Ὕστερον δὲ, inquit, γῆν πᾶσαν ἡμερούμενον ἐπελθεῖν, ἐλάχιστα μὲν ὅπλων δεηθέντα, πειθοῖ δὲ τοὺς πλείστους καὶ λόγῳ μετ' ᾠδῆς πάσης καὶ μουσικῆς θελγομένους προσαγόμενον· ὅθεν Ἕλλησι δόξαι Διονύσῳ τὸν αὐτὸν εἶναι. Bene itaque Sen. 1. Clem. cap. 16: *Nonne peſſimus pater videbitur, qui aſſiduis plagis liberos, etiam ex leviſſimis cauſis, compeſcet?* Quod tamen ſolent facere patres, unde Heautontimorumenos Terentii queritur, quod circa filium ſuum illam viam pervulgatam patrum ſecutus ſit:

——— ——— *Cœpi non humaniter,*
Neque ut ægrotum animum decuit adoleſcentuli,
Tractare, ſed vi & via pervolgata patrum.

Melius iſte in Adelphis. a. 1. ſ. 1:

Errat longe, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius
Vi quod ſit, quam illud quod amicitia adjungitur.

Et vide quo procedat iſta ratio: *verecundiam peccandi faciet ipſa clementia,* ut loquitur Seneca 1. Clem. cap. 22. ubi videndus Lipſius. Non aliter cap. 24: *Ut generoſi atque nobiles equi melius facili fræno reguntur; ita clementiam voluntaria innocentia impetu ſuo ſequitur.* Accurate utramque imperii rationem expendit Plinius Secundus ubi lib. VIII. epiſt. ult. ita pronunciat: *Male terrore veneratio acquiritur, longeque valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor: nam timor abit, ſi recedas, manet amor, ac ſic, ut ille in odium, hic in reverentiam vertatur.* Vide me: *verbis & ratione prius agendum.*

666. *Refert quam quis bene v. q. d. n. r.*] Bene idcirco C. Marius apud Sall. p. 126. *Nemo ignavia immortalis factus: neque quisquam parens liberis, ut æterne forent, optavit: magis ut boni honestique vitam exigerent.* Observat tale quid Vellejus, ubi cædem Ti. Gracchi narrat. pag. 21. *is fugiens*, inquit, *decurrensque clivo Capitolino, fragmine subsellii ictus, vitam, quam gloriosissime degere potuerat, immatura morte finivit.*

667. *Regnat non loquitur, q. n. n. q. v. f.*] Hinc est, quod Cicero loquatur de *dominatione & regno judiciorum;* ut in Verr. p. 48. de Hortensio: *Atque is*, inquit, *non tam propter Verrem laborat, quam quod eum minime res tota delectat. Videt enim si a pueris nobilibus, quos adhuc elusit: si a quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper ac pro nihilo putavit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatosque homines translata sit, se in judiciis dominari non posse.* Et in ead. Orat: *Nunc vero quoniam hæc te omnis dominatio regnumque judiciorum tantopere delectat.* Hinc urget L. Torquatum, qui similiter de ipso opinatus fuerat, in ea pro Sylla pag. 374: *Hic ait se ille, Judices, regnum meum ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum?* eam tamen in hoc Oratore vim eloquentiæ agnoscit Ammianus, quamvis contrario sensu in lib. xxx. pag. 506: *Post quos excellentissimus omnium Cicero, orationis imperiosæ fulminibus sæpe depressos aliquos judiciorum eripiens flammis* &c. Qua dominatione quam clementer usus fuerit, ulterius exponit Quintil. in Inst. p. 583: ubi de Cicerone loquens: *nam quis*, inquit, *docere diligentius, movere vehementius potest? cui tanta unquam jucunditas adfuit, ut ipsa illa quæ extorquet, impetrare eum credas, & cum transversum vi sua judicem ferat, tamen ille non rapi videatur sed sequi?* Merito itaque tantum in eloquentiæ præsidio ponit auctor Dialogi de Oratoribus apud Tac. p. 573. ut *perpetuam quandam potentiam & pote-*

ſtatem in ea agnoſcat. *Nam ſi ad utilitatem vitæ*, inquit, *omnia conſilia, facta noſtra dirigenda ſunt, quid erit tutius quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, invidis vero & inimicis metum & terrorem ultro feras, ipſe ſecurus & velut quadam perpetua potentia ac poteſtate munitus?* Audiendus hic rurſus eſt Cic. de Invent. lib. 1. princ. *Qui vero ita ſe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit, is mihi vir & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus, atque amiciſſimus civis fore videtur.* Et de Orat. l. 1. pag. 110. nihil ſibi præſtabilius ait videri, quam *poſſe dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit, unde autem velit, deducere.* Exemplum P. Sulpicii promit idem de Haruſp. Reſp. p. 436: *cujus tanta*, ait, *in dicendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas fuit, ut poſſet, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene ſentirent, perficere dicendo?* Similis eſt locus Dionis Chryſ. pag. 281. B. ubi oſtendit oratores ſeu perſuaſione ſeu violentia aut etiam utroque multis hominibus imperare, eoſque ducere quo & quomodo velint.

668. *Rei nulli prodeſt, mora n. i.*] Huic ſententiæ ſubſcribere videtur Salluſtius, quum in B. C. pag. 42. quoſdam Catilinæ miniſtros ab hac parte notat: *Nam illi*, inquit, *quos Catilina ante dimiſerat, inconſulte ac veluti per dementiam cuncta ſimul agebant, nocturnis conſiliis armorum, atque telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant.* Huc etiam referre poſſis illud Flori pag. 64. de Cimbris: *Si ſtatim infeſto agmine urbem petiiſſent, grande diſcrimen eſſet.* Cæterum bonis conſiliis quantum noceat mora, indicio ſint verba Curtii pag. 11: *Igitur Arſanes, qui Ciliciæ præerat, reputans quid in initio belli Memnon ſuaſiſſet, quondam ſalubre conſilium ſero ex-*

exsequi statuit. Contrarum itaque laudat in Alexandro M. idem p. 138: *Nullam virtutem Regis istius magis, quam celeritatem laudaverim.* Sic in officiis præstandis celeritatem laudat Plin. x. epist. 121: *cum talis officii gratia in celeritate consisteret.*

669. *Remedium, fraus est c. f. q.*] Quid si sit? *Remigium frustra est* &c. Herodotus certe ita loquitur de navigiis quibusdam Ægyptiis; quæ ait contra flumen meare non posse, nisi luculentus ingruat ventus, cæterum e terra protrahi. Ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύναται πλέειν, ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ· ἐκ γῆς δὲ παρέλκεται. lib. II. pag. 140. Egregie hoc transfertur ad vitam humanam; præeunte nobis dilucide Euripide apud Stob. Serm. CVI. Πλεῖ κατὰ ῥεθμὸν, πλεῖ κατὰ δαίμονα. Θνητὸς γὰρ ὤν, καὶ θνητὰ πείσεσθαι δοκεῖ. *Naviga secundum fluvium. Naviga secundum fortunam. Mortalis existens, mortalia quoque te passurum exspectes.* Eodem modo Seneca Ep. CXXII. in fine: *Contra naturam nitentibus non alia vita est, quam contra aquam remigantibus.* Quare etiam de Tranq. cap. VI. bene monet: *considerandum esse, utrum natura tua agendis rebus, an otioso studio, contemplationique aptior sit: & eo inclinandum, quo te vis ingenii defert.* Ad quem locum vid. Lipf. in Notis. Pulcre & ad rem Virg. VII. Æneid. de rege Latino, cujus constantiam ubi laudavit, tandem subjungit:

Verum ubi nulla datur cæcum exsuperare potestas
Consilium, & sævæ nutu Junonis eunt res,
Multa Deos aurasque pater testatus inanes,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.

670. *Repelli se homo f. f. q. d.*] Eadem est Ciceronis sententia, quam promit de Off. pag. 356: *Cum autem duobus modis, hoc est, aut vi aut fraude fiat injuria; fraus quasi vulpeculæ: vis leonis videtur: utrumque alienissimum ab homine: sed fraus odio digna majore.* Hinc Iso-

Isocrates jure invehitur in furta Spartanorum pag. 659. in Panathen. Quippe qui pueros suos quotidie statim e lecto ablegarent, verbo quidem ad venandum, re autem vera ad spoliandos furto eos, qui ruri habitarent &c. Præclare Demosthenes hinc arguit pulcrius Cononem condidisse mœnia, quam Themistoclem; hic siquidem palam, ille clam id perfecerit. Sic enim ille in orat. contra Lept. pag. 371: Φημὶ τοίνυν ἐγὼ, καὶ πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ᾽ ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω· ὅσῳ τὸ φανερῶς τοῦ λάθρα κρεῖττον, καὶ τὸ νικῶντας τοῦ παρακρουσαμένους πράττειν ὁτιοῦν ἐντιμότερον· τοσούτῳ κάλλιον Κόνωνα τὰ τείχη στῆσαι Θεμιστοκλέους· ὁ μὲν γὰρ λαθὼν· ὁ δὲ νικήσας ταυτὸ τοῦτο ἐποίησεν. *Ego igitur ajo, Athenienses (quaso autem ne invidiosa sit oratio mea, sed id spectetur, an vera sit) quanto aliquid aperte quam clam, & victoria quam fraude perficere, praclarius est: tanto pulcrius Cononem condidisse mœnia, quam Themistoclem. Hic enim ignorantibus, ille victis iis, qui prohibituri erant, hoc effecit.*

671. *Repente dives nemo f. e. b.*] Imo vero sensim & sine sensu. Sic Menander apud Stob. serm. VIII,

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ συλλέγει, καὶ φείδεται.
Ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ᾽ ἐνεδρεύσας, πάντ᾽ ἔχει.

Nullus continuo juste vivens ditatus est. Justus enim paulatim sibi colligit parsimonia. At ille insidiatus alicui dudum opes asservanti, occupat omnia continuo. Nam, ut notat Liban. pag. 364. D. neque sacra depredare, neque mortuos lædere, neque publica diripere, neque adversus patriam munera sumere; similiave quæstuum genera, quibus videas fere repente ditescere homines, boni viri sunt, sed obolum obolo addere, drachmæ drachmam. Suspicionem itaque malam quid mirum si præbeat Chremylus ille apud Aristoph. ✠ 356: ita enim de illo Blepsidemus:

Τοῦτ

Τοῦτί πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον.
Καί μ' οὐκ ἀρέσκει. τό, τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
Οὕτως ὑπερπλουτεῖν τό τ' αὖ δεδοικέναι
Πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιές ἐστ' εἰργασμένου.
Istuc grave omnino apparet: mihi non placet,
Nam & sic repente ditari, & hæc interim
Metuere, hominis est, qui nihil admisit boni.

Egregie satis suam quoque declarat suspicionem de Probi divitiis loquens Ammian. lib. XXVII. pag. 424. *Per hæc tempora*, inquit, *Vulcatio Rufino absoluto vita, dum administrarat, ad regendam præfecturam prætorianam ab urbe Probus accitus, claritudine generis & potentia & opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem universum pene patrimonia sparsa possedit, juste an secus non judicioli est nostri.* Repentinas divitias atro quoque carbone jam notavit in proverbiis Salomon cap. XX. v. 21: *Possessioni accelerata in principio, etiam fini illius non benedicetur.* Et XXVIII: 20: *Vir optima fidei amplis est benedictionibus; at praceps ad ditescendum non erit impunis.*

672. *Res inquieta est in f. i. f.*] Est Senecæ Epist. XXXVI. ubi ait: *Res est inquieta felicitas. Ipsa se exagitat, movet cerebrum, non uno genere alios in aliud irritat.* Infinita enim habet, quæ agat, quæ procuret, quo facit elegans locus Joh. Chrysost. in Epp. pag. 1655: ὅσῳ γὰρ ἄν τις πλείονα χρήματα περιβάλληται, τοσούτῳ μᾶλλον ἰσχυροτέραν αὐτῷ τὴν ἀγρυπνίαν ἐργάζεται. *Quanto enim quis pluribus affluit opibus, & tanquam circumvallatus est, tanto fortiorem reddit vigiliam, tanto validiora efficit insomnia.* Egregie mentem Ecclesiastæ exprimens cap. V. ℣ 12. *Saturitas ipsius divitis non permittit ei, ut dormiat.* Adeo nimirum, ut rursus Sen. ep. XXXV. *etiam in suam injuriam utuntur impotentes felicitate, non tantum in aliorum.* Quæ autem sit divitis molestia habes apud Horat. 1. Sat. 6. ubi rationem reddens,

dens, cur suis contentus nollet, si liceret, sumere annos fascibus & sellis onustos, ait:

Nam mihi continuo major quærenda foret res,
Atque salutandi plures: ducendus & unus,
Et comes alter, uti ne solus rusve peregreve
Exirem: plures calones atque caballi
Pascendi: ducenda petorrita: nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos.

673. *Respicere nil consuevit i.*] Non famam, non metum; expers scilicet consilii. *Nihil ergo*, ut bene loquitur Sen. III. Ira cap. 41. *utile habet teter ille, & hostilis affectus. At omnia e contrario mala, ferrum, ignes: pudore calcato cædibus inquinavit manus, membra liberorum dispersit. Nihil vacuum reliquit a scelere, non gloriæ memor, non infamiæ metuens, inemendabilis cum ex ira in odium occalluit.* Quid enim non designat iratus? æque divina atque humana despicit; ac modo terræ imprecatur, modo cœlo, horum quoque opificem maledictis incessit; qualia plura recenset Liban. p. 120. A. Adeo nempe ira illum perturbato corde commotum *prope ad insaniam adigit, & donec ipsi satis fecerit, effervescit*, ut loquitur idem pag. 555. B.

674. *Res quanto est major, tanto est insidiosior.*] Hoc est: Quanto ditior es, eo magis circumretiris insidiis. fures, latrones, pauperes tibi insidiantur; immittuntur in te Sycophantæ. Vel *est insidiosior:* nobis insidias struit, pedicis scilicet retibusque hinc inde expansis, quibus capti involvamur. Prius dilucide expressit Liban. in vituperio divitiarum p. 112. asserendo quemque locupletem invidiæ insidiisque obnoxium esse; *ac si quando*, inquit, *ullo crimine urgeatur, & in periculum vocetur, plerosque sibi incumbentes habet infestosque, qui fortasse quidem nihil, quod criminentur, habent.* Adde Sen. in Agamem. v. 99.

Placet

Placet in vulnus maxima cervix:
Quicquid in altum fortuna tulit,
Ruitura levat. Modicis rebus
Longius ævum eſt.

Quid ipſi ab latronibus metuendum ſit, haud obſcure notat Juv. Sat. x.

Pauca licet portes argenti vaſcula puri,
Nocte iter ingreſſus gladium contumque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Poſteriori ſenſui ſubſcripſit Tiberius apud Tac. I. Ann. p. 36: *cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico* dictitans. Quo reſpexit etiam Plinius VI. ep. 32: ſcribens: *Te porro animo beatiſſimum, modicum facultatibus ſcio.*

675. *Reus innocens Fortunam n. t. t.*] Nam fere videas, ut eſt apud Iſocr. pag. 891: ὡς πολλὰ παρὰ γνώμην ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀποβαίνει καὶ ὅτι τύχῃ μᾶλλον ἢ τῷ δικαίῳ κρίνεται τὰ παρ᾽ ὑμῖν. *Multa in judiciis præter opinionem evenire; & apud judices caſum potius quam æquitatem dominari.* Non aliter Libanius pag. 692. A. Οὐδὲ γὰρ τῇ τῶν δικαζόντων, τῇ δὲ τῶν ἀγωνιζομένων τύχῃ τὸ πρᾶγμα τῆς ἥττης κρίνεται. *Non enim ſorte judicantium, ſed eorum, qui in diſcrimen vocantur, fortuna negotium ruinæ rei dirimitur.* Quantum vero poſſit in judiciis iniquitas, docet immanis illa Leonis vox apud Ammian. lib. XXVIII. pag. 438: *Nullum ſe invito reperiri poſſe inſontem.* & expertus eſt Maximus Philoſophus, de quo idem Ammianus. lib. XXIX. pag. 471. ita: *ſenſit docente periculo poſtremo, quæſitoris iniquitatem omnibus eſſe criminibus graviorem.* Adeo nempe verum eſt, quod in princ. lib. XV. oſtenditur; *parum tuto loco innocentiam ſtare.* Hinc eſt, quod auxilio opus ſit innocentiæ. Non enim deſpe-

speratis calumniatoribus ullo modo credendum est, ut ostendit Synes. edit. Pet. pag. 267. B. imo vero πρὸς ταῦτα δεῖται, inquit, φίλων ἀδόλων, ἀκαπηλεύτων, νοῦν ἐχόντων, *ad hæc opus est amicis candidis, sinceris, prudentibus.* Similiter loquitur pag. 294. τὰ δίκαια χρήζει συμμάχων· καὶ γίνοιντ' ἂν οἱ βοηθοῦντες αὐτοῖς εὐδαίμονες τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι συμπονοῦντες. *Quæ justa sunt socios & adjutores desiderant. Atque hi demum, qui iis auxilium præbuerint, felices habendi sunt, cum pro æquitate laborent.*

676. *Rex esse nolim, ut e. c. v.*] Hinc Isocrates in ea ad Nicoclem p. 45. ostendit, tum demum illum ab omni parte beatum fore; si cum clementia, & quam paucissimis terribilis regnaret. Καὶ νόμιζε, inquit, τελέως εὐδαιμονήσειν, οὐκ ἐὰν ἁπάντων ἀνθρώπων μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἄρχῃς, ἀλλ' ἐὰν τοιοῦτος ὢν οἷον χρὴ, καὶ πράττων ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι, μετρίων ἐπιθυμῇς, καὶ μηδενὸς τούτων ἀπορῇς. *Teque ab omni parte beatum fore puta, non si omnibus hominibus cum terroribus & periculis imperites: sed si talem te præbens qualem decet, & ea gerens quæ in præsentia, mediocria desideres & horum nullo careas.* at pag 1007. vitam privatorum hominum securiorem judicat illa tyrannorum, & dulciores illos honores, qui præstantur ab magnanimis, quam qui ab servientibus. Ejus verba sunt: Ἐμοὶ γὰρ ἀσφαλέστερος βίος εἶναι δοκεῖ καὶ βελτίων ὁ τῶν ἰδιωτευόντων, ἢ ὁ τῶν τυραννευόντων· καὶ τὰς τιμὰς ἡδίους νομίζω τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων. Exclames itaque licet cum Senec. 1. Clem. cap. 26. *Quod istud, Dii boni, malum est, occidere, sævire, delectari sono catenarum & civium capita decidere; quocunque ventum est, multum sanguinis effundere, aspectu suo fugare, ac terrere?* Egregie hujus sententiæ mentem complectitur Silius de Hasdrubale scribens lib. 1. ỷ 150.

Tristia corda ducis, simul immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat: asper amore

San-

Sanguinis, & metui demens credebat honorem.

Idcirco Claudius, petentibus regem Meherdatem Parthis, non superſedit illum ad clementiam adhortari, referente Tacito, XII. Ann. pag. 202: *ut non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret, clementiamque ac juſtitiam, quanto ignara barbaris; tanto tolerantiora capeſſeret.* Huc facit ingenioſum ſatis & acutum illud Alexandri M. reſponſum, qui, quum aliquando intonuiſſet, interrogatus ab Anaxandro Eudemonico philoſopho, *numquid ipſe, utpote Jovis filius, tale quid faceret*, reſpondiſſe fertur: *non enim terribilis eſſe volo, ut tu me eſſe doces.* apud Athen. pag. 251.

677. *Rivalitatem non a. v.*] Dux enim vult omnia ſolus feciſſe, tametſi milites eum juverint. Quo ſpectat illud Euripidis carmen, quod retulit in convivio Clytus, teſte Curtio p. 270: *quo ſignificabatur, male inſtituiſſe Græcos, quod tropæis Regum duntaxat nomina inſcriberentur. Alieno enim ſanguine partam gloriam intercipi.* Egregie huc referri poteſt hiſtoria Saulis & Davidis. Poteſt etiam intelligi de milite, qui pugnat ante ſociorum adventum.

978. *Rogare ingenuo ſervitus q. e.*] Idcirco Senec. II. Benef. cap. 2: *Moleſtum verbum eſt*, inquit, *oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, rogo. Hujus facienda eſt gratia amico, & cuicunque, quem amicum ſis promerendo facturus. Properet licet; ſero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo divinanda cujuſque voluntas, & cum intellecta eſt, neceſſitate graviſſima liberanda eſt.* Nam, ut ſupra Noſter vs. 621.

Qui ſpectat ut rogetur officium levat.

Hinc eſt, quod animum Metroclis erigat Diogenes in Epiſt. eumque jubeat confidentem eſſe, non tantum epiſtola, nomine & vitæ ſuæ ratione; ſed & in petenda ab hominibus ſalute bono animo eſſe: ſic ille in Epp. Gr. 10: Μὴ μόνον ἐπὶ τῇ ἐπιστολῇ καὶ τῷ

ὀνόμαλι, καὶ τῇ ἀξίτῃ θάῤῥει, Μητρώκλεις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ αἰτεῖν ἀνθρώπους τὰ σωτήρια.

679. *Roganti melius q. i. p.*] Sic Mario parent milites; prout de eo Saluſt. p. 120. *Præterea ex Latio fortiſſimum quemque, pleroſque militia, paucos fama cognitos accire, & ambiundo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci.* Hinc Parthorum regi clementiam & juſtitiam commendat Claudius apud Tacit. loco citato ſupra ad ℣ 676. Egregie hoc ipſum probant quoque Imperatores Opilius Macrinus & ejus filius Diadumenus in epiſtola illa, qua ſe purgant apud Senatum de morte Antonini Getæ, his verbis: *Et vos, P. C. ut decernatis*, Antonino divinos honores, *quum poſſimus imperatorio jure præcipere, tamen rogamus.* in Hiſt. Aug. edit. in 4to Caſaubon. pag. 141. B.

680. *Ruborem amico excutere a. e. p.*] Non enim ſine doloris ſenſu, nec effæminate feret objurgationes reprehenſionesque, ſi fuerit homo ingenuus & liberaliter educatus; quippe in quo id ipſum etiam requiritur, juxta Plut. pag. 46. C. de Auditione. Καὶ μὴν τὰς γε νουθεσιῶν καὶ τὰς ἐπιπλήξεων οὔτε ἀναλγήτως οὔτε ἀνάνδρως ἀκουστέον. Huc etiam redeunt illa Quintiliani Declam. XVIII. pag. 101. quibus urget patrem, qui filium ex inceſtu rumore torſerat: *Inceſtum qui non credit, torquere non debet: qui credit, ſtatim debet occidere.*

681. *Sæpe oculi & aures v. ſ. t. m.*] In Friſingenſi, qui habet excerpta Proverbiorum legitur: *oculos & aures vulgi, malos teſtes eſſe, de ſapientia Socrates dixit.* At vero nonnunquam bonos teſtes eſſe, evincit Tacitus in vita Agricolæ p. 550: *Minus triennium in ea legatione detentus, ac ſtatim ad ſpem Conſulatus revocatus eſt, comitante opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc ſuis ſermonibus, ſed quia par videbatur. Haut ſemper errat fama, aliquando & eligit.* Cæte-

terum ipsius sententiæ mentem tacite quodammodo exprimit locus Esaiæ cap. XI. vs. 3: *Non ad aspectum oculorum suorum judicabit, neque ad auditum aurium suarum corripiet.*

682. *Sæpe ignoscendo d. i. l.*] *Non enim ibi consistunt exempla*, ut loquitur Vellej. pag. 21. *unde cœperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt: & ubi semel recto deërratum est, in præceps pervenitur: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum.* Imo ista *misericordia in perniciem cadat* necesse est, ut ostendit Sallust. p. 80. in oratione Memmii. Prudenter itaque Tullus de Mettio Fuffetio: *Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedero*, apud Liv. lib. 1. pag. 11. Ad rem quoque Dio Chrysost. pag. 358. B: nemini modestia contentiore opus esse judicat, quam ei cui omnia licent. Adde: *Pessimus nemo fit repente, sed & alios pellicit ad similia.* Item: *Sceleribus ferox.*

683. *Salutis causa b. f. h. i.*] Vide: *Invitum servare.*

685. *Sapiens contra omnes a. f. c. c.*] An vult, ipsum omnia statim habere perfecta? Quemadmodum est apud Zenodotum:

Ἐστὶ δ' ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα.

Facilia sunt cuncta sapientibus.

An vero, quod D. Chrys. lib. 6. Fastid. cap. 6. *Philosophus omnia in animo habet, non eget instrumentis.* Et quod Comici Græci p. 194. edit. Steph.

Ὅπλον μέγιστον ἐστιν ἡ ᾽ρετὴ βροτοῖς.

Virtus hominibus arma præstantissima.

Transfert hæc Cicero ad oratorem, quem similiter contra omnem injuriam armatum esse dicit; ubi ex persona L. Crassi multas eloquentiæ virtutes recenset lib. 1. de Oratore p. 110: *Quid autem tam necessarium*,

inquit, *quam tenere ſemper arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis, vel provocare improbos, vel te ulciſci laceſſitus.* Et vide quo procedat Philoſophi virtus; *Omnia prius cedent, quam ut manus det Philoſophus*, ut loquitur Nazianz. tom. 1. pag. 482. Quod ipſum ulterius urgens non dubitat dicere: Duo eſſe invicta, ſeu quæ arripi nequeant; Deum nempe & Angelum: his vero tertium accedere Philoſophum, utpote qui ſit tanquam incorporeus in corpore, in terra cœleſtis, affectibus obnoxius, & tamen illæſus. Δύω, inquit, ταῦτα δυσκράτητα, θεὸς καὶ ἄγγελος, καὶ τὸ τρίτον φιλόσοφος, ἄϋλος ἐν ὕλῃ, ἐν σώματι ἀπερίγραπτος, ἐπὶ γῆς οὐράνιος, ἐν πάθεσιν ἀπαθής. Quod ſi ad ducem exercitus reſpexerit Syrus, *cogitat* videtur dictum a *cogendo*, ut infra in illo:

Unus dies pœnam affert, multi cogitant.

Quomodo certe non male hæc ſententia probatur exemplo Fabii Cunctatoris, deſcribente eum ad hanc mentem Auctoris noſtri Silio lib. VII. vſ. 8.

—— —— Tot in agmina ſolus
Ibat, & in ſeſe cuncta arma viroſque gerebat.

Hoc nomine & in ipſa S. S. commendatur ſapientia; ut Prov. XXIV. vſ. 6. *Nam prudentibus conſiliis geres tibi bellum, & in multitudine conſiliariorum ſalus erit.*

687. *Satis eſt beatus, q. p. c. v. m.*] Nam *ipſe ſuum eripit*, ut loquitur Senec. VI. Benef. cap. 2: *ipſa rerum natura revocare, quod dedit, non poteſt. Beneficia ſua interrumpit non reſcindit. Qui moritur, tamen vixit.* In crudelitate Tiberii deſcribenda & hoc notat Suetonius, quod *mori volentibus vis adhibita* ſit *vivendi. Nam mortem*, inquit Auctor, *adeo leve ſupplicium putabat, ut cum audiſſet unum e reis Carnulium nomine, anticipaſſe eam, exclamaverit: Carnulius me evaſit.* in Tib. cap. LXI.

688. *Sat magna uſura p. b. m. e.*] Ita ſcribit Plancus ad Cicer. X. Fam. ep. 11: *Immortalis tibi ago gratias,*

tias, agamque dum vivam. Nam relaturum me affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mi respondere posse: nisi forte, ut tu gravissime disertissimeque scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo. Hinc illum, qui eo pervenit, ut obliviscatur beneficium, merito jure cum pessimo quoque juxta æstimat Seneca III. Benef. cap. 5. addens; *Adeo enim ingratus est, qui oblitus est, ut gratus sit, cui beneficium in mentem venit.*

689. *Secrete amicos admone l. p.*] Concinit Auson. in Solone.

Clam coarguas amicum, quem palam laudaveris.

Alterum certe horum tam helcusticum est, ut eo etiam modo amicos tibi parare possis; *palam* nempe *laudando;* quare laudem *principium amicitiæ*, vituperium vero *inimicitiæ* vocat Isocrat. pag. 17: Οὓς ἂν βούλῃ, inquit, ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας. ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας, ἔπαινος· ἔχθρας δὲ ψόγος. *Cum quibus amicitiam tibi constitutam esse vis, de illis honorifice loquitor, iis audientibus, qui renunciaturi sunt. Principium enim amicitiæ est laudatio; vituperatio inimicitiarum.* De objurgatione autem bene statuit Nazian. tom. 1. p. 14. esse docens homines, qui privatas admonitiones contemnant, publica autem reprehensione meliores fiant; rursus qui liberius reprehensi pudorem omnem abstergant, contraque occulta objurgatione meliores reddantur, iisque quos vicem suam dolere perspiciunt, hoc vicissim muneris rependant, ut eorum admonitionibus pareant. Φιλοῦσι γὰρ οἱ μὲν καταφρονεῖν τῶν ἰδίᾳ νουθετημάτων, πλήθους καταγνώσει σωφρονιζόμενοι· οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἐλέγχων ἀναισχυντεῖν, τῷ τῆς ἐπιτιμήσεως μυστηρίῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ ἀντιδιδόντες τῆς συμπαθείας εὐπείθειαν. Noster *secrete* eam adhiberi vult, consentiente Plut. pag. 70. E. de Adulat. & Amic. Ἔτι τοίνυν, inquit, εὐλαβητέον ἐστὶν ἐν πολ-

λοῖς παῤῥησίᾳ χρῆσθαι πρὸς φίλους, ἐνθυμουμένους τὸ τοῦ Πλάτωνος. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Σωκράτης ἥψατό τινος τῶν συνήθων σφοδρότερον ἐπὶ ταῖς τραπέζαις διαλεγόμενος· οὐκ ἄμεινον ἦν (ὁ Πλάτων ἔφη) ἰδίᾳ ταῦτα λελέχθαι; Καὶ ὁ Σωκράτης. Σὺ δ᾽ εἶπεν οὐκ ἄμεινον ἂν ἐποίησας ἰδίᾳ πρὸς ἐμὲ τοῦτο εἰπών; *Ad hæc cavendum eſt, ne coram multis libertate adverſus amicum utamur. Tenendumque illud Platonis. Cum enim Socrates in convivio diſputans, quendam familiarium acrius inceſſeret, Platoni dicenti: nonne præſtabat hæc privatim loqui? reſpondit: Et tu nonne rectius de hoc ipſo ſeorſim me monuiſſes?* Hoc ipſum ſuo exemplo docet Cæſar III. de B. Civ. cap. 60: *Cæſar neque tempus illud animadverſionis exiſtimans eſſe, & multa virtuti eorum concedens, rem diſtulit totam. illos ſecreto caſtigavit; quod quæſtui equites haberent, monuitque* &c. Et apud Suet. Veſpaſianus cap. XIII: *Licinium Mucinianum notæ impudicitiæ, ſed meritorum fiducia minus ſui reverentem, nunquam niſi clam & hactenus retaxare ſuſtinuit: ut ad communem aliquem amicum querens, adderet clauſulæ, Ego tamen vir ſum.* Vide: *Reprehenſio quomodo inſtituenda* in locis comm.

690. *Secunda in paupertate f. e. f.*] Huc ſpectat Cic. V. de FF. pag. 109: *Nemo eſt igitur, qui non hanc affectionem animi probet, atque laudet: qua non modo utilitas nulla quæritur, ſed contra utilitatem etiam conſervatur fides.*

691. *Secundus eſt a matre n. d.*] Egregie patet hoc in deſcriptione Electræ nutricis Proſerpinæ apud Claudian. III. de Rapt. vſ. 173. &c.

Par Cereri pietas: hæc poſt cunabula dulci
Ferre ſinu ſummoque Jovi deducere parvam
Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis:
Hæc comes, hæc cuſtos, hæc proxima mater haberi.
Tum laceras effuſa comas, & pulvere canos,
Sordida, ſidereæ raptus lugebat alumnæ.

Non

Non aliter Statius nutricis erga alumnum suum affectum considerat. Ita v. Theb. vs. 628: Hypsipyle nutrix Archemori, ad ipsius cadaver plangit, pietatis prope maternæ argumenta præbens:

Sic equidem luctus solabar, & ubera parvo
Jam materna dabam, cui nunc venit irritus ori
Lactis, & infelix in vulnera liquitur imber?

Hinc ipsa mater Eurydice in exequiis ejusdem Archemori vi. Theb. vs. 165:

— — — *At quin & blandus & illam*
Matre magis solam nosse, atque audire vocantem,
Ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos questus, lacrymososque impia risus
Audiit, & vocis decerpsit murmura primæ.
Illa tibi genitrix semper, dum vita manebat,
Nunc ego. — — — —

Pluribus hoc ipsum exemplis probari posse significat idem in epicedio Glauciæ ii. Sylv. carm. i. ✠ 96:

Quid referam altricum victos pietate parentes?

Sic vs. 174. & ipsius Atedii Melioris erga Glauciam caritatem notat in describendo ejus dolore:

— — *Erant illic genitor, materque jacentis*
Mœsta, sed attoniti te spectavere parentes.

Nec aliud spectat Phædri Fabula liv. de agno non illam, quæ pepererat, sed quæ educaverat se, quærente. Hinc Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, soror Clyti, *haud secus quam mater a rege diligebatur* teste Curtio lib. viii. p. 269. Quare etiam rex ille, interfecti Clyti pœnitentia ductus, eam imprimis veretur; deque ea sollicitudinem suam præ se fert: *Hanc*, inquit, *nutrici meæ gratiam retuli?* &c. Bene itaque idem Auctor lib. iii. pag. 16. Philippi medici fidem & amorem erga Alexandrum regem significat, quod *non ut regem modo, sed etiam ut alumnum,*

eximia caritate dilexerit. Huc ſpectant item Phoenicis verba apud Quintum Calab: lib. VII. vſ. 648. qui ſic de Achille teſtatur, ſe eum filii loco amaſſe; illum vero ſibi fuiſſe ut filium, ejusdem ſe tanquam ſanguinis fuiſſe, propter animi conſenſionem:

Κείνου μὲν τ᾽ ἄρ᾽ ἔγωγε πατὴρ, ὃδ᾽ ἂν υἱὸς ἔμοιγε
Ἔσκεν, ὅπως φήσασκεν ἰδών. ἑνὸς αἵματος ἐσμὲν
Εἵνεχ᾽ ὁμοφροσύνης. ——— — —

Optime quoque ipſe Paulus, ſuum erga Theſſalonicenſes, ſuorumque amorem exprimere volens, non dubitat ſe nutrici aſſimilare 1 Theſſ. 2: 7. ἀλλ᾽ ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. *Sed fuimus manſueti in medio veſtrum, ut ſi nutrix foveret liberos ſuos.*

692. *Se damnat judex, i. q. o.*] Sic inf. ℣ 744:
Ubi innocens formidat, damnat judicem.
Similiter, ut vſ. 338. dixit:
Judex damnatur, cum nocens abſolvitur:
Hoc egregie tuetur Cic. in Piſon. pag. 542: *L. Opimius ejectus e patria, is, qui Prætor & Conſul maximis Remp. periculis liberarat. Non in eo cui facta eſt injuria, ſed in iis, qui fecerunt, ſceleris, ac conſcientiæ pœna permanſit. At contra bis Catilina abſolutus: emiſſus etiam ille auctor tuus provinciæ, cum ſtuprum Bonæ Deæ pulvinaribus intuliſſet. Quis fuit in tanta civitate, qui illum inceſto liberatum, non eos, qui ita judicarunt pari ſcelere adſtrictos arbitraretur?* Quemadmodum etiam accuſator ille apud Liban. p. 541. B. cenſet, judices, ſi reum abſolverent, eo ipſo eadem ipſos feciſſe apud omnes confeſſuros. Ita in avaritiam judicum invehitur Caſſiod. VI. epiſt. 21: *Neſciunt*, inquit, *quantum delinquunt. Nam cum vendunt aliena crimina, ſua faciunt eſſe peccata.* Pari modo, qui innocentem opprimunt; unde bene Petrus Chryſologus Serm. CXII. *Reatus redundat ad judicem, ſi pœna percellit inno-*

noxium. Id ipsum dilucide ostendit exemplo Herodis, Johannem a mortuis resurrexisse opinantis &c. Serm. CLXXIII. *Semper*, inquit, *febrit impietas: a phrenesi semper crudelitas obtinetur: carere dementia furor nescit: in se namque sævit, quoties in alterum tendit: se punit, dum percellit insontem: sibi lethalis est totus, cum erga justum crudelis existit.* Adde Arrian. Epict. pag. 374. ubi simili plane colore depingit judices & accusatores Socratis. Huc faciunt admonitiones Oratorum ad Judices. ut apud Lys. p. 181: Ὥστε συμβουλεύω, μὴ τούτων ἀποψηφισαμένους ὑμῶν αὐτῶν καταψηφίσασθαι. *Propterea suadeo, ne hos absolvendo vos ipsos condemnetis.* Eadem mente miles Marianus apud Quintil. Declam. III. ad judicem suum verba facit: *Libere itaque dixerim, C. Mari, quam de fortissimo milite sententiam feras, magis tua interest.* Plura talia judicum oculis subjecta videas in locis citatis ad vs. 338.

Se denegare patriæ, exilium est pati.] citat ceu Publii Zw. p. 1478. Sed non explicat, nisi p. 1189. ubi ait: *qui latet, & non versatur in Rep. is sua sponte exul est.*

693. *Seditio civium h. e. o.*] Nimirum ita est, ut habet Solonis illud distichon apud Demosth. p. 234. B.

Ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
Τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
Urbs etenim quæ nulla tenet socialia jura,
Est subito hostili disperitura manu.

Hinc etiam Dionys. Halic. p. 704. conservatam fuisse ait potentiam decemviralem seditione, quæ diu adhuc in urbe durabat, multisque de causis ac longo tempore aucta efficiebat, ut alteri alterorum malis gauderent. Ejus verba sunt: Ἡ γὰρ φυλάττουσα τὴν δυναστείαν αὐτῶν στάσις ἔτι διέμενεν ἐν τῇ πόλει, διὰ πολλὰς αἰτίας, καὶ διὰ πολλῶν αὐξηθεῖσα χρόνων· δι' ὧν ἔχαιρον ἕκαστος τοῖς ἀλλήλων κακοῖς. Eadem res est cum seditione militum; quæ ne fiat, quomodo providere oporteat inte-

tegrum vide caput apud Veget. lib. III. cap. 4.

694. *Semper beatam f. p. b.*] Ita loquitur, consentiente Isocrate, qui mores faciles difficilesque egregia comparatione similiter depingit in ea contra Philippum pag. 253: Ὁρῶ γὰρ τὰς μὲν χαλεπότητας λυπηρὰς οὔσας καὶ τοῖς ἔχουσι καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι· τὰς δὲ πρᾳότητας οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐδοκιμούσας· ἀλλὰ καὶ τῶν θεῶν τοὺς μὲν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, ὀλυμπίους προσαγορευομένους· τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις τεταγμένους δυσχερεστέρας τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας &c. *Nam difficiles mores molestos esse video, tum iis penes quos sunt, tum his, qui eorum consuetudine utuntur: Mansuetudinem vero, non in animantibus solum, & hominibus, & cæteris rebus omnibus, sed in Diis quoque celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, cœlites dicuntur, qui vero calamitatibus & pœnis præsunt, atrociora etiam nomina habent.* Talis judicatur iste *bonus oculi*, in Prov. Sal. XXII. 9. *bene* nimirum *ipsi fore, quoniam dederit de pane suo pauperi.* Scite quoque hanc virtutem assimilat paradiso benedictionibus referto: χάρις ὡς παράδεισος ἐν εὐλογίαις. Sirach. cap. XL. vs. 17.

695. *Semper consilium tunc d. c. o. m. e.*] In rebus sc. miseris & subitis. Talem Benjamitarum conditionem notat Josephus Ant. Heb. p. 149. quum delapsi essent in insidias Hebræorum, οἱ δὲ, inquit, ἅμα τε αὐτοὺς ἠπατημένους ᾔσθοντο, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ συνεστήκεσαν. *Simul & se deceptos senserunt, & ad consilii inopiam delati erant.* Simile est, quod in Dario Persarum rege repræsentat Curtius; quum proditus a suis ac desertus esset. *At ille remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat* lib. V. p. 158. Adeo scilicet verum est, quod Tacitus pronunciat III. Ann. pag. 82: *Pavidis consilia in incerto esse.* Hinc etiam Creusa apud Eurip. in Jone vs. 971. calamitatis hoc quasi proprium novit; sic enim illa:

Τί μὲ χρὴ δρᾶν; ἀπορία τὸ δυστυχεῖν. *Quid*

Quid me oportet facere? infelicitas enim habet inopiam consilii. Quod effatum ipsius Veritatis ore confirmatur Luc. XXI: 25. ubi prædicitur *Anxietas gentium in consilii inopia*: συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ. Vid. me: *Consilium.*

696. *Semper metuendo s. e. m.*] In re qualibet eum religiose metuere ait Sirach. XVIII. vs. 27. Ἄνθρωπος σοφὸς ἐν παντὶ εὐλαβηθήσεται.

697. *Semper plus metuit a. i. m.*] Huic affine est illud Horatii Epod. I: vs. 18.

Comes minore sum futurus in metu,
Qui major absentes habet.

Ita nimirum res est. homines *ubi vera explorare non possunt, falsa per metum augurantur*, ut ostendit Curtius in speculatoribus Alexandri M. qui Darium adventare nuntiaverant, utpote quibus Persarum exploratores mille ferme speciem magni exercitus, fecerant. Talis erat quoque timor in urbe Roma, quum Æqui, paulo ante victi, agrum populandi gratia denuo invasissent fines Romanos, describente Liv. lib. III. pag. 44. *Agrestesque pavidi incidentes portis non populationem, nec prædonum parvas manus, sed omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adesse hostium, & infesto agmine ruere ad urbem, clamabant.* Vide Lexicon meum: *Novus hostis.* Item: *Absentia rerum cararum.*

699. *Semper redundat ipse i. a. t.*] h. e. Qui metuitur, metuit: & ut supra vs. 435.

Necesse est multos timeat quem multi timent.

Utrumque habet Seneca II. de Ira cap. II. Hinc Auson.

Multis terribilis caveto multos.

Et Claudian. IV. Conf. vs. 290:

Qui terret plus ipse timet: sors ista tyrannis
Convenit, invideant claris, fortesque trucident,

Mu-

Muniti gladiis vivant, septique venenis.
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.
Tu civem patremque geras, tu consule cunctis,
Nec tibi: nec tua te moveant, sed publica vota.

Qui locus conferri hic meretur cum illo Ciceronis Philipp. I. pag. 588: ubi simili argumento utitur in Antonium: *Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes plus te unum posse, quam omnes, & metui a civibus tuis, quam diligi malis. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Carum esse civem, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est. Metui vero, & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in fabulis, ipsi illi, qui: Oderint, dum Metuant, dixerit, perniciosum fuisse.*

700. *Sensus non ætas i. f.*] Huc redeunt illi sermones in urbe Roma de Nerone, circa principatus ejus initia, cum enim alii anquirerent; *quemadmodum princeps vix septendecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset;* alii contra Cn. Pompeji & Cæsaris Octaviani juventutem in bellis civilibus commemorant, apud Tac. XIII. Ann. p. 228. Agnoscit idem in Capuano illo Cassiod. V. ep. 22. *Capuanum majoris etiam natu auctoritate subvehimus: ut qui se morum cana maturitate tractavit, quod est amplissimum reverentiæ genus, in vestro ordine ætatis honore gratuletur.* Eleganter hoc ipsum in eo quoque repræsentat, ad quem lib. VIII. ep. 18. sic. *Juvenem te solum decor ostendit: ab ore primævo cana verbis manaverunt. Contendit flos ætatis & maturitas mentis: sed potius illa superavit, quæ nos ad virtutum gradus gloriamque perducit.* Vid. Junii Adagia cent. VII. adag. 90: *Mente Senex* &c. ex illo Æschyli:

Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει.

701. *Se posse plus iratus q. p. p.*] Exemplo sint Cæni-

ninenſes, quum præ ira & ardore non exſpectatis ſociis in agrum Romanum impetum faciunt. *Sed* ut ait Livius *effuſe vaſtantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam ſine viribus iram eſſe.* lib. I. pag. 5. Tales item exhibentur Albani, prout ipſe eorum Dictator agnoſcit eodem lib. p. 10: *Quia ſuæ civitati animorum plus quam virium cernebat eſſe, ad bellum palam, atque ex edicto gerendum, alios concitat populos.* Eodem plane modo pauci illi Othoniani in veteranum exercitum pergunt. *Indomitus ac belli ignarus miles correptis ſignis vexilliſque ruere, & retinenti duci tela intentare. Spretis centurionibus tribuniſque providentiam ducis laudantibus*, ut loquitur Tacit. II. Hiſt. p. 385. Admittendum igitur conſilium illud Cæſaris apud Sall. pag. 35: *Omnis homines, P. C. qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet.* &c.

702. *Sero eſt in periculis c. q.*] Nam, ut Nazian. in Diſtich.

Conſilia nemo recta commotus capit:
Conſulta nec ſunt, ira queis adjungitur.

Notat hoc ipſum quoque Livius in deſcribenda conditione Albanorum, urbem ſuam excidio & ruinis relinquentium lib. I. pag. 11. *Ac tacita mœſtitia*, inquit, *ita defixit omnium animos, ut præ metu obliti quid relinquerent, quid ſecum ferrent, deficiente conſilio, rogitanteſque alii alios, nunc in liminibus ſtarent, nunc errabundi domos ſuas, ultimum illas viſuri, pervagarentur.* Simili cum ſorte confligtantem nobis graphice exhibet Ammian. lib. XXVI. p. 390. *Majore itaque noctis parte conſumpta, cum a veſpertino ortu luna prælucens in diem metum augeret, undique facultate evadendi exempta, conſiliorum inops Procopius, ut in arduis neceſſitatibus ſolet, cum fortuna expoſtulabat luctuoſa & gravi: merſuſque multiformibus curis, ſubito a comitibus ſuis ar-*

ctius

ctius vinctus, relato jam die ductus ad castra, Imperatori offertur reticens atque defixus.

703. *Sibiipsi improbitas c. f. i.*] Egregie Libanius in loco communi pag. 44. C. contra homicidam hoc ipso instat argumento, nequaquam eum dimittendum, licet lacrymetur, producat pueros suos &c. *Hoc enim est reliquum*, inquit, *quod miseris tribui, non etiam improbis par est. Multum interest utrum quis immerito miser sit, an jure puniatur.* Plane quoque cum Nostro consentit idem in Apologia Martis pag. 551. B. in hunc sensum se defendentis: *Se causa cadere, si ex invidia, aut aliter Halirrhotium occiderit. Sed quæ non esset perpessus*, inquit, *nisi injurius provocasset, hæc sibi ipse fecit injuria illata.* Similiter de Pharaone rege Ægyptiorum statuit Salvianus pag. 32. edit. Ritt. Quum a Deo multiplici judicaretur judicio. Sed & optime assequitur mentem hujus sententiæ idem pag. 272. *Recte illi rei factum adscribi* judicans, *quæ ut ita fieret, exegerit. Nam & homicida*, inquit, *cum a judice occiditur, suo scelere punitur: & latro aut sacrilegus cum flammis exuritur, suis criminibus concrematur.* Par ratio in stultis & derisoribus, prout eos notat Salomon Prov. XIX: 25: *Si derisorem percutias, fatuus fiet astutus, & corripiendo prudentem, intelliget scientiam.* Et XXI: 11: *Quum multatur derisor, resipiscit fatuus, & quum intelligentia imbuitur sapiens, percipit scientiam.*

704. *Sibi ipsi dat supplicium, q. a p.*] Ideoque venia dignus non pœna. Ita censebat P. Scipio apud Livium l. XXVIII. pag. 330. in orat. ad seditiosos milites: *Itaque quod ad vos universos attinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo.* Item Senatus de Boccho apud Sallust. pag. 143: *Cæterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam fecit.* Non aliter Agricola, testante Tacito pag. 556: *Pœna semper sed sæpius pœ-*

pœnitentia contentus esse. Et quid ni? si enim audiamus Senec. III. de Ira cap. 26: *Maxima est factæ injuriæ pœna, fecisse, nec quisquam gravius afficitur, quam qui ad supplicium pœnitentiæ traditur.* Quod Senecæ dictum egregie confirmant illa Simplicii ad Epict. pag. 166: *Quos vere delictorum & peccatorum pœnitet, hi acerbissimis conscientiæ cruciatibus seipsos mulctant: qui magis dolorifici mordacioresque sunt, quam corporis cruciatus, & consolationem minus admittunt.* Hinc supra 460:

Nil est miserius, quam ubi pudet quod feceris.

Vid. Plura in locis: *Confessio est satisfactio.*

705. *Sibi primum auxilium e. e, l. t.*] Huc pertinet egregie historia Claudii Decemviri apud Liv. lib. III. pag. 61: Quum fremerent pro se quisque: *Provocare qui provocationem sustulisset; & implorare præsidium populi, qui omnia jura populi obtrisset, rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset.* Bene itaque loquitur Dio Chrysost. Orat. LXXV. pag. 646. C. Τῶν παραβαινόντων τὸν νόμον ἕκαστος οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἑαυτὸν βλάπτει. *Qui leges violant, non legibus, sed sibimet ipsi nocent.*

706. *Si nil velis timere, m. o.*] Bene Seneca in Thyest. vs. 435:

Causam timoris, ipse quam ignoro, exigis:
Nihil timendum video, sed timeo tamen.

Quod infr. vs. 748. egregie significat Noster:

Ubi timetur nil, quod timetur nascitur.

707. *Socius fit culpæ q. n. f.*] Eleganter plane Tacitus hoc notat in Galba I. Histor. pag. 355: *Amicorum libertorumque ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus.* Vid. supra vs. 475:

Nocentem qui defendit, sibi crimen parit.

708. *Solatium grande est c. u. u. r.*] Sic Senec. Thyest. vs. 880:

O nos dura sorte creatos!
Seu perdidimus solem miseri,
Sive expulimus! abeant questus,
Discede timor. Vitæ est avidus,
Quisquis non vult, mundo secum
Pereunte, mori.

709. *Solet esse in dubiis p. c. t.*] Huc quadrat illud Taciti: *Nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum.* 1. Hist. pag. 350.

710. *Solet hora quod m. a. a. r.*] Ego:

Hora sæpe reddit una, quod decennium abstulit.

Item:

Multa nulli cogitata temporis punctum attulit.

Vid. plura Biblioth. Tit: *Hora.*

711. *Solet sequi laus, c. v. f. l.*] Nam ut supra dixit vs. 342:

Lascivia & laus nunquam habent concordiam.

Et bene ridet istos C. Marius, *qui diversissimas res pariter exspectant, ignaviæ voluptatem & præmia virtutis.* apud Sall. pag. 123. Nam virtutis quidem fructus dulces sunt, at radix amara; sic Libanius pag. 16. in fine: *Nunquis existimet, perperam disciplinarum radices ab Isocrate consideratas? vides difficultatem, amaritudinem, omnia referta curis. Sed non hic consistit res, inquit. Neque terminus est disciplinarum difficultas. Jam igitur ad fructus respice, & cum radice hos compara, mox reperies jucunditatem haud inferiorem tristibus illis.*

712. *Sordidius multo vivimus, q. n.*] Quam sordide nascamur, non supersedit notare Plutarchus in lib. de Amore prolis, p. 496. B. probans hosce de infante recens nato dictos versiculos.

Θὐ

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς,
Πάντων ὅσσά τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει.
Quando nil spirat, terra neque reptat in alma
Tam miserum quam sunt homines.

Adde M. Tyrium, qui differt. xxv. de humano corpore, quam per omnem ætatem miseriis sit obnoxium, quam non sit ἀνυπόδυνον, loquens, *quod recentissime natum*, inquit, *maternaque avulsum ab alvo, luto sordibusque diffluit, & fletibus impletur & vagitu.* ὃ γενόμενον μὲν εὐθὺς καὶ ἀποσπασθὲν ἐκ μητρῴων ὑγρῶν, ὑλῶδες καὶ διαρρέον ὀδυρμῶν καὶ κνυζημάτων ἀνάπλεων. &c.

713. *Spes est salutis, u. h. o. p.*] Cleobuli dictum est, μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολῖται δεδοίκασιν, ἢ τὸν νόμον. *Optime valere illum populum, ubi cives, vituperium magis, quam legem reformident.* Spem istam egregie præ se fert Germanicus in oratione sua ad seditiosos milites, quorum jam animos commoverat. Sic enim ille circa finem orationis: *Tua dive Auguste cœlo recepta mens, tua pater Druse imago, tui memoria, iisdem istis cum militibus, quos jam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, irasque civiles in exitium hostibus vertant.* Apud Tac. I. Annal. pag. 27.

715. *Spina etiam grata est, e. q. s. r.*] Adhibet hoc pulcre Ammianus lib. XVI. pag. 77. relaturus quædam de Eutherio, sic enim loquitur ille: *Res monuit super hoc eodem Eutherio pauca subserere, forsitan non credenda: ea re, quod si Numa Pompilius, vel Socrates, bona quadam dicerent de spadone, dictisque religionum adderent fidem, a veritate descivisse arguerentur. Sed inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt.* Huc facit vulgatum: *Ob mel fer apes.*

716. *Stultitia est insectari, q. o. d.*] Quare? Tibi non creditur quidquid dicis. Quem odimus, ejus

omnia bona in pejus rapimus; quem amamus, ejus pessima in optima. Similem stultitiam ridet in Amynta pastor Virgilianus, quod invideret sibi donum a Damœta datum Eclog. II. vs. 39:

—— *Invidit stultus Amyntas.*

Quomodo & Apulejus in Anech. vs. 3:

Nam sese excruciat, qui beatis invidet.

Pari modo Poëta in Anthol. I. cap. 83. epig. 3: cum maximæ insimulat stultitiæ, qui odit virum quempiam, quem Deus diligit: talem quippe cum Deo pugnare &c.

Ὅταν στυγῇ τις ἄνδρα τὸν θεὸς φιλεῖ,
Οὗτος μεγίστην μωρίαν κατεισάγει.
Φανερῶς γὰρ αὐτῷ τῷ θεῷ κορύσσεται,
Χόλον μέγιστον ἐκ φθόνου δεδεγμένος.
Δεῖ γὰρ φιλεῖν ἐκεῖνον, ὃν θεὸς φιλεῖ.

Sic idem Poëta eodem capite in invidiam, ut maximam malitiam, insurgit.

Ὦ τῆς μεγίστης τοῦ φθόνου πονηρίας.
Τὸν εὐτυχῆ μισεῖ τις, ὃν θεὸς φιλεῖ.
Οὕτως ἀνόητοι τῷ φθόνῳ πλανώμεθα.

Cedendum itaque potentioribus, quod, ut validissimam legem, tam feris bestiis, quam hominibus præfinitam, opportune satis Judæis obsessis ob oculos positum habemus apud Joseph. lib. VI. de B. Jud. pag. 928. νόμον γε μὴν ὡρίσθαι, καὶ παρὰ θηρσὶν ἰσχυρότατον, καὶ παρὰ ἀνθρώποις, εἴκειν τοῖς δυνατωτέροις. Adeo ut ne hiscere quidem contra liceat. Liban. 452. D. ἐστὶ δὲ τῷ χάριτος καὶ τιμῆς ἁπάσης ἀξίῳ δι' ἀρετὴν καὶ φιλανθρωπίαν ὄντι, μηδὲν ἀντειπεῖν. *Viro omni honore ob virtutem & benevolentiam digno, nil contradicendum est.* Frustra enim est, nec quicquam promoveris. Unde Cassiod. II. epist. 23: *Cessavit ergo contra vos improborum nefanda præsumptio, & obscuris dolis effectum nostra tollit auctoritas; incassum enim odit, cui se principalis clemen-*

mentia objecerit. Huc facit quoque Auſon. pag. 118:

Bono probari malo, quam multis malis.

Supra vſ. 133. dixit:

Contra felicem vix Deus vires habet. Et 141:

Cui omnes bene dicunt, poſſidet populi bona. Et 541:

Perfacile felix, quod vota impetrant, facit.

717. *Stultitiæ partem i.h.f.*] Imo fere ſemper. Eo tendit Liban. p. 524. ubi Neocles Themiſtoclem filium monet, ut *quod rariſſimum eſſe videatur, prudens in rebus proſperis appareat.* Ἀλλ᾽, inquit, (ὃ δοκεῖ σπανιώτατον εἶναι) σωφρονῶν ἐν ταῖς εὐπραξίαις φάνηθι. Expertus hoc ipſum Annibal & agnoſcit illud in oratione ad P. Scipionem apud Livium xxx. pag. 362: *Quod ſi in ſecundis rebus, bonam quoque mentem darent Dii; non ea ſolum quæ eveniſſent; ſed etiam ea, quæ evenire poſſent, reputaremus.* Talis erat C. Marii illa felicitas ex temeritate orta, deſcribente Salluſtio in B. J. pag. 134: *Sic forte correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit.* Bene ſupra vſ. 231:

Fortuna nimium quem fovet, ſtultum facit.

718. *Stulti timent fortunam, ſ. f.*] Nam ut mox:

Stultum eſt timere, quod vitari non poteſt.

Unde ſi audiamus Sen. conſ. ad Polyb. cap. XXII. *Quo melior eſt quiſque, hoc ſæpius ferre fortunam conſuevit, ſine ullo delectu furentem, & inter ipſa beneficia metuendam.* Sic Æneas depingitur apud Virg. VI. Æn. quum ita loquitur:

Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies, inopinave ſurgit.
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Hiſce accedat Plautus, in Stich. a. 1. ſ. 2. ubi mulier multo ſapientiſſima judicatur illa;

Quæ tamen, cum res ſecundæ ſunt, ſe poterit noſcere:

Et illa, quæ æquo animo patietur sibi esse pejus, quam fuit.

Prout & loquitur illa paulo post:

Idem animus est in paupertate, qui olim in divitiis fuit.

720. *Stultum est queri de adversis u. c. e. t.*] Ea enim res est, quæ in miseriis nullam consolationem habet, ut loquitur Æschines, pag. 127: Πῶς οὐ μετὰ τοῦ δοκεῖν ἑαυτοῖς αἴτιοι γεγονέναι τῶν συμφορῶν (ὃ μόνον οὐδὲ παραμυθίαν ἔχει τοῖς κακῶς πεπραχόσιν) ἀτυχήσομεν; Et admittenda illa sententia, quam promit auctor ad Herenn. l. III. pag. 22: *Virtutibus uti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit: ne Deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant.* Quin idcirco ab talibus cavendum etiam esse, docet Horatius, ne auxilium feras. I. Epist. 18:

Quem sua culpa premet deceptus omitte tueri.

Pulcre quoque Florus ad hanc sententiam calculum ponit de clade Romanorum Parthico bello accepta: lib. III. pag. 78: *Nec de fortuna queri possumus: caret solatio clades. Adversis & Diis, & hominibus, cupiditas Consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum, & ipsius capite multata est.*

721. *Stultum est timere q. v. n. p.*] Velut mortem aut fatale quod incommodum. Zwing. 263. Est autem Senecæ in excerptis §. 1. Hoc ipsum quoque vult VI. Nat. Quæst. cap. 2: ubi negat *quicquam esse quietis æternæ, quod & perire non possit & perdere.* Hoc ipsum vero solatii loco ponit, & quidem valentissimi: *quandoquidem*, ait, *sine remedio timor stultus est. ratio terrorem prudentibus excutit: imperitis fit magna ex desperatione securitas.* Huc facit & vs. 718: *Stulti timent* &c.

722. *Stultum est vicinum v. u. i.*] Id enim sine proprio damno fieri non potest. Vivum præbet exemplum

plum Egesippus pag. 259. in Alexandrinis, contentionem in ea urbe inter Judæos & Gentiles ortam describens: *Judaeorum*, inquit, *cæsa sunt quinquaginta millia fere* &c. *Crepitabant flammæ sævo per urbem incendio, quæ Judaeorum domibus invectæ, vicina simul depascebant.* Et notat tales Valerianus Serm. XIII: *Invidia percussum est cor eorum. isti sunt, qui adversus se pugnas instituunt, & domos suas proprio igni incendunt &c.* Affine est, quod narrat Livius de M. Livio & Claudio Nerone Censoribus, in fine lib. XXIX. addens: *Itaque ibi fœdum certamen, inquinandi famam alterius, cum suæ famæ damno, factum est.* Nec immerito *fœdum* vocat; quum vix credibile sit, *tam fatuum esse quenquam, ut alium velit cadere cum suo incommodo*, prout censet Philo pag. 1080. Nisi fuerit Atrei illa dementia, quæ exhibetur ab Sen. in Thyeste vs. 190: Quum ulciscendi fratrem certus, sic inducitur:

Hæc ipsa pollens inclyti Pelopis domus
Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.

Bene autem id *stultum* dixit ut & in illo:

Stultum esse alium velle ulcisci pœna sua.

Quare & Comica sententia apud Steph. pag. 216.

Ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.
Ulciscere hostes, sed tuo damno sine.

Adde Æsop. de victoribus duobus. Cæterum strenuitatis esse, nihil non periculi, nihil non laboris subire ostendit Jamblich. apud Stob. pag. 169, quum ἀνδραγαθίαν non tantum ἀήττητον dicit, sed & τῶν ἀγαθῶν ἕνεκα πάντας πόνους καὶ κινδύνους ὑπομένουσαν.

723. *Stultum facit f. q. u. p.*] Huc respicit illud dictum, quod laudatur apud Sophocl. in Antig. vs. 620: *Malum videri esse bonum illi, cui mentem Deus impellit ad exitium*:

Τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
Τῷ δ' ἔμμεν', ὅτῳ φρένας

Θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.

Vide plura huc spectantia apud Piccard. II. Observ. cap. 9. Et infr. ad vs. 742:

Ubi fata peccant, hominum consilia excidunt.

724. *Stultum imperare reliquis, q. n. s.*] In tali conditione considerat populum Romanum Florus tempore belli Socialis: *quum regum & gentium arbiter populus, ipsum se regere non posset.* ut loquitur pag. 86. Nec male Augustinus tom. IX. pag. 830. D. *Qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, si iniqui sunt, non corrigit? quoniam in justitia regis exaltatur solium, & in veritate regis solidantur gubernacula populorum.* Hæc quoque Homeri aliorumque sapientum veraciumque hominum testimonia & dicta agnoscit Dio Chrys. p. 4. A: *Neminem unquam pravum, aut libidinosum, aut avarum, neque sui ipsius posse fieri principem & dominum, neque alterius cujuspiam.* Hinc intelligere est, quid mali accidat, ubi improbo datus tamen magistratus fuerit. Magnas hinc calamitates oriri, asserit Æschines, apud Stob. pag. 412: πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας λαβομένη, μεγάλας ἀπεργάζεται συμφοράς. Cui sententiæ subscribit C. Marius apud Sallust. *Ita injustissime luxuria & ignavia pessimæ artes illis, qui coluere eas, nihil officiunt, Reip. innoxiæ cladi sunt.* Huc enim faciunt illa tyrannidis: *Occidere omne quod bonum est.* Quare egregius est Vellejus in extollendo M. Agrippa, quum ait p. 97: *Magnificentissimo munere ædilitatis edito decessit admodum juvenis; sane, ut ajunt, ingenuarum virtutum, lætusque animi, & ingenii, fortunæque in quam alebatur, capax.* Ex privatarum enim rerum administratione hic conjecturam haud vanam capias. Sic agit Theodorus Syracusanus de Dionysio tyranno apud Diod. Siculum p. 432: C. Οὐκ αἰσχυνόμεθα τὸν πολέμιον ἔχοντες ἡγεμόνα, τὸν τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερὰ σεσυληκότα; καὶ τηλικούτων πραγμάτων ποιοῦντες προστάτην, ᾧ βίον ἰδιωτικὸν οὐδεὶς

ἂν

ἂν εὖ φρονῶν διοικεῖν ἐπιτρέψειεν; *An non pudet nos hostem belli ducem habere, qui templa civitatis sacrilegiis exhausit, illumque tantarum curationi rerum præficere, cujus administrationi nemo recta saltem ratione præditus privatas suas ope commiserit.* Eadem est Isocratis querela pag. 403: Καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους τῶν κοινῶν ἁπάντων καθίσταμεν, οἷς οὐδεὶς ἂν τῶν ἰδίων οὐδὲν ἐπιτρέψειεν. *Et summæ rerum omnium illos ipsos præficimus, quibus nemo privatim quicquam commiserit.* Cum talibus quoque res est Demostheni, uti quos se demirari ait quod, cum rebus privatis non nisi probatos homines præficere soleant, publicas tamen improbis committere non dubitant. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, inquit, τῶν οὕτως ἐχόντων, ὥστε τὰ μὲν ἴδια τοῖς ἐκ τῶν παρεληλυθότων χρόνων οὖσιν ἐπιεικέσι, οὐ τούτοις παρακατατίθεσθαι· τὰ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ κοινὰ τοῖς ὁμολογουμένως ἐξεληλεγμένοις οὖσι φαύλοις ἐπιτρέπειν. Eum autem esse bonum magistratum, qui sit bonus pater familias, pluribus ostenditur, quæ habeo in locis: *Magistratus erit malus* &c. Ad sacra hoc ratiocinium transfert Apostolus Paulus 1 Tim. 3. 5: *Si quis propriæ domui præesse nescit, quomodo ecclesiam Dei curabit?*

Stultus superbis invidet felicibus] Citat ex Publio Zwing. pag. 1034. additque: *Ruinæ sc. proximis. Prudens autem non invidebit.*

725. *Suadere benevoli est p. d. c.*] Hac arte Argyraspidas tractavit Eumenes, testante Justino pag. 115: *Receptus*, ait, *hac lege, paulatim imperium, primum monendo singulos, mox quæ perperam facta erant blande corrigendo, usurpat.*

726. *Submittit se, q. s. e. f.*] Et vice versa. Unde Plin. l. x. ep. 40: *Salva magnitudine tua, Domine, descendas oportet ad meas curas* &c. Plura habet Joh. Chrysost. in Matth. pag. 432. A. ad illa Christi verba: *Et tu Capernaum quæ usque ad cælos exaltata es* &c.

727. *Suis qui nescit p. i. f.*] *Tyrannus enim*, ut ait Philo Judæus pag. 247. *suapte natura inimicus civitatibus quidem homo: corpori autem & animæ, ac utriusque negotiis, intellectus ille ferox, qui arcem in unoquoque communiit.* E contrario autem, ut supra vers 426. dixit:

Multa ignoscendo fit potens potentior.

Bene itaque observat quoque Florus, pop. Romanum per bella intestina hostibus suis favisse. dum scribit pag. 116: *Parthi clade Crassiana altius animos erexerant, civilesque populi Romani discordias læti acceperant.*

728. *Summissum imperium n. t. v. f.*] Sunt verba Gnathonis ad regem. Cui parallelum est illud quod supra vs. 395:

Mansueta tutiora sunt, sed serviunt.

Possunt tamen esse Politica. Quo respiciens Augustus avunculi sui inventum vehementer arguebat, *qui milites commilitones novo blandoque more appellans, dum affectat charior fieri, auctoritatem principis emolliverat.* ut scribit Aurel. Victor. Plura vide ad vers. illum 395.

729. *Suspecta semper o. e.*] Est Senecæ Ep. LXXX. *Mangones, quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum, sive brachium aspiceres, nudari juberes, & ipsum tibi corpus ostendi.* Bene itaque illos ridet Horatius, qui fulgore gemmarum unionumve capiuntur. Sic enim ille l. 1. Sat. 2:

Nec magis huic inter niveos viridesque lapillos,
Sit licet hoc Charinthe tuum, tenerum est femur, aut crus
Rectius: atque etiam melius persæpe togatæ.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat, aperte,
Quod venale habet, ostendit; nec, si quid honesti est,
Jactat habetque palam: quærit quo turpia celet.

Id

Idcirco ornamenta odio habenda esse utpote meretricia, ostendit Philostratus in Epist. pag. 898. D. quod exemplo adducto explanat, addens: ὁ δὲ ἵππους καλλωπίζων χρυσῷ ἢ ἐλέφαντι, ἢ ταινίαις λανθάνει λυμαινόμενος τοῦ ζώου τὸ γαῦρον. *Qui vero equis ornamentum adhibet auro vel ebore vel redimiculis, is imprudens animalis istius superbiam ac generositatem corrumpit ac perdit.* Ornatus enim defectum subesse arguit; quo adminiculo integritas non eget. Hinc ad uxorem suam idem pag. seq. Ἡ καλλωπιζομένη, inquit, γυνὴ θεραπεύει τὸ ἐλλιπὲς φοβουμένη φωραθῆναι, ὃ οὐκ ἔχει· ἡ φύσει καλὴ, οὐδενὸς δεῖται τῶν ἐπικτήτων. *Mulier, quæ mundo ac ornamentis dat operam, excolit id, quod deficit, metuens ne deprehendatur, quod non habet.* Porro quid utilitatis præstent ornamenta, aut contra, consulendus idem rursus pag. 792. D. Καὶ ἡ δέρη ἔτι ἡδίων ὑπὸ τοῦ μὴ κεκοσμῆσθαι· ὅρμοι γὰρ καὶ αὐγαὶ λίθων καὶ περιδέραια, ταῖς μὲν ἐν μετρίῳ κάλλει γυναιξὶν, οὐκ ἀηδῶς προσανθοῦσι· καὶ νὴ Δί᾽ ὥρας τι ἐς αὐτὰς φέρουσιν· αἰσχραῖς δὲ καὶ ἄγαν ὡραίαις, ἀντιπράττουσι. *Et collum propterea suavius, quod ormentis caret. Torques enim lapillorumque fulgores ac monilia mediocri quidem forma præditas mulieres non obscure illustrant. Et per Jovem pulcritudinis nonnihil ipsis afferunt. Turpibus vero & sane quam pulcris adversantur.*

730. *Suspicio sibi i. r. p.*] An vult, suspicionem fingere sibi rivales, qui non sunt? an, suspicando facere ut fiant rivales, qui antea non erant? Prius certe verum probat in eo Terentius, quem loquentem facit in And. a. IV. s. I:

——— *Postquam me amare dixi complacita est tibi.*

731. *Suum sequitur lumen s. i.*] *Nunquam enim quamvis obscura virtus latet, sed mittit sui signa. Quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliget.* quæ sunt verba Sen. de Tranq. cap. VIII. Istud lumen virtutis in

M. Catone extollit Cic. pro Sext. p. 469: *At etiam eo negotio M. Catonis ſplendorem maculare voluerunt, ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret: quæ in tempeſtate ſæva, quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atque hæret in patria, ſplendetque per ſe ſemper, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit.* Præclare quoque Plutarch. in lib. De cup. div. pag. 527. in fin. Τὸ σωφρονεῖν, inquit, τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ γινώσκειν ἃ δεῖ περὶ θεῶν, κἂν λανθάνῃ πάντας ἀνθρώπους· ἴδιον τὸ σέλας ἔχει καὶ φέγγος ἐν τῇ ψυχῇ μέγα, καὶ χαρὰν ποιεῖ σύνοικον αὐτὴν ἑαυτῆς, ἀντιλαμβανομένη τἀγαθόν ἄν τε ἴδῃ τις ἄν τε λανθάνῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους ἅπαντας. *Temperantia, philoſophia, Deorum recta notitia, ut omnes homines lateant, in animo ſuum habent proprium ſplendorem, ſuam lucem magnam: animuſque bonum ſummum amplectens gaudium ſibi contubernale adſciſcit: ſive videatur virtus, ſive ſit Diis hominibuſque ignota.* Hinc Syrus apud Petron: *Probitas eſt carbunculus,* Adde Caſſiod. IX. epiſt. 7: *Naturaliter per ſe commendari poteſt bonum ingenium, etiam cum rebus accidentibus non videtur ornatum.* Quo facit illud Plauti in Pœn. a. 1. ſ. 2.

Proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

Similiter porro bona fama conſideranda venit ſupra vers 89:

Bona fama in tenebris proprium ſplendorem obtinet.

Et appoſite Salluſt. *Majorum gloria poſteris lumen eſt, neque bona, neque mala eorum in occulto patitur.* in Orat. C. Marii. Similia prorſus habemus in ipſa S. S. Sic Pſalm. XXXVII: 6. dicitur *Dominus prolaturus tanquam lucem juſtitiam, & jus tanquam meridiem.* Ita Pſalm. CXII. 4: *Micat in tenebris lux juſtorum.* Prov. IV. 18: *Iter juſtorum ſimile eſt luci ſplendidæ, pergenti lucere, adeo ut eorum quiſque ſit ſtabilis die.* Et vſ.

19:

19. *Via improborum similis est caligini, nesciunt in quid impacturi sint.* Sic & Job. XVIII: 5. *lux improborum exstingui* dicitur.

732. *Tacere nescit i. q. n. l.*] Qui vero novit quid dicere conveniat, novit etiam, quid tacere debeat; ut & quando loqui, quando silere melius sit, quemadmodum, qui nec navigandi tempus novit, qui escendi ignorat. prout disputat Aristid. tom. III. pag. 162. Cui ratiocinio inservit Archidamidæ illud, quod habet Plutarch. in Lycurg. p. 52. C. ὁ εἰδὼς λόγον, καὶ καιρὸν οἶδεν, *qui loqui novit, & tempus novit.* ubi plura præbet sapientum apophthegmata adversus sermonis prolixitatem. Adde Lucianum tom. II. ed. Salm. p. 977. in princ. Solœcistæ, quem confiteri facit; eum, qui solœcissantem agnoscere possit, eundem etiam cavere posse ne solœcisset. Laudat hoc dictum quoque Hieron. tom. I. pag. 70. C. eoque utitur adversus homines indoctos imperitos verbosos tamen: *Certe*, inquit, *si rudes secularium litterarum de tractatibus hominum disertorum quicquam legerint, verbositatem solam discunt, absque notitia scripturarum: & juxta vetus elogium quum loqui nesciant, tacere non possunt.* Similiter agit idem adversus Vigilantium tom. II. pag. 313: *Trade te Grammaticis atque Rhetoribus: disce Dialecticam: sectis instruere Philosophorum, ut cum omnia didiceris saltem tunc tacere incipias. Quanquam stulte faciam, magistro cunctorum magistros quærere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest.* Absensum suum Nostro præbet Philo Judæus pag. 46. *Mea certe sententia qui didicerunt loqui, etiam silere didicerunt, cum utrumque ejusdem facultatis sit. At qui narrant ea, quæ non decet, non eloquentiam ostentant, sed silendi impotentiam.* Vicissim itaque verum est, quod habet Auson. p. 118.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.

Et

Et Plutarch. apud Stob. pag. 387: *μὴ εἰδὼς σιωπᾷν, οὐκ οἶδε διαλέγεσθαι.* Quo tendit rursus Hieronymus tom. II. pag. 364. dum præcipit Onaso silentium, ut disertus videatur. *Dabo tamen consilium, quibus absconditis possis pulcrior apparere: Nasus non videatur in facie: sermo non sonet ad loquendum: atque ita formosus & disertus videri poteris.* Utrumque igitur & loquendi & tacendi opportunitatem nosse generosi & revera regio more instituti hominis esse asserere non dubitat Plutarchus de Garrul. pag. 506. C. de illa Inonis Euripideæ voce loquens, qua se testatur scire

Σιγᾷν θ' ὅπη δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Imo vero sapientis id esse ostendit Sirach. xx. 5: qui tacet dum tempus fuerit, nugatorem vero & amentem id tempus transilire. Ἄνθρωπος σοφὸς σιγήσει ἕως καιροῦ, ὁ δὲ λαπιστὴς καὶ ἄφρων ὑπερβήσεται καιρόν. Et maxime quidem sapere eum, bene Julianus notat in Cæss. pag. 78: Ἔδοξε δὴ οὖν ὁ Μάρκος τά τε ἄλλα θαυμάσιός τις εἶναι, καὶ σοφὸς διαφερόντως, ὅτι οἶμαι διαγινώσκων, λέγειν τε ὅπου χρὴ, καὶ σιγᾷν ὅπη καλόν. Et Basilius apud Stob. p. 387: εἰδέναι ὀφείλομεν, ἃ χρὴ λαλεῖν καὶ ἃ χρὴ σιωπᾷν. *Scire debemus, quæ dicenda, & quæ tacenda sunt.* Utrumque etiam Apulejus II. Florid. in fine, p. 232. meditationibus Academicis didicisse se ait: *& cum dicto est opus, impigre dicere; & cum tacito opus est, libenter tacere.* de qua instituendi ratione vid. Gell. lib. I. pag. 29. Huc accedit, probi hominis esse modum tenere rerum omnium. Unde Theognis ỷ. 614:

Σιγᾷν δ' οὐκ ἐθέλουσι κακοὶ, κακὰ λεσχάζοντες.
Οἱ δ' ἀγαθοὶ πάντων μέτρον ἴσασιν ἔχειν.

Tacere autem nolunt mali, mala garrientes; sed boni omnium modum sciunt habere. Et accurate satis observat Plutarchus inconditam illam multorum in verbis diffluentiam proficisci *ab impotentia animi iram regere ignari,*

nari, *propter ruditatem judicii & vitæ rationem ferociorem:* δι' ἀσθένειαν θυμοῦ δι' ἀκρασίᾳ γνώμης, διαίτῃ θρασείᾳ, ut loquitur in Moral. p. 90. C.

733. *Taciturnitas stulto h. p. s. e.*] Eleganter huc alludit Poëta in Anthol. l. 1. cap. xvi. ep. 7. canos cum prudentia honoratiores esse ostendens, sin absque ea, dedecus potius esse senectutis. Itaque si stultus senex sileat, canos istos videri ipsam prudentiam; sin loquatur, itidem ut capillos juveniles, non prudentiam, sed capillos esse:

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ γεραρώτεραι· αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ,
Μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.
Αἱ τρίχες ἦν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες· ἦν δὲ λαλήσῃς,
Ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τρίχες.

Qui tacet, certe videri potest propter ea quæ sciat gravitatem quandam induisse, & tanquam data opera sententiam suam celare, ut ostendit Dio Chrysost. pag. 430. C. atque ita hoc ipsum in silentio multi admirari possent, πολλοὶ γὰρ δὴ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐθαυμάσθησαν τὸ σιγᾷν. Expressit autem hic probe Salomonis illud: *Etiam stultus in quiete consistens, sapiens reputatur; obturans labia sua, prudens.* Prov. xvii: 28.

734. *Tam deëst avaro q. h. q. q. n. h.*] Cum neutro utatur, hoc, quia caret; illo, quia non vult. Vid. Zwing. 591. Tangit hoc quoque Manilius lib. iv. vs. 7:

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit:
Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.

Ubi Scal. in Notis.

735. *Tamdiu discendum e. h. q. n.*] Est Senecæ Epist. 76. ubi ait: *Tamdiu discendum est, quemadmodum vivas, quamdiu vivis.* Nam, ut in eadem epist. loquitur, *quid stultius, quam, quia diu non didiceris, non discere?* Merito itaque suo laudatur iste a Plinio, ad quem scribit lib. iv. ep. 23. *Cognovi multum te dis-*

disputare, multum audire, multum lectitare: quumque plurimum scias, quotidie tamen aliquid addiscere. Item ille, de quo lib. VIII. cp. 23. *cujus hæc præcipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur: hæc præcipua eruditio, quod discere volebat.*

736. *Timidus vocat se cautum, p. s.*] Sic enim fere assolet, ut vitiis speciosa nomina prætendantur. Quod ipsum cum Nostro egregie quoque observat Tacitus II. Ann. pag. 54. in verbis Galli Asinii, publicum luxum defendentis: *Facilem*, inquit, *adsensum Gallo, sub nominibus honestis, confessio vitiorum & similitudo audientium dedit.* Sincerius multo D. Hieronymus in Apolog. adv. Ruf. *Poteram & ego in te falsa congerere, & dicere me vel audisse, vel vidisse, quæ nullus norat, ut apud ignorantes impudentia veritas, & furor constantia putaretur.* Est enim virtutibus quædam ac vitiis vicinitas, ut loquitur Quintilianus; quid mirum itaque si pro suo quisque scopo utatur proxima verborum derivatione? hac arte Minucius Magister equitum Dictatorem Fabium, *pro cunctatore segnem pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat*, uti scribit Liv. lib. XXII. pag. 212. Quæ res adeo placuisse videtur Quintiliano; ut in Inst. Orat. p. 176. præceptum inde cudat: *quia sit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, utendum proxima derivatione verborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro avaro parcum vocemus.* At vero adulatorum hanc artem maxime propriam esse, ostendit Plutarch. De adul. & amic. pag. 56. C. Ἐν δὲ ταῖς κολακείαις ὁρᾷν χρὴ καὶ παραφυλάττειν, ἀσωτίαν μὲν, ἐλευθεριότητα καλουμένην, καὶ δειλίαν ἀσφάλειαν· ἐμπληξίαν δὲ ὀξύτητα· μικρολογίαν δὲ σωφροσύνην· τὸν δ' ἐρωτικὸν, φιλοσυνήθη καὶ φιλόστοργον· ἀνδρεῖον δὲ, τὸν ὀργίλον καὶ ὑπερήφανον· φιλάνθρωπον δὲ, τὸν εὐτελῆ καὶ ταπεινόν. *In adulationibus vero quoque observandum est, quod prodigalitas liberalitatis vocabulo,*

timi-

timiditas cautionis, temeritas celeritatis, ſordes frugalitatis, amoribus deditus conſuetudinis amantis & ad caritatem propenſi, iracundus ac ſuperbus animoſi, vilis humiliſque humani titulo afficitur. Sic enim, ut paulo poſt bene obſervat auctor ille, dum contraria vitia reprehendunt traducunt aut rident, occulte eorum quibus aſſentantur vitia laudant atque fovent, τῷ ψέγειν τἀναντία καὶ λοιδορεῖν, ἢ διασύρειν καὶ καταγελᾶν, λανθάνουσι τὰ προσόντα κακὰ τοῖς κολακευομένοις ἐπαινοῦντες καὶ τρέφοντες.

737. *Tormentum o dulce, a. u. r. g.*] Huc facit Juſtinus, quum hujuſmodi tormenti ſpecimen nobis præbet in Philippo Macedonum rege lib. IX. pag. 72: victis enim Athenienſibus, *ita inter tacitam lætitiam & dolorem hoſtium temperavit, ut neque apud ſuos exſultaſſe, neque apud victos inſultaſſe videretur.*

738. *Turpis inopia eſt, q. n. d. g.*] Hoc ſuo docebant exemplo Græci illi, de quorum profuſione in excipiendo Xerxe perſarum rege refert ex Herodoto Athenæus lib. IV. p. 146. A. quorum nonnullos hac ratione adeo in omnem miſeriam prolapſos fuiſſe ait, ut profugi tandem exularint. Ἡρόδοτος δέ φησιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ, ὡς οἱ ὑποδεχόμενοι Ἑλλήνων τὸν βασιλέα καὶ δειπνίζοντες Ξέρξην, ἐς πᾶν κακὸν ἀφίκοντο οὕτως, ὥστε ἐκ τῶν οἴκων ἀνάστατοι ἐγίνοντο. De luxu Romanorum ſimilia memorat Tacitus III. Ann. pag. 103: *Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur.* Ab hoc inſtituto deterret ſuos Sirachides cap. XVIII. vſ. 34: Μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ, καὶ οὐδέν σοι ἐστὶν ἐν μαρσιππείῳ, ἔσῃ γὰρ ἐπίβουλος τῆς ἰδίας ζωῆς λαλητός. *Ne fias pauper convivia ex fœneratione frequenter exhibendo, quum nihil eſt in marſupio tibi: nam famoſus eſſes inſidiator tuæ ipſius vitæ.* Meliori mente Seneca, impoſitus forte ruſtico vehiculo ſe ipſe reprehendit, quod ideo erubeſceret,

ret, & *perversam* illam, uti vocat, *recti verecundiam* abjicere studet. *Qui sordido*, inquit, *vehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. Parum adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palam ferre, etiam nunc curo opiniones viatorum.* Epist. LXXXVII. Discrimen vitæ frugalis & luxuriosæ exponit quoque Liban. pag. 366. & satis salse ridet gloriosum illud genus hominum, quos inter & eos recenset, *qui juga alunt equorum edacium, quorum beneficio aleastrum ipsis tribuitur, & paulo post fames.* Vide me in: *Præda caballorum.* Imprimis autem hæc natæ de gloria turpitudinis nota adhæsit ludorum editoribus apud Athenienses, quos diserte testatur Demosthenes ἀνηλωκέναι πολλάκις πάντα τὰ ὄντα εἰς τὰς λειτουργίας, *sæpe omnes opes suas in hæc munera effudisse.* in ea contra Midiam pag. 393. Talis quispiam monstratur apud Antiphanem in Comic. Gr. Steph. p. 36: qui vestimenta aurata cum choris suppeditasset, ipse laceram vestem gestaret.

Χορηγὸς θ' αἱρεθεὶς ἱμάτια καὶ
Χρυσᾶ παρασχὼν τῷ χόρῳ ῥάκκος φορεῖ.

Nec Romanos mores hac culpa vacasse indicio poterunt esse verba Vopisci in vita Carini: pag. 374. D. ed. in 4: ubi Junium Messallam libere culpat quod *patrimonium suum scenicis dederit, hæredibus abnegaverit: matris tunicam dederit mimæ; lacernam patris mimo.* Et paulo post: *Et hæc quidem*, inquit, *idcirco ego in litteras retuli, quo futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua, proscriptis legitimis hæredibus, mimis & balatronibus deputarent.* Bene Noster paulo inf.

Ubi cœpit pauper divitem imitari, perit.

739. *Tuta est jactura, q. f. n.*] Supra 163. dixit:

Despicere oportet, quod possis deperdere.

740. *Tutissima res t. n. p. d.*] Hujuscemodi in sententia persistit egregie Arrianus ad Epict. ut probet ni-

nihil timendum esse eorum, quæ vulgo timentur, veluti mors, exilia, aliaque τ̃ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ut loquuntur Philosophi, concluditque διὰ τοῦτο ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς μεμνημένος, τίς τ' ἐστὶ καὶ πόθεν ἐλήλυθε, καὶ ὑπὸ τίνος γέγονε, πρὸς μόνῳ τούτῳ ἐστὶ, πῶς τ̃ αὐτοῦ χώραν ἐκπληρώσῃ εὐτάκτως καὶ εὐπειθῶς τῷ θεῷ. *Quocirca vir bonus & sapiens, memor quis sit & unde venerit, & a quo factus sit: in eo solo elaborat, quo pacto suam stationem rite tueatur, Deoque suam probet obedientiam.* In eadem obedientia & submissione sola tutam esse positam vitam contendit idem pag. 369. Τί οὖν γένηται, inquit, οὐκ ἐστιν εὑρεῖν ἀσφαλῆ σύνοδον πιστὸν, ἰσχυρὸν, ἀνεπιβούλευτον; οὗτος ἐφίστησι καὶ ἐννοεῖ ὅτι ἐὰν τῷ θεῷ προσκατατάξῃ ἑαυτὸν, διελεύσεται ἀσφαλῶς. *Non licet ergo invenire comitem, per quem tutus sis, fidelem, firmum, insidiarum expertem? imo vir prudens ita rem considerat, hanc rationem secum init: si Deo se dederit tuto iter se confecturum.* Huc redit & illud Plutarchi, quo eos solos pro liberis habendos esse judicat, qui rationi parent, seu Deum sequuntur, quod pro eodem accipiendum esse asserit. verba ejus sunt in lib. de Audit. pag. 37: D. Σὺ δὲ πολλάκις ἀκηκοὼς ὅτι ταυτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ τῷ πείθεσθαι λόγῳ, νόμιζε τὴν εἰς ἄνδρας ἐκ παίδων ἀγωγὴν, οὐκ ἀρχῆς εἶναι τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀποβολὴν, ἀλλὰ μεταβολὴν ἄρχοντος, ἀντὶ μισθωτοῦ τινος, ἢ ἀργυρωνήτου, θεῖον ἡγεμόνα τοῦ βίου λαμβάνουσι τ̃ λόγον, ᾧ τοὺς ἑπομένους ἄξιον ἐστι μόνους ἐλευθέρους νομίζειν. Affine est illud Synesii Epist. 2. *Vacuitas timoris maxima est, timere leges.* Vide locos. *Timor.* Patet autem amphibolia in voce *timere*: qui enim alios timet, habet eos infensos, ergo periculum ab eis: qui Deum habet amicum: nam timor Dei est religio. Quo alludit optime Prosper Epig. 73:

Converti namque ad Dominum certissima vita est:
Et pacem offensi quærere sola salus.

Qui terret, parcet; qui percutit, ipse medetur:
Vivere vis? illi subdere, quem metuis.

Quo nomine Siracbides jam commendavit timorem Dei: sic cap. I. vs. 11: φόβος κυρίου τέρψει καρδίαν, καὶ δώσει εὐφροσύνην καὶ χαρὰν καὶ μακροημέρευσιν. *Timor Domini delectabit cor, & suppeditabit lætitiam gaudiumque & longævitatem.* Et xxv: 16: idem iste φόβος κυρίου dicitur ἀρχὴ ἀγαπήσεως αὐτοῦ. *principium dilectionis ejus.* In amore autem Dei, quantum præsidii ponendum sit, vid. Joh. Chrysost. in Epp. pag. 956. C.

741. *Ubi cœpit pauper d. i p.*] Idem docet Phæd. Fab. XXIV. de rana rupta & bove, ubi ait:

Inops potentem dum vult imitari, perit.

Cujus fabulæ argumentum egregie quoque tractat Horatius. II. Sat. 3. vs. 312: ubi talem quempiam ludit:

An quodcunque facit Mæcenas, te quoque verum est,
Tanto dissimilem & tanto certare minorem? &c.

Nec displicuit Martiali, dum solito facetiarum sale perstringit Otacilium Torquati imitatorem: lib. X. Epig. 79:

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum:
Ad quartum breve rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Exstruxit: cucumam fecit Otacilius.
Disposuit Daphnona suo Torquatus in agro:
Castaneas centum sevit Otacilius.
Consul Torquatus: vici fuit ille magister,
Nec minor in tanto visus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

Multo satius itaque erit ipsius Horatii exemplum admittere, prout de æmulando Pindaro suam exponit mentem lib. IV. od. 2:

Mul-

Multa Dircæum levat aura Cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, uvidique
Tiburis ripas, operosa parvus
Carmina fingo.

742. *Ubicunque est pudor, s. i. s. e. f.*] Ubi vero ille abest, quam non possit ulla esse fides dilucide exponit Cic. de FF. pag. 63: *Jam si modestia, si pudicitia, si, uno verbo, temperantia pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur: quod adulterium, quod stuprum, quæ libido non se proripiet, ac projiciet, aut occultatione proposita aut impunitate aut licentia?* Ubi porro fides est, non potest ibi locum habere metus, nec eo opus est. Quod Livius observat Numæ temporibus obtinuisse, quippe qui *ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac jusjurandum propulso legum ac pœnarum metu, civitatem regerent.* ut loquitur Liv. pag. 8. Par morum apud Scythas sanctitas. prout ipsos de se testari audimus apud Curt. lib. VII. pag. 255: *Nos religionem in ipsa fide novimus. Qui non reverentur homines fallunt Deos.*

743. *Ubi fata peccant h. c. c.*] Eam fatorum vim haud inconcinne descripsit Pausan. pag. 120: Τὰ δὲ ἀνθρώπων, inquit, οὐχ ἥκιστα τὸ πρόθυμον ἡ πεπρωμένη κατὰ ταὐτὰ ἐπικρύπτει, καὶ ἡ ψηφῖδα ἐπιλαβοῦσα ἰλὺς ποταμοῦ: *Verum plerumque in rebus præclare gerendis alacritatem nihilo fere minus fatum, quam calculos fluviorum limus obruit.* Ita J. Cæsaris cædem plurimis præsagiis atque indiciis futuri periculi præcedentibus, ubi narrat Vellejus; *Sed profecto*, inquit, *ineluctabilis fatorum vis, cujus cum fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.* pag. 68. Hinc aut spretis aut neglectis salutaribus con-

filiis ſæpe certam in perniciem ruere homines videas. Tali in conditione rerum Demoſthenis conſilium ſprevit Nicias; quum enim ille Sicilia excundum cenſeret, *Nicias ſeu pudore male acta rei, ſeu metu deſtitutæ ſpei civium, ſeu impellente fato, manere contendit*, ut loquitur Juſtin. pag. 42. Sic Darius *deſtinatus ſorti ſuæ & jam nullius ſalubris conſilii patiens* dicitur Curtio lib. v. pag. 157. Adde Tac. qui de Vari cæde pari modo ſtatuit; referens nimirum Segeſtis indicia, qui, *parari rebellionem, ſæpe alias, & ſupremo convivio, poſt quod in arma itum*, aperuiſſet; *Sed Varus*, inquit, *fato & vi Arminii cecidit*. lib. 1. Ann. cap. 55. Nec tantum non admittent aliorum recta conſilia, ſed & ipſis divinitus quaſi læva aliqua vel etiam prava mens immiſſa videbitur. Sic Amphiſſenſium quendam, hominem importuniſſimum, & illiberalem, qui multa odioſa contra Remp. Athenienſium in concilio Amphictyonum dixerat, tanquam *divinitus forte impulſum ad peccandum* conſiderat Æſchines in ea contra Cteſ. pag. 290: Ἄνθρωπος ἀσελγέστατος, καὶ, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, οὐδεμιᾶς παιδείας μετεσχηκώς, ἴσως δὲ καὶ δαιμονίου τινὸς ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν προαγομένου. Affine eſt id, quod de Thebanis judicium fert in eadem orat. pag. 293. A. tametſi enim neque juſte neque recte de ſumma rerum deliberaſſent, tamen vecordiam illam & dementiam non humanitus eos invaſiſſe, ſed divinitus; εἰ καὶ μὴ δικαίως περὶ ὅλων οὐδ' ὀρθῶς βουλευσάμενοι, ἀλλὰ τήν γε θεοβλάβειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ δαιμονίως κτησάμενοι. Inde Silius quoque Flaminium Conſulem, ut fatorum vi plane mente captum conſiderat lib. v. vſ. 53:

Ocyus interea propelli ſigna jubebat
Excuſſus conſul fatorum turbine mentem.

Iterumque in Cannenſi clade Livius de Varrone & Paullo: *majoris partis ſententia*, inquit, *ad nobilitandas*

das

das clade Romana Cannas, urgente fato, profecti sunt. lib. XXII. pag. 222. Hoc sensu igitur *occæcare animos*, etiam *Fortuna* dicitur apud eund. lib. V. cap. 37. *ubi vim suam ingruentem refringi non vult.* Nihil igitur valet prudentia, nihil sagacitas. *Sed nimirum*, sunt verba Apuleji, *nihil Fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudentis vel remedio sagacis divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest*, lib. IX. Metam. p. 45. Sic etiam Magiam a fato multum remotam esse judicat idem Apol. II. pag. 370: *Quæ enim*, inquit, *relinquitur vis cantaminibus & veneficiis, si Fatum rei cujusque, velut violentissimus torrens, neque retineri potest, neque impelli.* Frustra etiam quæcunque molimina adversus Fati necessitatem esse præclarum est documentum, quod in historia Acrisii præbet Pausan. pag. 58: frustra fuisse ostendens omnem illius crudelitatem in filiam nepotemque excogitatam ad irritam faciendam accepti olim responsi vocem; quum tandem tamen ab Perseo nepote disco occisus sit. Καὶ Ἀκρισίῳ μὲν, inquit, ἡ πρόρρησις τοῦ θεοῦ τέλος ἔσχεν οὐδὲ ἀπέτρεψέν οἱ τὸ χρεὼν τὰ ἐς τὴν παῖδα καὶ τὸν θυγατριδοῦν παρευρήματα. Tali quoque voce Theoclus vates Aristomenem Messeniorum imperatorem compellat apud eundem pag. 132: cum Messeniorum vires continuis excubiis valde attererentur: τί μάτην τόνδε ἔχεις τὸν πόνον; ἁλῶναι Μεσσήνην πάντως ἐστὶ πεπρωμένον. *Quid inanem operam sumis? expugnari Messenen fato omnino decretum est.* Cæterum id ipsum quod hic Fato tribuerunt illi, de Deo testatur SS. ut Job. XII: 17: *Qui facit, ut consulti deveniant in dementiam, & judices stultos reddit.* Inde contra Ædomæos Jer. XLIX: 7: *An nulla amplius est sapientia in Temane? periitne consilium a prudentibus? exolevit sapientia eorum?*

746. *Ubi omnis vita metus est, m. e. o.*] Talem vitam

tam bene depinxit Isocrates p. 503. nihil nempe miserius esse, quam vivere semper in metu, ne quis adstantium te occidat; adeo ut non minus ipsos qui sibi a te cavent, quam illos qui tibi insidiantur, timeas. Τί γὰρ ἐστιν ἄλγιον, ἢ ζῆν ἀεὶ δεδιότα, μήτις αὐτὸν τῶν παρεστώτων ἀποκτείνῃ, καὶ μηδὲν ἧττον φοβούμενον τοὺς φυλάττοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Supra vs. 179:

Eheu quam miserum est fieri metuendo senem!

747. *Ubi peccat ætas major, m. d. m.*] Optimum itaque illud Persarum institutum, de quo agit Xenoph. Cyri Pæd. pag. 5. A. temperantiæ quippe, obedientiæ magistratibus præstandæ, ventris ac potus abstinentiæ præcepta eo melius observari ab junioribus, quod præeuntes in hisce omnibus habeant seniores. Hinc etiam est, quod Cyrus apud eundem in fine lib. VII. non dubitet asserere, *hac ratione juniores, etiamsi velint, non facile improbos evasuros, quando nihil turpe sint conspecturi neque audituri.* Αὐτοὶ γὰρ, inquit, βελτίονες ἐσόμεθα, βουλόμενοι τοῖς παισὶν ὡς βέλτιστα παραδείγματα ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχειν· οἵ τε παῖδες οὐδ᾽ ἂν εἰ βούλοιντο ῥᾳδίως πονηροὶ γένοιντο, αἰσχρὸν μὲν μηδὲν μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες, ἐν δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασι διημερεύοντες. Id ipsum quoque monet sub Nicoclis persona Isocr. pag. 89. Προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ᾽ ἀρετὴν, μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις ὑποδεικνύοντες αὐτοῖς, ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθούς. *Adolescentes ad virtutem excitate non tantum præcipiendo, sed ipsis etiam actionibus eis demonstrando, quales præstantes viros esse oporteat.* Eam enim de senioribus adolescentes sententiam teneant necesse est, quam & filii sui de se fuisse ait Terentianus iste Heaut. a. I. s. I. 63:

Ætate me putavit & sapientia
Plus scire & providere, quam se ipsum sibi.

Non ut ille, de quo Juven. Sat. VIII. vs. 152.

oc-

—— *occursum nunquam trepidabit amici*
Jam senis.

Nihil mirum itaque si prava exempla hic noceant. Optime hac de re Cic. de Off. pag. 368. senectuti operam dandam esse docens, ut & juventutem consilio, prudentia adjuvet. *Luxuria vero*, inquit, *cum omni ætati turpis tum senectuti fœdissima est. Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est, quod & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam.* Huc facit illud quod habet Stob. pag. 468: in quibus urbibus inverecunde degant seniores, ibidem & natos & nepotes nasci inverecundos. Ὡς ἐν αἷς πόλεσι πρεσβυτέρων, ἀναισχυντίαι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι. Itemque Plutarchi illud pag. 14. B. Ὅπου γὰρ γέροντες εἰσὶν ἀναίσχυντοι, ἐνθαῦτ' ἀνάγκη καὶ νέους ἀναιδεστάτους εἶναι. *Ubi enim senes sunt impudentes, necesse est ibi adolescentes quoque inverecundissimos esse.* Quam sententiam Platonis esse testatur citatque rursus in Quæst. Rom. p. 272. C. Tanto autem turpiora senibus sunt juvenum peccata, quod ipsa ætatis maturitas facillimam ipsis temperantiam reddat, ipsique eo magis sapere debeant, ut observat Liban. pag. 531. Egregius porro est Juvenalis Sat. XIV. in exsequenda hac materia:

Si damnosa senem juvat alea; ludit & hæres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo. &c.

Ad magistratus referri quoque potest hæc sententia, nam eorum exempla sequitur populus; unde Claudianus:

—— —— *Componitur orbis*
Regis ad exemplum. —— ——

Admittenda itaque & hic ista Lævini Consulis sententia, quam præbet Liv. lib. XXVI. p. 292. *Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris facilius omnes obedientes habeas.* Ratio hujus

rei ea esse potest, quam suppeditat Quintilianus Declam. III. p. 17: *Hæc enim conditio superiorum est, ut quicquid faciunt, præcipere videantur: & perniciosissimus est malæ rei maximus quisque auctor.* Quanta autem vis sit & temporis & loci, dilucide ostendit Cic. de Off. p. 370 ubi laudat illam Periclis vocem; qui, *cum haberet collegam in pratura Sophoclem poëtam, hique de communi officio convenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles: O puerum pulcrum Pericle! At enim prætorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* Hinc indignatio Nazianzeni tom. I: pag. 890. B: *Diuturno detrimento multati sumus, dum scilicet urbium prima virorum primum non haberet. Oportebat enim, ni fallor, bonum diffundi omniumque utilitatem omnibus communicari.* Inde quoque bene Salvian. pag. 208: ubi agit de symbolo; *Nihil*, ait, *sequens stat, si principale non steterit.* Et pag. 246. patres familias quosdam hoc stigmate notat. *Hic jam quæro*, inquit, *a sapientibus, cum hæc ita essent, quales putent fuisse illic familias, ubi tales erant patres familias? quanta servorum illic corruptela, ubi dominorum tanta corruptio? morbido enim capite, nil sanum est, neque ullum omnino membrum officio suo fungitur, ubi quod est principale, non constat.* Huc referri omnino meretur illud Euripidis in Hipp. vs. 411: Quando turpia placent iis, qui habentur boni, tum vero valde honesta videantur illa malis necesse est:

Ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
Ἦ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς εἶναι καλά.

Talis item est argumentatio Senecæ Epist. CXXIII: *Non debet excusationes vitio Philosophia suggerere. nullam habet spem salutis, quem ad intemperantiam medicus hortatur.*

748. *Ubi timetur, n. q. t. n.*] supra 706:

Si

Si nil velis timere metuas omnia.

749. *Velox consilium s. p.*] Ita Lucianus in Anthol. lib. I. cap. 88:

Ἡ βραδύπους βουλὴ μέγ᾽ ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει.

Tardum consilium longe melius: velocius vero semper secum tractam pœnitentiam habet. Et præclare Damocritus apud Liv. lib xxxi. p. 377: *Rem magni discriminis consiliis nullam esse tam inimicam quam celeritatem*, dixit. *Celerem enim pœnitentiam, sed eandem seram atque inutilem sequi; quum præcipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint.* Et apud Tacitum T. Vinius I. Hist p. 348: *Scelera impetu, bona consilia mora valescere.* Vid. supra vs. 6.

Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.

750. *Verbum omne refert i. q. p. a.*] Patet hoc in illo certamine Consulis cum Tribuno, quod narrat Livius lib. II. p. 40. Quum enim hic quosdam, submoveri jussos nec cedentes viatori adolescentes prehendi jussisset, Consul se ei opponens, negat Tribunum *submovere pro imperio posse more majorum: quia ita dicatur: Si vobis videtur, discedite Quirites.* Docent id porro exempla tyrannorum, qui maligna alicujus dicti interpretatione erga innoxios sæpe exacerbati sunt. Hoc modo Tiberius *Zenonem quendam exquisitius sermocinantem, cum interrogasset, quanam illa tam molesta dialectos esset: & ille respondisset Doridem: relegavit Cinariam: existimans exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur*, ut refert Suet. cap LVI. Sic plures a Domitiano aut morte aut exilio multatos, recenset in vita ejus cap. x. non nisi ob quosdam *suspiciosos quidem, verum & veteres & innoxios jocos.* His adjungere licet illos quos ludibrio quodam *inique interpretato*, interfectos esse prodit Ammian. lib. xxx. p. 512. Inde Plinius *dubii sermonis libros octo scripsit sub*

Nerone novissimis annis, quum omne studiorum genus paulo liberius & erectius, periculosum servitus fecisset, ut de eo refert Plin. Jun. III. ep. 5. Apposite quoque ad hanc sententiam loquitur Apulejus, docetque quid in aliquo dicto interpretando observandum sit. Sic enim ille p. 369. *Multa sunt quæ sola prolata calumniæ possint videri obnoxia. Cuavis oratio insimulari potest; si ea quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur: si quædam ex ordine scriptorum ad libidinem supprimantur: si quæ simulationis causa dicta sunt, adseverantis pronunciatione quam exprobrantis legantur.* Quo non male facit etiam Tacitus III. Ann. cap. 70. Ateji Capitonis verba illa, aspernantis, quod Cæsar Ennium inter reos recipi vetaret, referens. *Intellexit hæc Tiberius*, inquit, *ut erant magis, quam ut dicebantur.* Nec in verbis tantum hoc spectandum est, sed & in rebus. Quare Seneca III. de Ira cap. 35. invehitur in istam quorundam iracundiam, qua omnia domesticorum suorum in pejus acciperent: *Respondisse tibi indignaris servum libertumque & uxorem & clientem. Deinde de Rep. libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. Rursus, si tacuit interrogatus, contumaciam vocas. Et loquatur & taceat & rideat. Coram Domino? inquis. imo coram patre familias.* Sic facinus quoque aliquod refert in quam partem rapias. Hinc est, ut testatur Tac. pag. 6. Quod *occisus dictator Cæsar, aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur.* Hinc quoque defendenti luxum civitatis Gallo Asinio *facilem adsensum, sub nominibus honestis, confessio vitiorum & similitudo audientium dedit.* ut loquitur idem II. Ann. p. 54. Sic de Nerone lib. XIII. cap. 47. *Suspectabat maxime Cornelium Sullam, secors ingenium ejus in contrarium trahens, callidumque & simulatorem interpretando.* & Otho de Galba apud eundem I. Hist. p. 350: *Quæ alii scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus, severitatem*

tem

tem pro sævitia , parsimoniam pro avaritia , supplicia & contumelias vestras disciplinam appellat. Huc accedant prodigia , ab his in bonam ab aliis in malam partem sæpius accepta. Tale illud rursus Taciti XIV. Ann. p. 268: *Jam Oceanum cruento adspectu , dilabente æstu , humanorum corporum effigies relictas , ut Britanni ad spem , ita veterani ad metum trahebant.* Et de ruina theatri Neapolitani vacui tamen & sine noxa lib. XV. pag. 297: *Illic , plerique ut arbitrabantur , triste ; ut ipse Nero , providum potius & secundis numinibus evenit.*

751. *Verum est quod p. s. f. m.*] *Verum* h. e. justum , æquum. Sic *verum* passim sumitur auctoribus vid. me : *Mendacii.* Re ipsa congruit huic sententiæ illud Sophoclis in Philoct. vs. 108:

N. Οὐκ αἰσχρὸν ἡγῇ δῆτα τὰ ψεύδη λέγειν ;
O. Οὐκ εἰ τὸ σωθῆναι γε τὸ ψεῦδος φέρει.

N. Non turpe ducis mendacia loqui ? O. Non , si mendacium salutem afferat. Item illa quæ habet Stob. pag. 237. ex Eurip.

Ἔγωγέ φημι καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
Ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Ego vero dico , etiam legem non vereri in rebus calamitosis plus esse quam necessarium. Ex Diphili thes.

Ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον οὐθὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές.

Puto mendacium pro salute quod dicitur , nihil incommodi parere. Hinc ibidem Herodotus : Ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι , λεγέσθω. *Ubi mendacio opus est , dicendum esse mendacium.* Cui respondet illud Democriti : veritate opus esse , ubi ea præstet mendacio : Ἀληθομυθεύειν χρεὼν ὅπου λώϊον. Nimirum faciles in hisce negotiis Deos sibi putabant illi , adeoque nec metuendos ; etiamsi quis jurejurando mortem effugere vellet , aut vincula , aut violentiam hostium. prout rursus Stob. ex Eurip. p. 361:

Συγ-

Συγγνώμονας τοι τὰς θεὰς εἶναι δοκεῖ,
Ἐὰν τις ὅρκοις θάνατον ἐκφεύγειν θέλῃ,
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακά.

Hinc & in eo gloriatur ille apud Dion. Chrisost. quod tum, cum omnibus videretur necessarium mentiri propter timorem, solus ausus tamen fuerit veritatem dicere, præsertim cum de vita periclitaretur. Vid. eum pag. 38. *Imo nihil, quod salutis ferendæ gratia fit criminosum est*, ait Apulejus. pag. 336. Circa ægros imprimis hoc usu venire, ut mentiamur & fingamus sermones, quibus oblectentur, & si quid adversi acciderit occultemus, quodque malum fuerit, quasi bonum esset asseramus, non male observat Liban. pag. 585. D. Huc redeunt illa Max. Tyrii Dissert. III. p. 21. Ἐγὼ δὲ μὴ ὅτι θεὸν, ἀλλ' οὐδὲ ἄνδρα ἀγαθὸν ἀξιῶ ἐπιτηδᾷν τῷ ἀληθεῖ. οὐδὲν γὰρ σεμνὸν τὸ τἀληθῆ λέγειν, εἰ μὴ γίνοιτο ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ μαθόντος. οὕτω καὶ ἰατρὸς νοσοῦντα ἐξαπατᾷ καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας· καὶ δεινὸν οὐδέν· ἀλλὰ ἤδη καὶ ψεῦδος ὤνησεν ἀνθρώπους, καὶ τἀληθὲς ἔβλαψεν. *Ego vero non Deo tantum, sed & viro bono indignum esse puto, ut occasione qualibet, verum dicere occupet. Nec enim res per se præclara est verum dicere, nisi id cum utilitate fiat ejus, qui audit. Ita sæpe medicus ægros, dux exercitum, gubernator fallit nautas: nec hoc in iis reprehenditur. Quid quod mendacia sæpe prosunt hominibus, nocet contra veritas?*

752. *Verum cur non audimus? q. n. d.*] Nam eidem competit & dicere velle & audire verum, ut Aristid. tom. III. p. 631: Τοῦ αὐτοῦ καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν ἐθέλειν τἀληθῆ. Huc facit Senec. epist. XXIX. qui de Marcellino scribens: *Raro*, inquit, *ad nos venit, non alia ex causa, quam quia verum audire timet. a quo periculo jam abest: nulli enim nisi audituro dicendum est.* Id autem ut inveteratum vitium jam suo tempore deplorat Athenæus, quod nempe ita occupaverit hominum judicia, ut omnia fere ad gratiam & dicantur & fiant.

Sic

Sic enim ille p. 254. E: Νῦν ἢ καὶ κακεξία τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους· αἵ κρίσεις τε ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ. Huc quoque referri meretur illud Plinii lib. III. ep. 21: *Fuit moris antiqui, eos qui vel singulorum laudes vel urbium scripserant aut honoribus aut pecunia ornare: nostris vero temporibus, ut alia speciosa & egregia, ita hoc imprimis exolevit. Nam postquam desiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.*

753. *Veterem ferendo injuriam invites novam.*] Zwing. 1060. ait: *Si sinis impunitum peccatum, facis ut iterum peccare liceat.* Etiam apud pravos, qui mansuetudine pejores fiunt; οὐ γὰρ δυσωπεῖ τοὺς πονηροὺς ἐπιείκεια. *non enim pravos homines lenitas inflectit*, ut loquitur Nazian. Ep. 77. B. & ut sæpius Joh. Chrys. in Epp. Hinc etiam idem Naz. cum nostro plane concinit tom. II. pag. 254.

Φιλεῖ γὰρ ὕβρις ἡ πάλαι τίκτειν νέαν.

Nam vetus injuria parere novam amat. Quibus accedit Libanius p. 225. B: Εἰ μὴ τὰ πρῶτα τῶν ἀδικημάτων ἐπιστροφῆς τύχοι, φανεῖται ταχέως καὶ τὰ δεύτερα. *Nisi primæ injuriæ animadversionem nanciscantur, comparebunt quam primum alteræ.* Ita nimirum comparatum est, ut homines iis, quos quam paratissimos vident imperata exsequi, semper plura insuper injungenda comminiscantur. Ita Isocrates p. 295: Πάντες εἰώθασι τοῖς λίαν ἑτοίμως ποιοῦσι τὸ προσταττόμενον, ἀεὶ πλέον προσεπιτάττειν, ὧν ἂν ἐξ ἀρχῆς ἐπινοηθῶσι. Sed & eorum hoc imprimis esse, qui tyrannidem affectent, ut in eam consuetudinem populum adducant, ut nihil penitus grave cuiquam videatur quod rex in aliquem statuerit, patet egregie exemplo Apellis istius de quo Polyb. pag. 339. A. hoc enim agebat ille, πεπεισμένος, inquit, διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου, τὸ κατὰ βραχὺ λήσειν εἰς συνήθειαν ἀγαγὼν, τὸ μηδένα μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν, ὅ τι ἂν πάσχῃ τις ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Quare & Thucid. in Conc. Her-

Hermocratis ad Sicilienses; pag. 292. non eos, qui imperium affectant, sed eos, qui ad imperata facienda sunt propensiores vituperat; *Homines enim ita nati sunt*, inquit, *ut semper illos quidem, qui cedunt, imperio premant, ab illis vero sibi caveant, qui arma ipsis inferunt.* Καὶ οὐ τοῖς ἄρχειν βουλομένοις μέμφομαι, ἀλλὰ τοῖς ὑπακούειν ἑτοιμοτέροις οὖσι· πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴκοντος, φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν. Bene itaque Pericles dissuadet Atheniensibus talem ἐπιείκειαν ad Lacedæmoniorum imperata. apud eundem lib. I. p. 93. C. Οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, inquit, καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες ἀπισχυρισάμενοι δὲ, σαφὲς ἂν καταστήσητε αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι. *Quibus si concesseritis, quod petunt, protinus etiam aliquid aliud majus vobis imperabitur, quasi metu perculsi hac quoque in re morem ipsis gesturi sitis. Sed si semel ipsis acriter abnueritis, quæ petunt, planum ipsis facietis, oportere ipsos majore cum æquabilitate vobiscum agere.* Hoc ipsum ab Latinis sibi exspectandum providet Ancus Romanorum rex, quum incursione in agrum Romanum facta, superbe etiam respondissent repetentibus. de quo ita Livius lib. I. p. 12: *Medium erat in Anco ingenium, & Numæ & Romuli memor: &, præterquam quod avi regno magis necessariam fuisse pacem credebat, cum in novo, tum feroci populo; etiam quod illi contigisset otium, sine injuria id se haud facile habiturum: tentari patientiam & tentatam contemni: temporaque esse Tullo regi aptiora, quam Numæ.* Egregie apud eundem lib. IV. p. 67, magna super lege illa de connubio patrum & plebis contentione orta, Consules *certum habere* ajunt, *majores quoque si divinassent, concedendo omnia non mitiorem in se plebem, sed asperiorem, alia ex aliis iniquiora postulando, quum prima impetrasset, futuram; primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius, quam eas leges sibi im-*

imponi paterentur. De veteribus Lacedæmoniis pari modo loquitur idem auctor [lib. XXXVIII. referens enim postulata Achæorum Lacedæmoniis proposita, *Id imperium*, inquit, *adeo superbum & indignum Lacedæmoniis visum est; ut si antiqua civitatis forma esset, haud dubio arma extemplo capturi fuerint. Maxime autem consternavit eos metus, si semel primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne id quod jamdiu moliretur, Philopœmen exulibus Lacedæmonem traderet.* Talia perpendit Vitellius apud Tacitum, II. Hist. p. 408. quum *Valerium Marinum, destinatum a Galba Consulem, distulit; nulla offensa, sed mitem & injuriam segniter laturum.* Adde, quod in Byzantiorum conditione observat Polyb pag. 313. A. quod, cum uni hosti quid indulseris, sæpe quinque mox pro uno hostes eo ipso illectos nanciscaris. Καὶ μὴν, ait, οὐδ' εἴξαντες, καὶ συγκαταβάντες εἰς φόρους καὶ συνθήκας, οὐδὲν πράσσουσι πλέον. ἂν γὰρ ἑνὶ προῶνταί τι, πενταπλασίους δι' αὐτὸ τοῦτο πολέμους εὑρίσκουσι. Quo pertinet etiam Æsopi fabula 119. de serpente, a multis hominibus calcato; ad quem Jupiter: *Si qui prior conculcavit, pupugisses, nequaquam id facere secundus aggressus fuisset.* Huic sententiæ inserviunt quoque illa Philonis Jud. quæ de contentione inter Abrahami & Lothi ministros orta prodit pag. 525; quum Lothi servos ut contentiosos, Abrahami vero ut maxime mansuetos describit; adeo ut horum modestia insolentiam illorum & impudentem audaciam augeret; & accensis mutuis odiis, necesse habuerint, qui lædebantur, injuriam armis propellere.

754. *Veterem ferendo injuriam vites novam.*] Recte apud magnates, quibus agendæ sunt gratiæ, cum accepimus injurias: prout apud Parthos fieri solitum legimus, & exstat apud Athen. lib. IV. Deipn. pag. 153. ex Posidonio: Ὁ δὲ καλούμενος φίλος, τραπέζης μὲν οὐ κοινωνεῖ· χαμαὶ δὲ ὑποκαθήμενος ἐφ' ὑψηλῆς κλίνης κατακειμένου

μθύω τῷ βασιλεῖ, τὸ παραβληθὲν ὑπ' αὐτοῦ κυνὶ σιτεῖται, καὶ πολλάκις διὰ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν ἀποσπασθεὶς τοῦ χαμαιπετοῦς δείπνου, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς μαστιγοῦται, καὶ γενόμενος αἱμόφυρτος, τὸν τιμωρησάμενον ὡς εὐεργέτην ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προσπεσὼν προσκυνεῖ. *Quem ad cœnam rex amicum vocat, is mensæ particeps non est, verùm humi subsidens, rege in sublimi lecto recumbente, quod ab ipso projicitur, canis instar comest, ac sæpe ob quamvis leviculam causam ab ea cœna, qua humi pascitur, abreptus, virgis, lorisque ideo nodosis, quia innexi tali sint, verberatur & cruore fœdatus illum, a quo cæsus est, tanquam beneficio accepto, in terram pronus, ac procumbens, veneratur.* Istam præterea mansuetudinem postulabit ejusmodi rerum conditio, qualem experti sunt Ægestani referente Diod. Siculo p. 352. quum Selinuntii ipsis bellum facerent de territorio quodam ambiguo; unde & illi ultro cedunt Selinuntiis, εὐλαβούμενοι μὴ διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν οἱ Συρακούσιοι συνεπιλάβωνται τοῦ πολέμου τοῖς Σιλινουντίοις, καὶ κινδυνεύσωσιν ἄρδην ἀπολέσαι τὴν πατρίδα. *Veriti ne hanc nacti occasionem Syracusani, arma cum Selinuntiis jungerent, & patriæ prorsus amittendæ periculum ipsis crearent.*

755. *Viri boni est, n. f. i.*] Illius igitur ea est vox quam emittit Isocrates p. 751: Οὕτω γὰρ βεβίωκα τὸν παρελθόντα χρόνον, ὥστε μηδένα μοι πώποτε μηδ' ἐν ὀλιγαρχίᾳ μηδ' ἐν δημοκρατίᾳ μήτε ὕβριν, μήτε ἀδικίαν ἐγκαλέσαι. *Ita enim vixi*, inquit, *præteritum per tempus, ut nemo me unquam neque in oligarchia, neque in democratia, aut contumelia aut injuria accusaverit.* Sapientis esse docet Apul. pag. 276: *non solum inferre, sed ne referre quidem injuriam. Non enim*, ait, *eam contumeliam putat, quam improbus faciat, sed eam non putat, quam patientia firmiter toleret.* Etiam adversus illatas injurias se aut nolle aut non posse defendere, innocentiæ quasi proprium agnoscit Salvianus p. 168. ed. Rit: *Quis*

Quis ergo, ut dixi, locus est, ubi non a principalibus civitatum viduarum & pupillorum viscera devorentur, & cum his ferme omnium sanctorum? nam & hos quasi viduas & pupillos habent, quia tueri se pro studio professionis suæ nolunt, aut pro innocentia atque humilitate non possunt. Vid. supra vs. 286:

Impune in eum pecces, qui peccat rarior.

756. *Virum bonum natura n. o. f.*] Legimus apud Plin. IX. ep. 13. *Non interest cujus ordinis quis sit, sed quam causam habeat.* recte: extendendumque ad alia omnia. Sic ætatis dignitatisve rationem ullam habendam negat Cato apud Sall. p. 42. quum ita de conjuratis: *Misereamini censeo. Deliquere homines adolescentuli per ambitionem: atque etiam armatos dimitatis.* Et paulo post: *Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si Diis aut hominibus unquam ullis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi jam iterum patriæ bellum fecit.* Nec patriæ ullum respectum hic habet Lucian. in Tox. tom. II p. 50. Οὐ γὰρ ἐξετάζομεν, inquit, ὅθεν οἱ καλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο, ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. *Non enim inquirimus cujates sint viri honesti ac probi, neque invidemus, si quamquam amici non sunt, res egregias gesserunt: quin magis ea, quæ patrarunt, probantes, illos ab ipsis factis nostrates ducimus.* Nulla denique fortuna, quæ hic aliquid momenti obtineat, aut ponderis. Quo spectat Hor. IV. Epod. vs. 5:

Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Cui assensum suum non denegat Seneca Epist. XXXVI. *In mores fortuna jus non habet. Hos disponat, ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum veniat. qui nec ablatum sibi quidquam sentit, nec adjectum, sed in eodem habitu est, quomodocunque res cedunt. Cui si aggeruntur*

tur vulgaria bona, supra res suas eminet: sive aliquid ex istis vel omnia casus excussit, minor non fit. Par ratio in foro, in judiciis. Unde Quintil. in Inst. or. p. 703: *Summovendum vero est utrumque ambitus genus, vel potentius contra humiles venditandi operam suam; vel illud etiam jactantius, minores utique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna causas vel justas vel improbas facit.* Arripuit hoc quoque Tiberius in moderandis honoribus, qui mortuo Germanico decernebantur. Cum enim *censeretur clypeus, auro & magnitudine insignis, inter auctores eloquentiæ; adseruit Tiberius, solitum paremque cæteris dicaturum. Neque enim eloquentiam fortuna discerni, & satis inlustre, si veteres inter scriptores haberetur.* ut refert Tacitus II. Annal. pag. 77.

762. *Virtute quod non possis, h. a.*] Tali modo Medea apud Euripidem: *putas*, inquit, *me hunc Creontem, qui me jubet excedere hac terra, unquam blandis verbis compellaturam fuisse, nisi aliquid lucri captarem aut molirer?* in Med. vs. 369.

Δοκεῖς γὰρ ἄν μὲ τόνδε θωπεῦσαί ποτ' ἄν,
Εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

Egregie quoque huc pertinet quod de Cleofide regina notat Justin. pag. 97. quum enim hujus quoque in regna pervenisset Alexander, & illa se dedidisset ei, *concubitu*, ait auctor, *regnum ab Alexandro recepit, illecebris consecuta, quod virtute non potuerat.* Non male etiam referetur hoc ad eos, qui imperium affectant. Sic Tacitus de Julio Cæsare; in princ. Ann. *Ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim* &c. Vel etiam potest accommodari iis, qui cum non sint idonei ad magistratum, agunt adulatores, & ita a principibus impetrant, quæ volunt. Tales memorantur a Suetonio in Tib. cap. XLII. *L. Pisoni Syriam provinciam, Pomponio Flac-*

co

to præfecturam urbis detulit, codicillis quoque jucundissimos & omnium horarum amicos professus. Asellio Sabino HS. cc. *donavit pro dialogo, in quo boleti & ficedulæ & ostreæ & turdi certamen induxerat.* Cæterum *blanditia* etiam poni potest pro dolo, fraude, perjurio. Ita ut hic versus dicatur a parasito, cui mentiri veritas. Sin comitas hic & affabilitas intelligatur; egregie huc faciet Sirach. VI: 5: Λάρυγξ γλυκὺς πληθυνεῖ φίλους αὐτοῦ. *Guttur suave multiplicat amicos suos.* Optime quoque Cassiod. V. ep. 21: *Si te judicis suspicio sæva tetigisset, laudando justitiam leni ac penetrabili remedio ejus animum corrigebas: obtinens suavi persuasione, quod superiori non potuisses imponere.* Idem modestiæ verecundiæque tribuendum erit; si audiamus rursus Justinum, qui pag. 200. narrat de Demetrio Philippi filio, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat; inter ipsum & legatos civitatium disceptatione orta, turba querelarum confusum adolescentem repente obticuisse; qua verecundia motus senatus causam ipsi donaverit: *atque ita*, inquit, *modestia sua Demetrius veniam patri, non jure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit.*

758. *Virtuti amorem n. h. d.*] Nam si virtutis naturam bene consideremus; assentiamur necesse erit Ciceroni, qui in lib. de Amic. p. 422. *Nihil esse amabilius virtute*, affirmat. *nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.* His addi possunt ea, quæ habet Casaub. ad Pers. p. 254: ad illud:

Virtutem videant, intabescantque relicta.

Videtur autem hæc sententia dicta pro hostibus, quorum virtutes tamen non essent omnino reprehendendæ. Sed nec male eidem inserviet illud, quod habet Sirach. cap. X: vs. 26. iniquum esse, ut pauper in-

intelligens afficiatur ignominia; neque oportere gloria affici virum peccatorem: Οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν, καὶ οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν.

759. *Virtuti melius, q. f. c.*] Eadem mens est Isocratis, dum verissimos honores Nicocli præscribit, non eos qui palam & ex metu ipsi habeantur; sed si ipsi apud se homines ejus prudentiam plusquam fortunam admirentur: Νόμιζε τῶν τιμῶν τὰς ἀληθεστάτας εἶναι μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ δέους γινομένας, ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ὄντες, μᾶλλον σοῦ τὴν γνώμην ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσιν. In administratione belli imprimis id locum habet; ut præclare exponit idem Isocr. p. 407: ostenditque: neminem oportere, qui vel mediocri sit ingenio, spem salutis collocare in erratis hostium, sed in factis consiliisque suis, siquidem commoda ex adversariorum inscitia capta fere cito cessare, nec uniusmodi semper esse solcant, solidiora vero & constantiora a nobismet ipsis proficisci posse. Χρὴ δὲ τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους οὐκ ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς αὑτῶν πράγμασι καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις. τὸ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐκείνων ἀμαθίαν συμβαῖνον ἡμῖν ἀγαθὸν τυχὸν ἂν παύσαιτο, καὶ λάβοι μεταβολήν· τὸ δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς γιγνόμενον, βεβαίως ἂν ἔχοι, καὶ μᾶλλον παραμένειεν ἡμῖν.

760. *Virtutis spolia c. v. g. l.*] Incitantur homines ad virtutem, ut ei honos acquiratur. Ergo honorandi, qui in bello aliquid egregie fecerunt. Huc faciebant Miltiadis tropæa.

761. *Virtutis vultus, p. h. v.*] Talem vultum exerit Alexander M. conflicturus cum Dario, describente Curtio pag. 100: *Haud alias tam alacrem viderant Regem, & vultu ejus interrito, certam spem victoriæ augurabantur.*

762. *Vis omnibus esse notus? n. n.*] Quid ni? unusquisque sibi est μικρόκοσμος. Hinc Claudian. IV. Hon.

Disce

Disce orbis quod quisque sibi. ——

Exemplo sit Timon μισάνθρωπος, nemini conversans, omnibus notus. Sed & Scipio, apud quem cum gloriaretur Appius Claudius, se omnes cives nominatim compellare, Scipione fere omnes ignorante: *vera*, ait Scipio, *dicis. Non enim mihi cura fuit multos nosse, sed a nemine ignorari.* Ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολλοὺς, ἀλλ' ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν. ut scribit Plut. in Apophth. p. 200. Et Rubellius Plautus: cum enim apparente comete, mutationem principis portendi vulgo crederetur, & quasi jam depulso Nerone de electione inquireretur, omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia: *Ipse placita majorum colebat*, inquit Tacitus, *habitu sereno, casta & secreta domo; quantoque metu occultior, tanto plus famæ adeptus.* XIV. Ann. p. 264. Adeo nempe verum est, quod pronunciat Sen. ep. LXXIX: *Gloria, umbra virtutis est. etiam invitos comitabitur.* E contrario autem, *sicut avaritia acquisitioni pecuniarum contraria est, sic cupiditas gloriæ & ad acquirendam gloriam parum conducit;* ut censet Joh. Chrys. in Matth. p. 556. E. Quo & pulcre tendit Sen. Trag. in Thyest. vs. 400:

Illi mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

763. *Vitium fuit, n. m. e. a.*] De temporum ac morum corruptione non uno loco expostulat Cicero. Sic. III. in Verrem p. 151. *Sed quid ego vetera repetam? aut quid eorum scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atque innocentissimos fuisse? non me fugit, judices, vetera exempla pro fictis fabulis jam audiri. in his temporibus versabor miseris, ac perditis.* Et lib. V. p. 195: *Valeret hoc crimen in illa veteri severitate ac dignitate Reip. nunc non modo te hoc crimine non ar-*

arguo: sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Eandem præ se fert indignationem Salvian. pag. 281. edit. Ritt. *Per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integræ civitatis.* Longe melior apud Germanos ista conditio; quam describit Tac. p. 534: *Nemo illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi sæculum vocatur.*

764. *Vix quisquam transit in bonum, n. e. m.*] Imo, si audiamus Senecam, nemo. Sic enim ille ep. L. *Ad neminem ante bona mens venit, quam mala.* Et 1. de Clem. cap. 6: *Etiamsi quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.* Præclaris id ipsum documentis asserit quoque Theodoretus pag. 56. ubi transformari ait doctrinâ animam, atque in melius dirigi, Socratis addens exemplum ex Porphyrio, qui adolescens quum esset ad lasciviam incontinentiamque propensus, labore & doctrina has notas deleverit, illas vero philosophiæ mox expresserit. Καὶ γὰρ, inquit, τὸν Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου φησὶν ὁ Πορφύριος, εἰς ἀκολασίαν, ἡνίκα νέος ἦν, ἀποκλίναντα, σπουδῇ καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι. Eodem pertinet Heracliti illud, quod laudat Clem. Alex. p. 448: revera necesse esse dicens

Πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.

Qui quærit bonus esse, ut multum devius erret.

Item Xenophon, qui sub persona Callistrati agnoscit: homines nonnunquam prudentiæ copiam peccando parare; præsertim si peccatis erudiantur. Δοκοῦσι δέ μοι, inquit, καὶ ἐμπειρότεροι ἐνίοτε γίγνεσθαι ἄνθρωποι ἁμαρτάνοντες· ἄλλως τε καὶ ἐὰν κολασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων. Scilicet ratio cur ita loquatur Syrus ea est, quod vitiosi natura omnes sint homines. Quo facit egregie illud Alexidis Comici apud Stob. p. 860. quo hominem a natura simillimum quodammodo vino esse judicat:

dicat: primo enim, itidem ut vinum recens, effervescere debere hominem adolescentem, deinde, ubi deferbuerit, & petulantiæ ac proterviæ quasi debito se solverit, asperum fieri & rursus subsidere, & ita reliquum tempus gratum omnibus permanere. Ejus verba sunt:

Ὁμοιότατον ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν
Τρόπον τιν' ἐστί· τὸν γὰρ οἶνον τὸν νέον
Πολλή γ' ἀνάγκη, καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι
Πρώτιστον, ἀφυβρίσαντ' ἀποινήσαντα δὲ
Σκληρὸν γενέσθαι, καὶ καταστῆναι πάλιν,
Ἡδὺν θ' ἅπασι τοὐπίλοιπον διατελεῖν.

Et sane nisi quis bonæ disciplinæ se tradiderit, *graves per omnem ætatem dominas*, ut ait Philo Judæus, *feret*, *arrogantias*, *concupiscentias*, *voluptates*, *injustitias*, *imprudentias*, *falsas opiniones*. Vid. eum in lib. de Cherub. p. 169. Hoc sensu idem in eo de Caine & Abel. pag. 187. *virtutem a vitio antiquitate superari* dicit, siquidem a prima statim nativitate mentem humanam teneant vitia talia, quæ non nisi procedente ætate recedant. Sic rursus pag 388. *Imprudentiam mox a prima ætate nobiscum coalescere* ait, *honestatis vero æmulationem sero nobis innasci.* Adde Epict. in sentent. collect. ex Stob. *Si bonus esse volueris, primum credito te esse malum.* Verum quidem est, quod dicit Simpl. ad Epict. p. 19: *Animos nostros item a vitio transire ad virtutem*, *si curentur*, *& a virtute ad vitium*, *si negligantur.* Sed tamen arbitrio malo malum fere reprehendimus. Sic dives sic honoratus execratur opes, dignitates. Unde rursus pag. 28: *Modestiam bono viro suaviorem videri quam luxuriam improbo*, *illud ostendit*, *quod multi improbi modesti fiunt. Qui vero*, *ratione & consilio modesti sunt*, *nunquam luxum amplectuntur.* In voluptate hoc fere obtinere ostendit p. 61. ut futuri doloris metu ab iisdem deterreantur improbi. Atque

hac mente etiam Joh. Chrysoſtomus non dubitat dicere: mutationem hic in utramque partem fieri; aſſerendo: multos bonos in malos; multoſque malos in bonos converſos eſſe. Quem vide in Matth. p. 242. Majorem itaque viro bono in virtute poſitam voluptatem, quam improbo in vitiis recte concludimus. Et reſpicit huc quoque Philo Jud. pag. 244. quum ita loquitur: *Quando amiſſa poteſtate quodammodo moritur, qui ſtulte petulanterque vivendi cauſa fuerat, a ſobria vita illuſtrati ingemiſcimus & deploramus ætatem anteactam, quod virtute voluptati poſthabita mortalem vitam immortali antepoſuimus.* Hinc Diogenes Cynicus exprobranti, quod aliquando falſo pecuniam ſignaſſet: *Tempus,* inquit, *fuit quum talis eram, qualis tu nunc: qualis autem ego nunc ſum, nunquam tu eris.* apud Laërt. p. 400. Plura huc ſpectantia habet Plutarchus in eo comment. quo oſtendit, Stoicos quam Poëtas multo παραδοξότερα dicere. Attamen iis, qui adhuc in vitiis permanent, aſperam, atque omnino difficilem arduamque videri virtutem, oſtendit Joh. Chryſoſt. in Matth. p. 170. C.

765. *Ulcera animi ſ. m. q. c.*] Eodem tendit Cic. de leg. p. 329. *An corporis pravitates, ſi erunt perinſignes habebunt aliquid offenſionis: animi deformitas non habebit? cujus turpitudo ex ipſis vitiis facillime percipi poteſt.*

766. *Unus dies pœnam a. m. c.*] *Cogitant* pro cogunt. Vid. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 288. Moram itaque in lucro deputet ſceleſtus, ut ait Philemon in Com. Gr. ſent. p. 690. tandem enim aliquando flagitia ſua luet. Sic apud Lucian. in Jove Tragœdo: Epicureo cuidam ſuam de Diis opinionem exponenti; illoſque ſe audire neganti, alter: *Audiunt iſta Dii,* inquit, *audiunt. Cæterum in aliud tempus gravibus ſuppliciis te excarnificandum reſervant.* Non itaque mirandum

dum esse docet Salvianus, ubi talis dies aderit. sic enim loquitur pag. 229. ed. Ritt: *Nam dum bibunt, ludunt, mœchantur, insaniunt, Christum negare cœperunt. Et miramur post omnia ista, si ruinam rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus corruerunt.*

768. *Voluntas quem p. n. c. f.*] Hinc Sen. IX. controv. 4: pro filio, qui jussu tyranni patrem pulsaverat: *Hoc qui cogente tyranno fecit, ipso fuit miserior vapulante. Non est impudica, quæ accersita est a tyranno. Non est sacrilegus sacerdos, qui Deórum immortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum.* Similiter se excusat matri Leucippe apud Ach. Tat. p. 49. lib. II. Μή λοιδόρει μυ, μῆτερ, τὴν παρθενίαν &c.

769. *Voluptas tacita m. m. q. g. e.*] Egregie huc facit historia Candaulis, *qui non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret, prorsus quasi silentium damnum pulcritudinis esset.* ut loquitur Justin. p. 8. Pari modo adolescens iste in Terentii Eun. a. III. s. 5:

Sed neminem curiosum intervenire nunc mihi?
Qui me sequatur quo quo eam, rogitando obtundat, enecet,
Quid gestiam &c.

Referri huc quoque potest illud Persii:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Videatur: *Gaudium loquax.*

770. *Utrumque casum a. d. q. i.*] Præceptum utilissimum. Nam, ut Polybius observat, *plerosque imperatores aut reges videas, quoties ad universæ rei dimicationem veniunt, gloriam & commoda, quæ re bene gesta sint consecuturi, assidue sibi ob oculos proponere, clades vero neque oculis subjicere, neque eam cogitationem mente complecti.* sic ille p. 624. B. Eam autem in Cleomene prudentiam agnoscit p. 154. B qui naves quasdam paraverat ad incerta casuum, πρὸς τὸ συμβαῖνον. Anni-

 bal

bal quoque apud Just. p. 193. dicitur *vir ad prospicienda cavendaque pericula peritum; nec minus in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitans.* E contrario autem Antiochum, cum ad ipsum Annibal venisset, *tantus incessisse ardor, ut non tam de bello, quam de præmiis victoriæ cogitaret.* Et pessimo exemplo Achæi, ut refert idem p. 206. *velut nihil negotii Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. Itaque prædam non prœlium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & conjuges liberosque suos, ad spectaculum certaminis, in montibus posuerunt.* Non minor illa Germanorum prudentia scilicet! quos ingenti prœlio vicit Germanicus; *repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio eventu, portaverant*, ut scribit Tac. II. Ann. pag. 48. At Vespasianus II. Hist. cap. 74. *modo in spem erectus, aliquando adversa cogitabat.* Huc spectant quoque illa Virgilii VIII. Æneid. 20.

Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu,
Atque animum celerem nunc huc nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

Et lib. X. vs. 159:

Hic magnus sedet Æneas, bellique volutat
Eventus varios.

Et bene Claudian. in Gigant. vs. 36: ridet istos:

His ubi consiliis animos elusit inanes,
Jam credunt vicisse Deos, mediisque revinctum,
Neptunum traxisse fretis &c.

Quo & referri potest illud Salomonis Ecclef. VII: 5. *Melius esse audire increpationem sapientum, quam ut quis audiat canticum stolidorum.* Cæterum hanc imprudentiam observare licet in iis fere, qui ad explendas injustas cupiditates, injusta etiam moliuntur; tales certe Demosthenes hoc nomine notat, quod non soleant difficillima quæque cogitare, sed prosperi successus emo-

emolumenta: in Orat. contra Ariſtocr. p. 445. Τῶν γὰρ, inquit, ὑπὲρ τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιχειρούντων, οἷς οὐ χρή, οὐκ εἴωθε τὰ δυσχερέστατα ἕκαστος λογίζεσθαι· ἀλλ' ἃ κατορθώσας διαπράξεται. Huc accedit, quod, ut loquitur Simplicius ad Epict. p. 109. *rebus præſentibus complurium hominum animi conformes fiunt, ut & in rebus ſecundis eandem ſemper fortunam exſpectent, & aliqua moleſtia objecta, nunquam ea ſe liberatum iri credant.* Vide plura apud me in: *Adverſa nobis non proponimus.* Item ad Tac. 1. Ann. cap. 64: ubi: *Cæcina ſecundarum ambiguarumque rerum ſciens, eoque interritus* dicitur.

771. *Vultu an natura ſ. ſ. m. i.*] Nam, ut habet Horat. 1. ep. 19: 14.

Quid, ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutemne repræſentet moreſque Catonis?

Et, ut Mart. VIII. epig. 38:

Refert ſis bonus an velis videri.

Bene de Dionyſio tyranno notat Juſtin. pag. 152. *Nam licet tyrannicis vitiis ſemper abundaret, tamen ſimulatio hæc vitiorum, non natura erat: magiſque hæc arte, quam amiſſo regali pudore faciebat.* Inſigni ſimulationis nota conſpicuus, quoque eſt apud Tac. XVI. Ann. p. 331. ille L. Egnatius, qui *auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat habitu & ore, ad exprimendam imaginem honeſti & exerciti, cæterum animo perfidioſus, & ſubdolus, avaritiam ac libidinem occultans.*

J. GRU-

J. GRUTERI

AD

TROCHAICOS

NOTÆ POSTUMÆ.

772. *Aleator quanto in a. e. m. t. e. n.*] Imo non aleator tantum; sed & optimus quisque in quavis arte inhonesta pessimus est censendus. Hinc Diogenes Cynicus πρὸς τὸ κοτλαβίζον ἐν τῷ βαλανείῳ μειράκιον φησὶν, ὅσῳ βέλτιον, τοσούτῳ χεῖρον, ut narrat Laërtius in vita ejus pag. 394. Hinc igitur discamus, non esse turpe in re turpi superari, imo vero, ut Nazianz. tom. II. p. 231. ait: vinci illum, qui sit victor in rebus pravis.

Ἡτῆαν γὰρ οἶδα τὸ κρατεῖν ἐν χείροσι.

Quo pertinet egregia admonitio Plutarchi p. 530. Αὖθις ἕτερος παρακαλεῖ κυβεύειν παρὰ πότον; μὴ δυσωπηθῇς, μηδὲ δείσῃς σκωπτόμενος· ἀλλ' ὥσπερ Ξενοφάνης, Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως μὴ βουλόμενον αὐτῷ συγκυβεύειν δειλὸν ἀποκαλοῦντος, ὡμολόγει καὶ πάνυ δειλὸς εἶναι πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄτολμος. *Alius inter pocula poscit, ut tesseris secum ludas: abjice inanem pudorem, neque metue dicteria: & Xenophanem imitare, qui timidus dictus a Laso Hermionense, quod ludere cum illo tesseris nollet, fassus est ad res inhonestas se timidissimum etiam esse.* Imo certum, in malis certaminibus infeliciorem esse qui vincit: φανερὸν γὰρ ὡς ἐν πονηραῖς ἁμίλλαις ἀθλιώτερος ὁ νικήσας. ut scribit Aristænet. II: 6. Infelicior autem est victor, quia plus peccati commisit: quod habet Stobæus, ex quo ea Aristæneti desumpta videntur, ita non ovum ovo similius, non ficus ficui; verba ejus sunt p. 55. Ἐν ἁμίλλαις

λαις πονηροῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται τὸ πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας. Adde Rittershus. ad illud Pelus. III. ep. 104. Ὥσπερ ἐν οἷς χρὴ ἡττᾶσθαι τὸ νικᾷν αἰσχρὸν, οὕτως ἐν οἷς χρὴ νικᾷν, τὸ ἡττᾶσθαι αἰσχρότερον· οὐ γὰρ ἐν πᾶσιν ἡ νίκη καλὸν, ἀλλ' ἡ μὲν τὴν ὑπόθεσιν ἔχουσα καλὴν καὶ γενναίαν, ἀρίστη· ἡ δὲ καὶ αἰσχρὰν καὶ φαύλην, κακίστη. *Quemadmodum in iis rebus, in quibus cedere oportet, vincere turpe est: ita in iis rebus, in quibus vincere oportet, vinci turpius ac fœdius est. Neque enim in omnibus rebus bona est victoria: verum ea demum optima existimari debet, quæ bonam & egregiam materiam habet: quæ autem turpem ac fœdam habet, turpissima.* ubi Ritteshus. citat dictum Demost. qui cum a quodam homine nequam conviciis lacesseretur, respondit: *Non descendo tecum in certamen, in quo victus victore melior est.*

Aut animo facis aut amico, cuncta exsuperes tristia.] Citat seu Syri Zwing. p. 192. sed est Ausonii pag. 119.

773. *Cui quid vindicandum, omnis o. e.o.*] Lege: *ei omnis* &c. Ei præcipue geminatur ira, at, qui odio laborant, opperiuntur opportunitatem. Male itaque apud Curtium VI: 7. *Dymnus Nicomacho aperit, in tertium* demum *diem insidias regi comparatas.* At cautior fuit Craterus, qui apud eundem VII: 8. Philotæ jam olim ob potentiam infensus, cum suspectus insidiarum is regi esset, *non aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio suo pietatis præferens speciem: Utinam inquit* &c. atque ita eum incautum calumniando apud Alexandrum oppressit.

774. *Conscientia amici, nullius lingua i. p.*] Forte: *animi.* Sic Oedipus rejicit omnes preces eorum, qui orant ne sibi nimium irascatur; sic exagitati conscientia desperant veniam, accinguntur ad omne facinus. prout de Catilina Sall. c. 15. *Animus impurus, Diis ho-*

hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat; ita conscientia mentem excitam vastabat. At lõnge nobilissimum exemplum hujus taciti tormenti, quo, ut tabescant, sævos puniri tyrannos alter velit Persius, habemus in Tiberio apud Tacit. IV. Ann. I. quot verba tot laniatus viscerum. *Quid scribam vobis, P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me Deæque pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio.* Quippe ut subjungit gravissimus ille auctor, *Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse pœnas fateretur.* Confirmat quoque dictum Syri Sueton. in Claudio c. 44. narrans Agrippinam, quam conscii quoque, nec minus delatores multorum criminum arguebant, veneno Claudium prævenisse, & quidem iterato, quum prima vice evomuisset illud.

775. *Contumeliam nec ingenuus f. n. f. f.*] Sic apud Senecam præf. VII. Contr. *Albucius non tulit contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit: nunquam enim amplius in foro dixit, homo summæ probitatis, qui nec facere injuriam nec pati sciret.* ridicula autem est historia; dixerat Albucius ad reum per figuram oratoriam: *Jura; sed ego jusjurandum dabo, jura per patris cineres, qui inconditi sunt. Jura per patris memoriam.* cui L. Aruntius ex diverso: *Accipimus conditionem,* & juravit; absolutus est reus a centumviris, multum reclamante Albucio: *schema se dixisse, non detulisse conditionem,* sed in vanum. Zwing. p. 871. citat.

Contumeliam non fortis potest nec ingenuus pati.

& addit p. 884. *ingenuitas non recipit contumeliam, sed propulsare conatur.* Utrumque explicat Voss. Inst. p. 220.

777. *Difficile est dolori convenire c. s.*]
Unde Seneca in Troade.

Levis est dolor qui capere consilium potest.

779.

779. *Duplex fit bonitas si simul a. c.*] Lege:

Fit duplex bonitas simulatque accesserit celeritas.

Gratiarum autem plenum est illud epigr. ex Anthol. I. c. 30. quod dicit gratias properantes dulciores esse, gratiam autem omnem quæ lente venit, evanescere, nec dici amplius gratiam.

Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ
Πᾶσα χάρις, κενεή, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

Huc pertinet & illud Cassiod. VI. ep. 9. *Omne siquidem justum celeritatis commodo transit ad beneficium.* & Sirach. c. IV. vs. I. Τέκνον τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ μὴ ἀποστερήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς. *Fili mi, ne vitam pauperis indigere sinas, neque egentes oculos differ.* Transfert non ineleganter ad studia Plinius VIII. ep. 4. *Potero fortassis scripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius cautiusque: sed ipsum te magis laudabo, quanto celerius & incautius miseris.*

780. *Esse necesse est vitia minima m. m.*] Rationem reddit Themistius in 4°. p. 79. l. I. ep. 2. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἄγαν ῥυπωμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς ἄγαν κεκαθαρμένοις ἔκδηλον τὸ μόλυσμα γίνεται, κἂν σμικρότατον ᾖ· οὕτω τοι τῶν μὲν ὑπερβαλλόντων πικρία καὶ χαλεπότης ἐν εἴ τι χρηστὸν πέπρακται, μνήμης τυγχάνει. *Non enim in sordidissimis sed candidissimis vestibus se nævus ostendit, quamlibet exiguus sit, ita & eminentium virorum amarulentia & gravitas magis quam quid bene & utile ab illis præstitum, memoriæ inhæret.* Quod apprime scivit Agesilaus, qui apud Xenophont. p. 673 scribitur privatorum hominum errata miti animo tulisse, principum vero magni momenti censuisse, quod *ab illis exigua proficisci, ab his magna mala* judicaret. Nam ut ea exprimit Dio Chrys. p. 9. Πολὺ δὲ μείζων καὶ φανερωτέρα πᾶσιν, ἡ περὶ τοὺς ἄρχοντας πλημμέλεια. *Gravius & notius omnibus est, superiores si quid peccent.*

781.

781. *Est beneficium eo carere q. i. p.*] Cassiod. v. 39. *Quia non est defensio, quæ præstatur invitis: suspectum est, quod patiuntur nolentes. Nam hoc est revera beneficium, si sine murmure feratur acceptum.* Idem I. ep. 38. *Non beneficium, quod præstatur invitis: nec cuiquam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur.* Et rursus VI: I. *Alioquin onera essent potius, non honores, si supra vires aliquid imponeremus invitis.* Huc respicit Libanius p. 530. agens de milite præmium petente, cui quid datur quod displicet; Οἴμοι δ', inquit, οὐδὲ χάρις τοῦτό γε ἐστίν, ἣν ἄκοντα δεῖ λαβεῖν. Vel summos honores offeras, invito onera erunt & fastidia; unde Seneca in Thyest. vs. 415.

——— *Clarus hic regni nitor*
Fulgore non est quod oculos falso auferat.

Imo & ipsa vita ei, qui mori cupit, donata vile & odiosum est præmium; hinc Horat.

Invitum qui servat idem facit occidenti.

Et Seneca in Theb. vs. 97.

——— ——— *Qui cogit mori*
Nolentem in æquo est, quique properantem impedit.
Occidere est vetare cupientem mori.

Nam, ut idem in Medea vs. 504.

Ingrata vita est cujus acceptæ pudet.

Imo *crudelius occidisti nos, dum servasti*, ἡμᾶς σώσαντα μᾶλλον ἀπέκτεινας, exclamant illi apud Achillem Tatium p. 72. quibus mare pepercerat, ut in terra per latrones perirent. Transfert hæc ad res sanctas Augustin. de civitate Dei XXI: 26. *Si cujus autem opus arserit, damnum patietur, quoniam quod dilexerat, non habebit. Ipse autem salvus erit, quia eum nulla tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semovit, sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine illiciente amore non habuit, sine urente dolore non perdet.*

782. *Est honesta turpitudo pro b. c. m.*] Huc pertinet

net vox illa Agrippinæ in mortem centurioni ferrum ſtringenti protendentis uterum : *Ventrem feri*. ut refert Tacit. XIII. Ann. p. 259 Proprie ad ſententiam Zwing. p. 861. *Glorioſa eſt infamia vitam impendere juſtitiæ.* At præclara & memoranda Socratis illa vox, qui, *admoto jam labris poculo, uxori Xantippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, quid ergo*, inquit, *nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti?* ut refert Val. Max. VII: 2. ex. extern. 7. Talem quoque prædicat Arulenum Ruſticum Plinius 1. ep. 5. Ita Antigone ad Iſmenen apud Sophocl. in Antig. ỿ. 94.

Ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν
Παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο· πείσομαι γὰρ οὐ
Τοσοῦτον οὐδὲν ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

Sed ſine me mea ſtultitia pati hæc triſtia, patiar enim nihil tantum, quin honeſte moriar. At contra apud eundem in Electra ỿ. 1001. Chryſothemis nihil nos juvare neque levare dicit, ſi cum bona fama fœde moriamur. verba ejus hæc ſunt :

Λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν, οὐδ' ἐπωφελεῖ,
Βάξιν καλὴν λαβόντε, δυσκλεῶς θανεῖν.

Sed, animos contra fortunam ſumendo, effecit Cato, ut dixerint Poëtæ :

Victrix cauſa Deo placuit, ſed victa Catoni.

Sic & Brutus moriturus apud Plut. in vita ejus cap. 76. ait : *ſe quidem ſe victoribus beatiorem judicare, neque id heri modo aut nuper, ſed etiamnum : ſe enim virtutis gloriam relinquere poſt ſe, quam victores neque armis ſint, neque pecunia exſtincturi. Semper enim exiſtimatum iri, eos cum injuſti malique eſſent, juſtis bonisque viris interfectis injuſte dominari.* Cujus ſententiæ & ipſe Cicero fuit, qui ad Atticum ſuum ita ſcribit p. 306. *Te in certamine vinci cum illo* Pompejo *facilius patiaris, quam cum hoc* Cæſare *in ea quæ perſpici-*

 tur

tur futura colluvie, regnare. Hoc enim prudentis esse, illud probi, diceret Aristot. III. Rhet. c. 16. p. 344. τὸ μὲν γὰρ, φρονίμου· τὸ δὲ, ἀγαθοῦ. Luculenti sunt versus Silii Italici v. 609. ubi Hasdrubal ad occisum filium Sichæum ita loquitur:

—— —— Dignus Carthagine, dignus
Hasdrubale ad manes ibis, nec te optima mater
Dissimilem lugebit avis, Stygiave sub umbra
Degenerem cernens noster vitabit Amilcar.

Sic etiam vel cum noxa fides socialis servari debet, cujus exemplum præbet Lucanus III: 302.

Cumque alii famæ populi terrore paverent,
Phocais in dubiis ausa est servare juventus
Non Graja levitate fidem, signataque jura,
Et causas, non fata, sequi.

Sed emicuit ista *fides socialis* in Saguntinis, quos Liv. p. 191. scribit eam *ad perniciem suam coluisse.* Ideo *furias honestas* rabiem illorum vocat Statius IV. Sylv. in Herc. epit. ℣. 83.

Præcipue cum sacrilegus face miscuit arces
Ipsius, immeritasque domos, & templa Sagunti
Polluit & populis furias immisit honestas.

Ad hos dicat Silius Ital. II: 628.

Sed vos, o juvenes, vetuit quos conscia virtus
Posse capi, queis telum ingens contra aspera mors est.

Tantus libertatis patriæ amor est, ut nemo pro ea mori bonus recuset, imo nec vivere sine ea posse Athenienses pronunciat Demosth. p. 342. C. οὐδὲ ζῆν ἠξίουν, εἰ μὴ μετ᾽ ἐλευθερίας αὐτοῖς ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν. Quem eundem Demosth. in orationibus suis sæpissime honesto & decoro jubere salutem & securitatem postponere, notat Plut. in vita ejus. c. XVIII. Huc pertinent illa Guntheri lib. VIII. ℣. 159.

— — — Neque enim certa susceptio cladis
Quam vitare queas nisi cum ratione salutis,

Li-

Libertatis amor, sed gloria vana putatur.

Sed non mori tantum, sed contumelia etiam & infamia, quæ morte finiuntur, in vita bono viro tolerandæ sunt, si pro bona causa eas subeat. Sic Nazianz. tom. I. p. 352. ubi de comitantibus Basilium in exsilium loquitur, cum dixit omnia parata esse, addit *nihil quod ad præclaram ignominiam spectabat, deerat*. At alia contumelia illa, de qua Hieron. in ep. ad Pammach. *Schedulæ, quas misistis honorifica me affecere contumelia*. Caverunt autem Romani ne quis pro bona causa pateretur; Liv. lib. I. p. 147. *jussi Coss. ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur*. Pertinet & ad hanc sententiam quodammodo illud Claudiani II. in Ruff. ℣. 226.

Alternamque fidem non illaudata lacessit
Seditio.

Adde huc honestius esse decipi quam decipere, sic Plinius III. ep. 11. dicit: *Honestus error pluris amicos arbitratur quam sunt*. Et Polyb. p. 299. ita disserit: Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ γνήσιοι τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν οὐδέποτε περὶ πλείονος οὐθὲν ποιεῖσθαι τοῦ καθήκοντος. *Sed mihi videntur qui ingenio sunt liberali atque ingenuo, neque privatim neque publice pluris facere quidquam honestate*. eoque nomine Ætolos laudat.

784. *Exul is cui nusquam domus est, s. s. e. m.*] Huc adducas quæ habet de cadavere, de relegato &c.

785. *Felix est, non qui videtur e. a. s. q. s.*] Est Senecæ in fine Excerpt. p. 425. & 117. C & ep. 114. §. 14. Idem de Brev. vitæ c. 6. de Livio Druso agens, scribit: *Supervacaneum est commemorare plures: qui cum aliis felicissimi viderentur, ipsi in se verum testimonium dixerunt, perosi omnem actum annorum suorum*. Adde Erasm. IV: V: 41. *Non vulgari ancora niti-*

nititur. ubi ex Demosth. Citat. Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς.

786. *Feminarum curam gerere d. e. o.*] Sic emendavit Scaliger. citat Zwing. p. 509. & p. 1449. ubi legit:

Feminam maturam regere, desperare est omnino.

Jam dudum Alexis de ea dixit : *Nullius artis, nullius prædæ custodia ita difficilis ac feminæ.* Sic quoque Stobæus p. 660. ubi de custodia uxorum nimia loquitur, dicit; si quis vectibus uxorem & obsignatis januis servare velit, eum, quantumvis sapiens videatur, frustra laborare, & sapiendo nihil sapere.

Ὅστις ἢ μοχλοῖς, καὶ διὰ σφραγισμάτων
Σώζει δάμαρτα, κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς,
Μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.

Adde eundem Serm. xxvii. Composite quoque cum nave eam conjungit Plautus in Pæn. 1: 2.

Negotii sibi qui volet vim parare:
Navem, & mulierem; hæc duo comparato.
Nam nullæ magis res duæ plus negotii
Habent, eas forte si occeperis exornare;
Neque unquam satis hæ duæ res ornantur,
Neque eis ulla ornandi satis satietas est.

Perlepidum autem & in ambiguitate vocis acutum est illud Corydi apud Athenæum p. 245. cui cum quis narraret quum narraret, ὡς τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐνίοτε καὶ τράχηλον, καὶ τιτθοὺς, καὶ τὸν ὀμφαλὸν φιλεῖ, *uxoris suæ cervices, mammas, & umbilicum se osculari; & hoc jam improbum,* respondit Corydus; *nam & Hercules ab Omphale ad Heben transiit.* Πονηρὸν τοῦτ᾽ ἤδη. καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μεταβέβηκε.

788. *Frustra cum est ventum ad s. r. a.*] Nam, ut canit Tibullus lib. 1.

Heu sero revocatur amor, seroque juventa,
Quum vetus infecit cana senecta caput.

Ex hac consideratione Theognis vers. 1002. ita scribit:

Ξυνὸν δ' ἀνθρώποις ὑποθήσομαι, ὄφρα τις ἥβης
Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων, καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ,
Τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν· οὐ γὰρ ἀνηβᾶν
Δὶς πέλεται πρὸς θεῶν, οὐδὲ λύσις θανάτου
Θνητοῖς ἀνθρώποισι, κακὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἐλέγχει
Οὐλόμενον, κεφαλῆς δ' ἅπτεται ἀκροτάτης.

Commune vero dictum hominibus suggeram, donec quis juventæ splendidum florem habens, & mente vere sapit, de suis bonis bene affici: non enim repubescere bis licet, a Diis neque liberatio mortis est hominibus mortalibus: malum vero senectus ostendit perniciosa, caput vero tangit summum. Et mox idem:

Αὐτίκα μοι κατὰ μὲν χροιὴν ῥέει ἄσπετος ἱδρὼς
Πτοιῶμαι δ' ἐσορῶν ἄνθος ὁμηλικίης.
Τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἐπεὶ πλέον ὤφελεν εἶναι,
Ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίνεται ὥσπερ ὄναρ
Ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' οὐλόμενον καὶ ἄμορφον,
Αὐτίχ' ὑπὲρ κεφαλῆς γῆρας ὑπερκρέμαται·

Mox mihi per corpus fluit in membris sudor, cohorresco vero intuens florem juventæ delectabilem simul & pulcrum, postquam longius debebat esse; verum parvo tempore durat, quemadmodum somnium, juventa honoranda: perniciosum vero & deforme statim supra caput senium suspenditur. Et hinc illa conclusio poëtæ ejusdem ỷ. 1066.

Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵ τε θανόντας
Κλαίουσ', οὐθ' ἥβης ἄνθος ἀπολλύμενον.
Τέρπεό μοι φίλε θυμὲ, τάχ' ἄν τινες ἄλλοι ἔσονται
Ἄνδρες, ἐγὼ δὲ θανὼν γαῖα μέλαιν' ἔσομαι.

Insipientes homines & stulti, qui mortuos plorant, neque juventæ florem pereuntem. Delectare mihi care anime: mox

mox alii quidam erunt homines, ego vero mortuus, terra nigra ero. Qui vero in senectute, ubi *senilia tractare* decet, ut ait Zwing. p. 393. juvenescunt, ii ut anus ludens morti delicias faciunt; adeoque *sera* eorum *Venus* est, ut de juvenibus Germanis loquitur Tacitus p. 534. & frustra illud Poetæ ruminant:

O mihi præteritos referat si Jupiter annos.

Quod quum non fiat, etiamsi Dii sibi darent apud Hom. Il. ι. ait Phœnix, nolle se sine Achille relinqui; verba ejus inter alia quibus exorabilem in Græcos conatur facere, sunt:

—— οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα,
Οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Neque si mihi promitteret Deus ipse, senectute detersa, effecturum me juvenem pubescentem, qualis eram quum primum liqui Helladem pulcras mulieres habentem. Apprime vero ridicula est anus in senectute morigera, cum in juventute intractabilis fuerit. Talis illa Lyce quam exsibilat Horat. IV. Carm. 13.

Audivere, Lyce, Dî mea vota, Dî
Audivere, Lyce. Fis anus, & tamen
Vis formosa videri,
Ludisque & bibis impudens:
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum sollicitas.

Tunc itaque ad delinimenta confugiunt? sed quid juvabit, si amatores Afranios offendant? ille p. 59. ed. Steph.

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit.

Lepidum illud ex Antholog. II. IX: 7.

Λούε-

Λούεσθαι σε λέγουσι πολὺν χρόνον Ἡλιοδώρα,
  Γραῖαν ἐτῶν ἑκατὸν μὴ καταλυομένην.
Πλὴν ἔγνωκα τίνος χάριν· ὡς ὁ παλαιός
  Ἐλπίζεις Πελίας ἑψομένη νεάσαι.

Lavari te dicunt multo tempore, Heliodora, anum annorum centum non solutam; verum scio cujus facias causa, velut antiquus speras Pelias elixata juvenescere. Adde Erasm. 11: 7. adag. 61. in *Hesiodi senecta.* Nec mirum homines per senium diminui, cum & flos & arbor, & quidquid Natura procreavit, tempore collabatur & senescat; aspice rosam, pulcerrimum florem, at quam brevi tempore evanescit pulcritudo ejus? brevi post inquire, non rosam sed rubum invenies; quod rursus pulcerrime exprimitur in Anthol. hoc disticho.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ,
  Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

Huc denique facit & illud Columellæ p. 182. *Non ergo est exiguarum frugum causa terræ vetustas, si modo cum semel invasit senectus, regressum non habet, nec revirescere aut repubescere potest.*

789. *Fulmen est, ubi cum p. h. i.*] Quia *ferit antequam apparet.* Loriot. tom. 1. p. 26. Ob vehementiam autem ejus *rugitui leonis juvenis* comparat eam Salomon XIX: 12. Et c. XVI. vers. 14. *nuncios excandescentiæ regis nuncios mortis esse dicit.* Hinc de Medea Eurip. vers. 94.

— — — οὐδὲ παύσεται
Χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα.

Neque desistet ab ira, bene scio, priusquam fulmine feriat aliquem. Ideo potentes minime irasci debere dicit Sallust. de B. C. c. 5. nam, inquit, *quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur.*

790. *Habet in adversis auxilia, q. i. s. c.*] Sic supra vers. 88.

Bona comparat præsidia misericordia.

Et infra vers. 796.

Homo, qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.

Imo beatum prædicat eum Psalmistes regius Ps. XLI: 1. *Beatus qui attendit ad attenuatum: dicens: tempore mali liberabit eum Jehova: Jehova servabit eum & vita restituet eum, beatus reddetur in terra.* Cui jungamus Sirach. III. vers. ult. Ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριτας, μέμνηται εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ πτώσεως εὑρήσει στήριγμα. *Qui gratias refert, memor est futuri, & in tempore casus inveniet stabilimentum.* Idem alicubi: *Misericors beneficientia expiabitur a peccato; nam Dominus qui reddit gratiose facta, in posterum recordaturus est.* Et in Eccles. Salom. XI. vers. 1. & 2. *Ejice panem tuum in aquam, & post multos dies invenies. Da partem septem, imo octo; nescis enim quod malum super terris futurum sit.* Bene quoque Nazianz. tom. II. p. 123. C.

——— ——— ——— ἢ ἄλκαρ ἔχωσι
Πήμασιν ἐν σφετέροισιν, ὅτ' ἄντια κυμαίνῃσι
Δαίμων, ἀλλοτρίησιν ἑῶν πίονες οἰζύν.
Vel certe in duris, si quid fortasse procellæ
Intulerit dæmon, habeant solatia rebus,
Quisquis enim juvat afflictos sibi consulit ipse.

Idem ep. 147. monet ut orphanis bene faciamus, quo facilius id post nos nostris liberis præstetur. Καὶ, inquit, τὸ ἀσφαλὲς τοῖς σοῖς τέκνοις χαρίσαι, διὰ τῆς εἰς τοὺς ὀρφανοὺς εὐποιΐας. Et sic de aliquo Libanius p. 425. *cum alioqui vellet sibi gratiam aliquam apud nos repositam esse; quo, si converterentur fortunæ vices, posset beneficia commemorando, aliquid imputare populo.* Neque enim æquum est, ut illius misereatur aliquis, qui nullius ipse

ipſe miſertus eſt, aut venia detur illi, qui nulli unquam alicujus delicti gratiam fecit. inquit Demoſth. p. 399. B. verba ejus ſunt: Οὐδεὶς γὰρ ἐστὶ δίκαιος τυγχάνειν ἐλέου, τῶν μηδένα ἐλεούντων. οὐδὲ συγγνώμης τῶν ἀσυγγνωμόνων. Imo apud Tacit. p. 366. dicitur *peſſimus quisque, diffidentia præſentium mutationum pavens, adverſus publicum odium, privatam gratiam* præparare. Quo & referendum illud, quod de Vitellianis ad Veſpaſianum tranſeuntibus ſcribit idem l. III. Hiſt. p. 450. *Et terrore famaque aucti exercitus, Vitellianæ cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad tranſitionem, qui ſuas centurias turmaſque tradere donum victori, & ſibi in poſterum gratiam certabant.*

791. *Heu dolor quam miſer eſt qui in t. v. n. h.*] Efficax illud Juſtini p. 68. de Phocenſibus fraude a Philippo captis; *Tacitus mœror & luctus, verentibus ne ipſæ lacrymæ pro contumacia haberentur. Creſcit diſſimulatione ipſa dolor, hoc altius demiſſus, quo minus profiteri licet.* Sic ratiocinatur quoque Libanius p. 490. D. *Sed præter alia mala, in hoc etiam illi ſunt infelices, quod ne pro his quidem qui paſſi ſunt, vocem proferre queant.* Rationem dat Iſidor. Pelus. IV. ep. 110. *Nam quodammodo leviora fiunt narrando mala; qui vero aut metu, aut aliam quampiam ob cauſam ſilentio calamitates ſuas involvunt, atque occultant, ſed ſolo ſuſpirio cruciatum ſubindicant, illi intolerabilem experiuntur mali invaſionem, quippe quæ ad ſanationem non inclinet, ſed potius ad augmentum & intentionem ſpectet.* Κουφίζεται γὰρ τρόπον τινὰ τῇ διηγήσει τὰ πάθη· οἱ δὲ ὑπὸ δέους, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας σιγῇ τὰς συμφορὰς κατακρύπτοντες, μόνῳ δὲ τῷ στεναγμῷ τὴν ὀδύνην ἐμφαίνοντες, ἀνύποιστον ἔχουσι τοῦ κακοῦ τὴν ἔφοδον, ἅτε εἰς θεραπείαν μὲν μὴ νεύουσαν, εἰς ἐπίτασιν δὲ βλέπουσαν.

792. *Heu quam miſerum eſt diſcere ſ. u. d. d. e.*] Quomodo enim generoſus animus, & ad magna quæque natus

——— *assuetas ad sceptra manus*
Post tergum dabit?

ut loquitur Seneca in Troade ỳ. 150. & *herile pensum carpere*

Regius sanguis, dominæque tradi
Barbaræ pellex.

ut canit Horatius III. carm. 27. 64. Illa mortem cum Polyxena præoptabit apud Eurip. ỳ. 551. libertatem dummodo consequatur, dicente, pudere se apud manes servam vocari, regina cum sit:

——— ——— Ἐν νεκροῖσι γὰρ
Δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι.

Quæ enim ex regiis ædibus servilem diem videt, tam tunc infeliciter agit, quam feliciter olim. Sic apud Eurip. in Hecuba ỳ. 56.

Φεῦ, ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων,
Δούλειον ἦμαρ εἶδες. ὡς πράσσεις κακῶς,
Ὅσονπερ εὖ ποτ'.

Ita apud Sallust. de B. J. c. 26. Adherbal apud Romanos, non mortem, neque ærumnas, sed *tantummodo inimici* Jugurthæ *imperium deprecatur*. Et ipse Jugurtha ille postea in similem incidens casum c. 62. reputat secum, *quam gravis casus in servitium ex regno foret*. Et Hermocrates Camarinæos ad tutandam libertatem admonens, ait apud Thucyd. p. 464. *Ostendamus* Atheniensibus, *nos non esse Iones, neque Hellespontios, neque insularum incolas, qui dominum aut Medum aut quemlibet alium, semper commutantes, serviunt; sed Dorienses liberos, ex libera Peloponneso profectos, Siciliam incolere.* Nec ineptum fuit illud ratiocinium Antiochi de Annibale, quod describit Justin. lib. XXXV. *Si vero*, ajebat, *universo bello vincendi Romanos fortuna detur, quam spem esse, sub regno victurum Annibalem uni subjectum, qui patriam prope non tulerit? non ita se a juventa eum gessisse, spe animoque com-*

complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum laturus videatur. Hoc argumento utitur etiam Demosth. in oratione ad Athenienses p. 60. *Non enim*, inquit, *subigere nostram urbem vult Philippus, sed funditus evertere. Satis enim intelligit, servire vos neque velle: neque, si velitis, posse. Nam imperare consuevistis.* Οὐ γὰρ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος ἡμῶν, οὔ· ἀλλ' ὅλως ἀνελεῖν. οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι δουλεύειν μὲν ὑμεῖς οὔτε ἐθελήσετε, οὔτ' ἂν ἐθέλητε, ἐπιστήσεσθε· ἄρχειν γὰρ εἰώθατε. Sic Isocrates p. 217. ait Lacedæmonios, cum non ita olim terra marique inter Græcos dominarentur, tantam mutationem post cladem Leuctricam expertos, ut & principatu Græciæ privarentur, & eos viros amitterent, qui *se mori praeoptarunt, quam vivere victos ab iis quibus imperarant.* Adde me in loc. comm. *Ruina.* Hac denique ratione suos ad pugnam adhortatus est Sacrovir, monens: *quam decora victoribus libertas; quanto intolerantior servitus iterum victis.* ut narrat Tacitus III. Annal. 7.

793. *Heu quam miserum est ab eo lædi d. q. n. a. q.*] Scil. *Vel ab amico, vel a potente queri de altero inhonestum, de altero non tutum;* ut pulcre explicat Zwing. p. 311. & 1092. At alio modo citat p. 1450. & 1495. *inquirere* nempe. At ineptum tunc esset loqui; alias enim valet illud Sirach. IV. 26. Μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας, καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου εἰς καλλονήν. *Ne cohibeas sermonem in tempore salutis, & ne occultes sapientiam tuam ad ornatum.* Hoc explicat aliquo modo & illud Menandri: *Est permolestum tale quid delinquere, ut nominare metuat & qui fecerit.*

794. *Heu quam multa pœnitenda incurrunt v. d.*] Huc respiciens Cic. in Tusc. Qu. p. 130. recte Callimachum dixisse ait, *multo sæpius lacrymasse Priamum, quam Troilum.* Idem de Senect. p. 409. rationem dans, citat illud Cæcilii: *Quod*

Quod diu vivendo, multa, quæ non volt, videt.
Et hic erat nervus validissimus in oratione Veturiæ ad Coriolanum filium suum. ita apud Liv. lib. II. p. 34. loquitur: *In hoc me longa vita, & infelix senecta traxit, ut exsulem te, deinde hostem viderem?*

795. *Homo, qui in homine calamitoso e. m. m. s.*] Ille enim intelligit, *sibi posse accidere, ut sit opus auxilio.* ut ait Zwing. p. 283. & 1090. Et Ambrosius dictum illud refert Theodosii: *Misericors homo, dum aliis subvenit, sibi consulit, & in alieno remedio vulnera sua curat; agnoscit enim se esse hominem qui novit ignoscere.* Sic quoque Sirach. XXVIII: 4. reprehendit eum hominem, *qui suum proximum non afficit misericordia, neque deprecatur pro eo.* a quo tantum absuit Rhadamistus, ut occiso per fraudem Mithradate, filios quoque quod cædibus parentum illacrymassent, trucidaverit. ut de ipso narrat Tacit. additque paulo post, ipsum fugientem ipsam quoque uxorem vectationis impatientem percussisse. At sane ingentis spiritus fuit Alexander, qui, ut narrat Justin. pag. 87. cum gratias ei Darius egisset ob misericordiam, quam in ipsius familiam exercuerat, respondit ipsi; *Nec a se quidquam factum in hostis adulationem, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret.* Hæc autem misericordia non semper, nec in quoscunque est exercenda, ne, fovendo in sinu colubrum, ipsi pereamus. Sic in præclara illa oratione apud Sall. de B. J. c. 32. Memmius inquit: *Vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset.*

796. *Homo semper aliud fert in se; in a. a. c.*] Sic apud Dionem Cassium p. 464. D. Antonius fraudem Parthis struens, misit cum captivo Monæse legatos ad Phraätem, qui pacis spem regi darent, cum interim

rim ipſe omni modo bellum appararet. Bene itaque apud Eurip. in Hippol. verſ. 925. Theſeus optat ut extrinſecus cognoſci poſſit, quid intus homines cogitent. verba ejus hæc ſunt:

Φεῦ, χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον
Σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
Ὅστις τ' ἀληθής ἐστιν, ὅστε μὴ φίλος.
Δίσσας τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
Τὴν μὲν δικαίαν τὴν δ' ὅπως ἐτύγχανεν.
Ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο
Πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.

Heu! oportebat hominibus notam amicorum manifeſtam aliquam eſſe, & dijudicationem mentis, quisnam verus ſit amicus, & quis non; & omnes homines duplicem vocem habere: unam quidem veracem, alteram vero qualemcunque; ut quæ cogitaret injuſta & mentiretur, argui poſſet.

797. *Improbe Neptunum accuſat q. i. n. f.*] Hinc Plautus in Moſtell. II: 2.

Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,
Quom me amiſiſti a te vix vivom modo.
Verum ſi poſt hac me pedem latum modo
Scies impoſuiſſe in undam, haut cauſa ilico 'ſt,
Quod nunc voluiſti facere, quin facias mihi.

Et apud Diod. Sic. p. 297. B. Philæmon Comicus jure mirari ſe ait, non quod quis navigarit, ſed quod ſecundo mare ingreſſus ſit. νόμῳ τεθαύμακα, inquit, οὐκ ἐπεὶ πεπλεύκεν, ἀλλ' εἰ δὶς πέπλευκε. quod ipſe ibi ad ſecundas nuptias accommodat, quæ comparatio incurrit etiam in oculos poetæ ejus, qui in Anthol. I. c. 15. epig. I. ita canit:

Εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Si quis ſemel uxore ducta rurſus ſecundos thalamos expetit, nauſragus bis navigat profundum grave. Audiamus

& il-

& illud Eubuli apud Athen. p. 559.

——— ——— ——— Κακ☉

Κακῶς ἀπόλοιθ' ὅς τις γυναῖκα δεύτερον
Ἔγημε, τὸ γὰρ πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς.
Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρ☉ οἶμαι τὰ κακοῦ.
Ὁ δ' οἷον ἦν γυνὴ κακὸν πεπεισμέν☉.

Male pereat quisquis iterum uxorem duxerit : ei, qui primum, sic imprecari equidem nolim : nam hic, ut existimo, ejus mali est inexpertus : ille vero quantum uxor malum sit, satis didicerat. Cui simillimus Aristophon, qui ibidem totidem fere verbis secundum matrimonium dehortatur. ita ille:

Κακὸς κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας δεύτερον
Θνητῶν· ὁ μὲν γὰρ πρῶτ☉ οὐδὲν ἠδίκει·
Οὔπω γὰρ εἰδὼς οὗτ☉ οἷον ἦν κακὸν,
Ἐλάμβανε γυναῖχ' ὁ δ' ὕστερ☉ λαβὼν,
Εἰς πρόδηλον αὐτὸν εἰδὼς ἐνέβαλεν κακόν.

Malus male pereat quisquis mortalium uxorem secundam duxit: qui primam, is peccat nihil, ignarus adhuc quam grave malum uxorem sumat: qui vero nuptias repetit, in malum jam antea prætentatum se conjicit. Apud eundem, quem supra citavimus Diodorum p. 296. versus sunt Poetæ cujusdam, qui idem monet, si nempe, inquit, primum conjugium bonum fuerit, quiesce deinceps; si malum, stulte secundam uxorem jam expertus malum rursus ducis.

Εἴτ' ἐπέτυχες γὰρ γήμας τὸ πρότερον,
Εὐημερῶν κατάπαυσον· εἴτ' οὐκ ἐπέτυχες,
Μανικὸν τὸ πεῖραν δευτέρας λαβεῖν πάλιν.

Tale autem connubium felix est id, quale ejus apud Plaut. in Stich. 1: 1.

Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet,
Neque est, quod nunc studeam has nuptias mutarier.

Adde Chrysost. de non iterando conjugio. pag. 546. Ut autem improbe Neptunum accusat, qui bis naufra-

fragium facit, ita qui bis ad eundem lapidem impingit, sua id culpa facit. Sic Cyprian. de reverso ad idololatriam:

Qui pedis offensi lapidem vitare cavendo
Nescit, & incautos iterum vexaverit artus,
Imputet ipse sibi, nec casibus imputet ullis.

Ideo fatetur stultitiam suam Ovid. II. Trist. 1: 16.

At nunc (tanta meo comes est insania morbo)
Saxa meum refero rursus ad icta pedem.

Adde Erasm. 1: v: 8. *Iterum eundem ad lapidem offendere.* Sic apud Com. gr. p. 192. negatur esse viri prudentis bis ad idem offendere.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Zwing. p. 836. *Qui semel expertus, iterum exponit se periculis, impudenter accusat fortunam.* Propterea illud decere dicit Demost. p. 362. C. *ne post hac in eandem fraudem incidamus.* Nam *primum quidem decipi incommodum est: iterum, stultum: tertium, turpe.* ut notat Cicero de Invent. p. 71. Huc pertinent preces illæ Nazianz. p. 1054. in hymno matutino: *Excitas nos ad opus faciundum, & ad gratias tibi agendas; ut vitata caligine perveniamus ad diem, diem illum, qui a nocte tristi non clauditur.* i. e. ad illam lucem, quæ animum nostrum non sinet relabi ad consuetas peccatorum redeuntium tenebras.

798. *In malis sperare bonum n. n. i. s.*] Sic plane Synesius ubi dixit philosophi & patriæ amantis esse, nihil de fortuna desperare, sed eo majora spirare ob bonam causam, μηδ' ἀπογινώσκειν τῆς τύχης, ἀλλὰ καὶ προσδοκᾷν τὰ ἀμείνω, διὰ τὴν δικαίαν ἀξίαν. addit: bonos a malis in bona sua spe potissimum, ut vetus proverbium ait, superari non posse. οὐχ ἥκιστα γὰρ μόνῳ πλεονεκτοῦσιν, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, οἱ χρηστοὶ τῶν πονηρῶν ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι. Et ita Isocrates p. 393. probos & justos non tantum in præsenti bene agere, sed & de futuro de-

splendidior, obscuriorve, lætari, aut mœrere. & postquam ortæ nubes offecere visui, creditumque conditam tenebris: (ut sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes,) sibi æternum laborem portendi, sua facinora aversari Deos lamentantur. Sic quoque milites Hordeonii in eum insurgunt, quum ad comprimendam seditionem, unum militem in vincula conjecerat. *Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant. Quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis: tanquam nuntius inter Civilem Flaccumque, falso crimine, testis veri opprimeretur.* ut refert idem Tacit. IV. Hist. p. 477.

799. *Inter amicos judicatur quam i. m.*] Rationem reddit Xenophon p. 212. *Victus autem victoribus invidebat, & eos, qui sententiam secundum se non tulissent, odio prosequebatur. Victor contra jure se vicisse praeferebat, adeoque nemini se gratiam debere putabat.* Ideo apud Ovid. XII. Met. vers. 626. de armis Achillis inter Ajacem & Ulyssem judicaturus

A se Tantalides onus invidiamque removit,
Argolicosque duces mediis considere castris
Jussit, & arbitrium litis trajecit in omnes.

Sic quoque apud Aristoph. in Ran. vers. 1444. inter Euripidem & Æschylum non lubenter judicat Bacchus, ne unius odio semet oneret, cum alterum sapientem judicaret, & alterum vehementer approbaret, verba ejus sunt:

Ἄνδρες φίλοι, κἀγὼ μὲν αὐτοὺς οὐ κρινῶ·
Οὐ γὰρ δι' ἐχθρὰς οὐδετέρῳ γενήσομαι·
Τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν, τῷ δ' ἥδομαι.

Et ille apud Lucian. p. 1067. tom. I. judicans, optat fieri se Theramenem illum cothurnum, ut ambos victores dimittere posset. Quod fecit Poeta quidam in Antholog. VII. 142.

Ἤρισαν ἀλλήλαις, Ῥοδόπη, Μελίτη, Ῥοδόκλεια.
Τῶν τρισσῶν τίς ἔχει κάλλος ἀρειότερον.
Καί με κριτὴν εἵλοντο· καὶ ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι,
Ἔστησαν μούνῳ νέκταρι λειπόμεναι.
Ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε Πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδὼς,
Τὰς τρεῖς ἀθανάτους εὐθὺ συνεστεφάνουν·

Contenderunt inter ſe Rhodope, Melite, Rhodoclea, trium quæ haberet pulcritudinem meliorem; & me judicem fecerunt: ſteteruntque ut Deæ illuſtres ſola immortalitate carentes. Verum dilucide quid paſſus ſit Paris per hoc judicium cognoſcens, tres immortales ſtatim coronavi. Sapienter quoque Scipio litem inter Q. Trebellium & Sext. Digitium diremit, dicens: *ſe ſatis compertum habere pariter in murum adſcendiſſe: ſeque eos ambos virtutis cauſa coronis muralibus donare.* ut teſtatur Liv. lib. xxv. p. 297. Sæpe enim accidit ut judex in odium alterius partis incurrens, ſibi magnum malum creët. prout de Tatio ſcribit idem Liv. lib. 1. p. 6. *Poſt aliquot annos, propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant quumque Laurentes jure gentium agerent; apud Tatium gratia ſuorum & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in ſe vertit. Nam Lavinii, quum ad ſolemne ſacrificium eo veniſſet, concurſu facto, interficitur.* Vide & me. *Amicus ne judicet de amico.* & Polyb. p. 203. B. de duobus fratribus de regno diſceptantibus, quorum maximus natu tracto in partes ſuas Hannibale, fratrem ejecit. Apud eundem quoque p. 566. B. Lyciſcus dicit Philippum cum Lacedæmonios perdere potuiſſet per finitimos, eo neceſſitatis utroſque adegiſſe, ut mutuas controverſias verbis deponerent. διὰ λόγου τὴν ἐξαγωγὴν ἀμφοτέρους ἠνάγκασε ποιήσασθαι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων.

800. *Ipſa amicos res opimæ p. a. p.*] Sic Sirach. VI: 10. *Item amicus eſt menſarum particeps, qui non permanebit in die afflictionis tuæ.* Καὶ ἔστι φίλος κοινωνὸς τραπεζῶν

ζῶν, καὶ ὁ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου.

801. *Iracundiam qui vincit f. h. m.*] Vide Zwing. p. 257. & Val. Max. IX: 3. qui plurima exempla ibi profert, & inter alia de Metello, qui ob invidiam successoris Pompeji tela fregerat, milites dimiserat &c. dixit: *meritum honorem triumphi, hostium quam ira fortior victor, amisit.*

802. *Irritare est calamitatem, c. t. f. v.*] Forte *invitare.* ut Zwing. p. 1426. qui tanquam incerti citat *infimare est calamitatem* &c. Sic autem fecerunt Niobe, de qua Ovid. VI. Met. 155.

—— —— *& felicissima matrum*
Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.

Sic Herodes de quo in S. Script. Sic Sylla, dictus Felix, quamvis miser. de quo Plin. VII. N. H. 43. *Unus hominum ad hoc ævi, Felicis sibi cognomen asseruit L. Sylla, civili nempe sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus* &c. quam misere autem mortuus sit, describit ibidem. De hujus autem sententiæ sensu lib. VII. c. 40. per totum agit.

803. *Ita habeas amicum posse u. f. i. p.*] Gellius I: 3. Chilonis dictum refert: *Hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus*, & quidem ideo: quoniam experientia ostendit multos fuisse ingratos valde contra amicos suos. ut notat Val. Max. V: 4. Quo tendunt quoque illa Sophoclis in Ajace vers. 747.

—— —— ἔς τε τὸν φίλον
Τοσαῦθ᾽ ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. τοῖς πολλοῖσι γὰρ
Βροτῶν ἄπιστός ἐσθ᾽ ἑταιρείας λιμήν:

Porro amicitias ita colendas esse censeo, ut cogitemus eas non fore perpetuas: nam multi non fidelem amicitiæ portum experti sunt. Et in Oedipo Col. vers. 649.

Καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ᾽ οὔτ᾽ ἐν ἀνδράσι
Φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.

Et spiritus idem nunquam, neque in hominibus amicis manet, neque erga urbem urbi. Consilium itaque hoc dat Euripides apud Plutarchum p. 95. dicens, mediocres esse decere usus amoris mutui, & solubiles, nec ad medullas penetrare intus ultimas: intendere ut possis facile aut remittere. Χρὴ γὰρ μετρίαν εἰς ἀλλήλους φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς· εὔλυτα δ᾽ εἶναι θελγήτρα φρενῶν ἀπό τ᾽ ὤσασθαι καὶ συντεῖναι. Nam prudenti & callido omnia suspecta sunt. unde Hieron. tom. II. p. 349. *Quæ sibi jam fida pectora tuto refundant? in cujus sensus tota se projiciat secura dilectio, quis denique amicus non formidatur, quasi futurus inimicus?* Citat autem hanc sententiam, seu proverbialem locutionem Philo p. 967. & addit: *Sic securitati prospicitur, ne quem post detectum dictis factisque ingenium, sero nimiæ facilitatis pœniteat.* Sed ut amicum habes, tanquam futurum aliquando inimicum, sic inimicus considerandus est, tanquam futurus aliquando amicus. quo spectabat lex illa Zaleuci: *Ne quis civium implacabili odio inimicum prosequatur: sed ita inimicitias cum ipso suscipiat, tanquam brevi in gratiam cum eo & amicitiam rediturus.* ut refert illam Diod. Sic. p. 299. C. Cum quo consentit locus Sophoclis supra citatus; nam & ibi Ajax paulo ante dixerat se jam scire, quod cum hostis esset, ita semper odio esset habendus, ut qui rursus amicus fieri posset. verba ejus sunt:

Ἐγὼ δ᾽ ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως ὅτι,
Ὅ τ᾽ ἐχθρὸς ἡμῖν, ἐς τοσόνδ᾽ ἐχθαρτέος
Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις.

Quem locum & citat Suidas p. 37. Negabat tamen Aristoteles ita amandum, sed tanquam perpetuo. Sic verba ejus se habent II. Rhetor. c. 40. φιλεῖν, οὐχ ὥσπερ φασιν, ἀλλ᾽ ὡς ἀεὶ φιλήσοντα· ἐπιβούλου γὰρ θάτερον. Et ipse Plutarch. tractans locum Eurip. supra cit. di-

dicit, non esse audiendum eum, additque: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὦ Εὐελπίδη, μεταθῶμεν τὰς ἔχθρας, καὶ κελεύωμεν μετρίως πιέζεσθαι τὰς διαφορὰς, καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς· εὔλυτα δ' εἶναι μίση, καὶ ὀργὰς, καὶ μεμψιμοιρίαν, καὶ ὑπονοίας. *Hoc vero, mi Euripides, ad inimicitias transferamus, jubeamusque contentiones esse mediocres, neque pertinere ad intimam animi medullam, sed odia, iras, querelas, suspiciones ita suscipi, facile ut aboleri possint.*

804. *Mage cavenda est a. i. q. i. h.*] Æquali olim gradu constituerat hæc apud Stob. p. 409. rogatus Cleobulus, quid vitandum maxime; dicens: τὸν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τὴν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. Unde & Sirach. VI: 13. monet, ab inimicis nos ut separemus, ab amicis vero ut caveamus. Sallust. de Rep. ord. p. 277. *Hostem adversum opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu est.* Est autem ea invidia, prout istam describit Xenoph. p. 779. C. non quidem sita in amicorum adversis rebus, nec in secundis hostium, sed in indignatione animi ob prosperam amicorum fortunam. Idem confirmans illud Syri nostri scribit p. 674. C. de Agesilao rege, quod difficulter ab hostibus circumveniri potuerit, ab amicis vero facillime falsa persuasione decipi. Quinam vero Ajaci maxime nocuerunt, Græci an Trojani? Græci certe, pro quibus tot labores sustinuerat; unde in Antholog. lib. III. c. 14. ep. 11.

Αἴας ἐν Τροίῃ μετὰ μυρίον εὖχος ἀέθλων
Μέμφεται οὐκ ἐχθροῖς, κἀμμένος, ἀλλὰ φίλοις.

In summo gradu autem si invidiam videre desideras, inspice Liban. p. 324. ubi declamatio est alicujus adeo invidi, ut, propter vicinum divitem a Fortuna factum, cicutam a judicibus petat.

805. *Maximo periculo custoditur q. m. p.*] Zwing. p. 313. & 212. legit *magno cum periculo.* & addit: *ve-*

lut puella , aut fœmina formosa. Furem enim sollicitant clausa, nedum illa quæ omnibus placent. Ovid. III. de Arte IV.

Quidquid servatur cupimus magis, ipsaque furem
Præda vocat.

Ut autem Publius noster, ita & Hieron. contra Jovian. *difficile* esse dixit *custodire, quod multi petunt.*

806. *Minime amicus sum, fortunæ particeps nisi sim tuæ.* Scribe:

Minime amicus est, fortunæ qui non particeps tuæ est.

Aristot. Eth. p. 66. *Alii sunt pares amici, alii præstantia quadam inter se differunt, (nam & æque boni inter se fiunt amici, & melior deteriori: similiterque jucundi: & ii, qui utilitatem sequuntur, tum utilitatibus præbendis æquales, tum inæquales ac differentes) eos quidem, qui inter se sunt pares, etiam amando & reliquis rebus oportet exæquari.* Itaque & pericula una ferre & propulsare debent, quo respiciens Plutarch. p. 94. non subito inveniri ait amicos omnem una paratos subire fortunam, & quorum quisque

Ἀυτός τε αὐτὸν πράττων εὖ, τίθησιν εἰς μέσον,
Τοῦ δυστυχοῦς τε λαγχάνων οὐκ ἄχθεται.
Socium secundis esse rebus te velit,
Tuum nec aversetur infortunium.

Necesse autem esse dicit Themist. p. 83. divitias & paupertatem, gloriam & obscuritatem, utpote externa tantum fortunæ bona, æqualiter ab amicis & iis quidem non conjunctissimis, tolerari, & idem fatum subiri, indignationem enim inter maxime amicos ob minimam rem oriri posse, nisi fortunæ favorem communicans cum amico, tecum pariter amicum tuum beatum facias. verba ejus sunt: Ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔξωθεν τύχην πλούτου τε καὶ πενίας, ἐπιφανείας τε αὖ καὶ ἀδοξίας· τούτῃ γὰρ ἀνάγκη μὲν οὐδὲ τοὺς πάνυ φίλους ἴσην ἑκάστου μοῖραν μεταλαγχάνειν. Φιλία δὲ τὰ πολλὰ τὸ πλέον ὑπεροψίαν κατὰ

τοῦ

οὗ ἐλάσσονος ἐπίκτει. ὅθεν εἴ σε ἄγει προσωτέρω τούτων ἡ τύχη, συμπαρενεκτέον σοι καὶ τὸν φίλον. Unde validum argumentum desumpserunt apud Tacit. p. 120. Romani, ut impetrarent uxorum in provincias comitatum. *Vix*, ajebant, *præsenti custodia illæsa manere conjugia: quid fore, si per plures annos in modum dissidii obliterentur.* Ridens itaque Martialis & perstringens Candidi hypocrisin, scribit ad eum lib. II. vers. 26.

Si det iniqua tibi tristem Fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.
Si jubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta per scopulos exsulis ibo comes.
Dat tibi divitias, ecquid sunt ista duorum?
Das partem, multum est. Candide, das aliquid?
Mecum ergo miser es, quod si Deus ore sereno
Annuerit: felix, Candide, solus eris,

Et ad eundem II: 43.

Candide, κοινὰ φίλων *hæc sunt tua, Candide,* πάντα.
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.
Te Lacedæmonio velat toga lota Galeso,
Vel quam seposito de grege Parma dedit.
At me quæ passa est furias & cornua Tauri,
Noluerit dici quem pila prima suum.
Misit Agenoridæ Cadmi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis coccina nostra tribus.
Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Immodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli:
Concolor in nostra cammare lance rubes.
Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:
At mihi succurrit pro Ganymede manus.
Ex opibus tantis veteri fidoque sodali
Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ φίλων.

Nam certe ut Antiphanes apud Athen. p. 3.

Τοῦ γάρ τις ἄλλου, πρὸς θεῶν περ, οὕνεκα
Εὔξαιτο πλουτεῖν εὐπορεῖν τε χρημάτων.
Ἢ τοῦ δύνασθαι παραβοηθεῖν τοῖς φίλοις.

Cujus rei causa, rogo te per Deos pecuniam ae divitias quisquam expetat, suos amicos juvare quam ut queat? Unde argumentum deducens Davidus apud Joseph. pag. 249. ubi filiis Salomonem ut patiantur regnare commendat, inter alia hæc dicit: *Cum enim æquum sit, si Deus ita velit vel externos ferre dominos, quanto magis gratulari & favere decet fratri, non secus quam ejusdem honoris participes.* Rubenus apud Joseph. p. 38. inter alia dicit: *Causam etiam cædis facinus eorum gravaturam, si videantur ob invidiam futuræ felicitatis ei vitam ademisse, qua felicitate propter cognationem ipsis quoque frui licebat.* prout etiam factum fuit deinde quum Josephus patrem cum omni familia arcesseret, dicens p. 51. οὐ γὰρ ἀποδήμους εἶναι τῶν ἀγαθῶν δεῖ τῶν ἡμετέρων τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους. Præcipue vero in bello id locum habet, ubi tali modo instructi, nemo suam ipse rem præ aliis curans, sua quisque officia curat; quomodo Cæsar de Gallis p. 70. scribit; qui, *celeriter missis legatis, per suos principes inter se conjurant, nihil, nisi communi consilio, acturos, eundemque omnis fortunæ exitum esse laturos.* Quod & dux principue observare debet. Sic Julian. in Paneg. p. 69. *Milites ad earum rerum omnium copiam perduxisti, ut neque satietate insolentes esse, aut inopia quidquam peccare cogerentur.* Hæc sunt quæ *commoda* vocat Ovid. 1 Amor. vs. 130. lepide ad castra amoris id transferens:

Romule militibus scisti dare commoda solus.
Hæc mihi si dederis commoda, miles ero

Ita quoque Philippus Achæis, qui eum juverant, Psephide urbe & Lasione cessit ultro. ut testatur Polybius p. 335. & 336. Regibus vero maxime curandum, ut, per quos adjuti sint, eos juvent, ita certe

te Cyrus rex Sybarem cœptorum socium, quem comitem in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit: sororemque ei suam in matrimonium dedit. ut refert Justin. lib. 1. Et sic Chrysost. ep. 162. dicit nutricem illam, quæ infantem alit regium, eo ad principatum evecto, & ipsam quoque bonorum fructum percipere. Nam & Dio Chrysost. p. 42. dicit bonum regem suam felicitatem aliis communicare, neque separare suam ipsius & subjectorum utilitatem. Σὺ δέ μοι τὴν εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις ἔγκαρπον ποιεῖς καὶ ἀνεργόν. *Tu autem mihi pacem obedientibus fructuosam & haud laboriosam facis.* Et signum evidentissimum boni regis esse dicit Synes. p. 11. si appareat eum amicos suos ita tractare, ut quisque optet in eorum esse numero. ita verba ejus sunt. Εὐγνώμονος δὲ βασιλέως ποῖον ἐπιδηλότερον τῷ πλήθει τεκμήριον, ἢ εἰ φαίνοιτο ζηλωτοὺς ποιῶν ἀεὶ τοὺς συνόντας; Unde apud Tacitum p. 279. *Rubori mihi est, quod pracipuus caritate, nondum omnes fortuna antecellis.* Pulcre autem ad sacra transfert Chrysost. ep. 2. ad Timoth. p. 1651. ferendas esse persuadens in hac vita contumelias, plagas, cruciatus, mortem, eadem enim cum Christo passo, una cum ipso in cœlis regnaturos. εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν.

807. *Mors infanti felix, j. a. s. n. s.*] *Felix infanti*, quia nihil mali expertus est; *juveni acerba*, quia spes omnia illi pollicebatur; *sera seni*, quia videt se a pe deceptum. Hinc Seneca ad Neronem, cum sciret se ipsi suspectum: *Quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem; ita in hoc itinere vita, senex, & levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto.* ut narrat Tacit. XIV. Ann. p. 278.

808. *Mortuo munus qui m. n. d. i. a. s.*] Citat Zwing. p. 306. & 1099. & simile habet ex Eurip.

 apud

apud Stobæum Serm. cxxii.

Τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
Ὀδύναισι δώσει; τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
Εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων.

Et certe morem illum risisse veteres eleganter docemur ex Antholog. ii. c. 47. verſ. 7.

Καὶ πίνε καὶ τέρπου Δημόκρατες· οὐ γὰρ ἐς αἰεὶ
Πιόμεθ', οὐδ' αἰεὶ τερψιος ἑξόμεθα.
Καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
Αὐτοὺς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους.
Νῦν ἐν ἐμοὶ πιέτω μέθυ τὸ πλέον ὀστέα ταμὰ,
Νεκρὰ δὲ Δευκαλίων αὐτὰ κατακλυσάτω.

Et bibe, & gaude Democrates, non enim ſemper bibimus, neque ſemper lætitiam habebimus; & coronis capita condenſemus, aut inungamus nos, priuſquam hæc in ſepulcris ferant alii. Nunc in me bibant vinum copioſum oſſa mea, mortua vero Deucalion ipſa obruat. Ut & ibid. ep. 3.

Μὴ μύρα μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη·
Ζῶντί μοι, εἴτι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων,
Πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

Non unguentum non coronas lapideis columnis exhibe, neque ignem comburas. Vana eſt hæc impenſa. Viventi mihi, ſi quid voles, exhibe. Cinerem vero inebrians lutum facies, mortuus autem non honoratur. Has ſteriles & irritas libationes vocibus ἀγόνων χοῶν indigitavit Theologus apud Suidam. Et his ſimiles eſſe res bonas incluſas ad os clauſum, dicit Sirach. xxx: 18. Ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ, θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ.

809. *Næ virtutibus multis a. q. a. a.*] Sic qui ſtudia admirantur in eruditis, quamvis ipſi non ita literati, ut hinc Symm. ix: 30. *Aſſectatores diligo literarum; non quod mihi cum talibus ſtudiis ulla cognatio ſit; ſed*

quia

quia professio bonarum artium quasi pulcritudo in alieno etiam corpore locata delectat.

810. *Neminem nec accusaveris, n. l. c.*] Jam vel ab Theognide inculcatum vers. 957.

Μήποτ' ἐπαινέσσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς,
'Οργὴν καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ·
Πολλοί τοι κίβδηλον ἐπίκλοπον ἦθος ἔχοντες,
Κρύπτουσ' ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον.
Τούτων δ' ἐκφαίνει πάντων χρόνος ἦθος ἑκάστου.

Ne unquam laudes priusquam virum noveris clare, appetitum, & modum, & mores, qualis sit: multi sane fucatos fallaces mores habentes, occultant, induentes animum diurnum. Horum vero indicat omnium tempus mores cujusque. Sic nec temere credendum docet Aratus in oratione sua ad Philippum apud Polyb. p. 347. Μηδενὶ τῶν λεγομένων ὀξέως μηδ' ἀκρίτως μηδέποτε πιστεύειν· ὅταν δὲ κατά τινος τῶν φίλων καὶ συμμάχων προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀκριβέστερον ἔλεγχον ποιεῖσθαι, πρὶν ἢ δέξασθαι τὴν διαβολὴν. Plutarch. quoque p. 461. vituperat eos, qui ob parvum in convivio apparando peccatum servos cædunt, aut uxori convicium faciunt.

811. *Nescias quid optes, a. q. f. i. l. d.*] Zwing. p. 1284. & 1383. citat: *Nescis quid optes*, & addit non dissimilia ex Poëtis; & explicans, ait: ita ludere, *ut sæpe quam putes optimam, sentias maxime nocere. & contra.* Exclamat itaque non immerito Vellejus p. 81. *Quis Fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? quis non diversa præsentibus, contrariaque exspectatis aut speret, aut timeat?* Et idem p. 73. de Cicerone; *Ab illo* Antonio *Cicero proscriptus est, abscissaque scelere Antonii vox publica est, cùm ejus salutem nemo defendisset, qui per tot annos & publicam civitatis, & privatam civium defenderat.* Et certe Juvenal. Sat. x. vers. 5. rogat:

-- *quid*

——— *quid tam dextro pede concipis, ut te*
Conatus non pœniteat votique peracti.

Nam sæpe ut idem:

Evertere domos totas optantibus ipsis
Dii faciles.

Unde bene concludit ibid. verſ. 346.

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Dii.

Nec pejus Poëta quidam in Antholog. 1. cap. 31. ep. 4.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

O Jupiter, bona & precantibus, & non precantibus nobis da; mala autem etiam a precantibus averte.

812. *Nescit is nocere qui n. v. p.*] Supra:

Nocere posse & nolle laus amplissima est.

Et Auſon.

Quid prudentis opus? cum possit, nolle nocere.

Lepide quoque, prout omnia, Plautus Stich. 1: 2: 59.

Ubi facillime spectatur mulier ingenio quæ 'st bono?
Quoi male faciundi 'st potestas, quæ, ne faciat, id temperat.

813. *Ni gradus servetur n. t. e. s. l.*] Sic apud Liv. p. 63. C. Claudius contra Icilium Tribunum inſurgit acriter, dicens: *ne reges quidem majestatem summi ordinis imminuisse. Ne ita omnia Tribuni potestatis suæ implerent, ut nullum publicum consilium sinerent esse.* Et eodem modo Tarquinius in oratione ad Porſennam queritur: *æquari summa infimis, nihil excelsum, nihil quod supra cætera emineat, in civitatibus fore.* ut ſcribit Liv. p. 25. Pulcrum quoque eſſe ait Lucian. tom. 1. p. 77. unumquemque manere in ordine ſuo: illum au-

autem qui tranſit ad ea, quæ ipſum non decent, jus violare. Καλὸν γὰρ, inquit, ἕκαστον μένειν ἐφ' ἧς τετύχηκε τάξεως· τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον. Plin. IX. ep. 5. *Sed temperare mihi non poſſum, quo minus laudem, ſimilis monenti, quod eum modum tenes, ut diſcrimina ordinum dignitatumque cuſtodias: quæ ſi confuſa, turbata, permiſta ſint, nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius.* Nam ut bene Tacit. III. Ann. 3. *non eadem decora principibus viris, & imperatori, populoque.* Claudian. III. de Raptu verſ. 9.

—— —— —— Conſidere juſſi,
Nec confuſus honor. Cœleſtibus ordine ſedes
Prima datur. Tractum proceres tenuere ſecundum
Æquorei, placidus Nereus & lucida Phorci
Canicies. Glaucum ſeries extrema biformem
Accipit, & certo manſurum Protea vultu.
Nec non & ſenibus fluviis conceſſa ſedendi
Gloria: plebejo ſtat cætera more juventus.

Venuſte quoque gradationem iſtam honoris ſcalis comparat Cic. VI. ad Fam. 7. *Scalarum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum ſtruas, non aſcenſum pares.* Quem locum ante oculos videtur habuiſſe Caſſiod. cum ſcriberet VIII: 13. *Securus celſa conſcendit qui ſe in paulo minoribus approbavit: & certo procedit veſtigio qui gradatim deſiderio potitur accepto.* Imo ipſe Cicero in Philipp. p. 645. dixerat: *Quam abſurdum, qui Prætor fieri non potuerit, eum petere Conſulatum? Vide me, Gradatim aſcendere.* Et Salluſt. ita de Mario. in B. J. 106. *Deinde ab eo magiſtratu, alium poſt alium ſibi peperit: ſemperque in poteſtatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. tamen is ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt.) Conſulatum appetere non audebat.* Poſſunt & huc accommodari, quæ de gruibus habet Caſſiod. IX. ep. 2.

2. *His etiam volatus vicaria æqualitate disponitur: ultima, & quæ primatum tenuit, esse posterior non recusat.* Sacer quoque auctor Nazian. tom. I. p. 447. prolixe demonstrat ordinem in omnibus creaturis conservari. quin imo p. 448. ultimam labem & corruptionem, dissolutionem nempe mundi, nihil aliud putat, quam ingentem confusionem, πλεονασμὸν ἀταξίας.

814. *Nil prodest bene didicisse f. s. c. b.*] Nam virtus in actione consistit. Themist. p. 328. Πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἄλλας τέχνας τὸ εἰδέναι πάμμεγα δύναται, πρὸς δὲ τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι οὐδὲν ἢ μικρὸν ἰσχύει· τὰ δὲ ἔργα, οὐ μικρόν, ἀλλὰ τὸ πᾶν. *Ad alias quidem artes solum scire sufficit, ad virtutes vero, cognitio illarum, ne minimum quidem juvat, effectus vero non parvum quid sed omne obtinet.* Idem p. 331. tales homines ægrotis assimilat, qui, cum medicos diligenter audiant loquentes, nihil tamen illorum quæ præscripta fuerunt, exsequuntur. Nam, ut ait quoque Demosth. p. 148. nihil profuerit, esse qui optima suadeat, si qui obtemperet, habeat neminem. Et idem p. 390. ad leges hoc transferens, ostendit, nihil illas valere, & vim earum dissolvi, si rei impuniti dimittantur.

815. *Nil rationis est ubi res s. i. a. v.*] Apud Plutarch. p. 450. Chrysippus ait obortos affectus rationem explodere, & ea quæ judicium ab iis diversum statuunt, vique ad contrarias his actiones propellere. additurque ibi testimonium ex Menandro. Sic apud Liv. lib. VII. p. 122. *Quod*, cædes Genucii & exercitus nempe, *ubi est Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate mœsti Patres, quantum feroces infelici Consulis plebeji ductu, fremunt omnibus locis, Irent, crearent Consules ex plebe*, &c. Amor autem & favor ubi in affectum venit, non judicatur cui præstentur. quod innuit Plinius IV: I. *Oppidum est prædiis*

diis nostris vicinum: nomen Tifernum Tiberinum, quod me pene adhuc puerum patronum coöptavit: tanto majore studio, quanto minore judicio adventus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus gaudet. Judicibus autem præcipue cavendum, ne res in affectum veniat; ut enim Cic. pro Planc. p. 441. *Semper dignitatis iniquus judex est, qui aut invidet aut favet.* Quintil. Inst. IV: 2. *Nam cum irasci, favere, odisse, misereri cœperint, agi jam rem suam existimant: & sicut amantes de forma judicare non possunt, quia sensum oculorum præmit amor, ita omnem inquirendæ veritatis rationem judex amittit occupatus affectibus, æstu fertur, & velut rapido flumini obsequitur.* Rarum itaque, quod de Moyse testatur Joseph. p. 132. affectus ita semper in potestate habuisse, ut omnino illis carere videretur. Transferens hæc ad sanctiora morum ille magister Chrysost. in ep. p. 417. ubi dixit libidine cœcos pœnam non videre, addit: *Et quomodo qui sunt orbati oculis, si vel in fixo meridie steterint sub medio cœli, lucem non suscipiunt, quum sint clausi eorum oculi: ita isti quoque, etiamsi innumerabilia undique insonent salutaria dogmata, animo hoc morbo occupato, omnibus ejusmodi verbis aures obstruunt.*

816. *Nondum felix es, si nondum t. t. d.*] i. e. Nondum sapis supra vulgus, cui placet pessimum, & qui dissidentes deridet. Scito enim pessimum esse, qui ab iis laudabitur maxime. Unde Epictet. p. 14. ita nos monet: *Sapientiæ studium suscipere cupis? statim te para quasi futurum sit ut deridearis: ut multi te subsannent.* Imo ut enarrator ejus Arrian. 284. *Oportet a puero contemni, ab obviis derideri.* Quare *contemnamus gloriam, rideri malimus quam laudari.* inquit Chrysost. in Act. Ap. p. 839. Seneca quoque ep. 71: illud Socratis refert: *Ut sis beatus, & te alicui stultum videri sine.* At præclare idem & sapienter ep. 76. *Habet tibi-*

bicen quoque Græcus & præco concursum , at in illo loco ; in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent ; & hi plerisque videntur nihil boni negotii habere, quod agant ; inepti & inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. Æquo animo audienda sunt imperitorum convicia: & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus. Adde his sapientiæ præceptoribus Simplic. qui c. 29. de hac derisione ex professo agit ; & Lipf. ad illud Philosophi ep. 29. *placere potest populo.* ubi id pluribus explicat. Et Plut. de aud. Poet. c. XXXIII. ubi ait falli istos, qui felicitatem eo modo apud Poetas accipi putant , qui Philosophis significat perfectum bonorum omnium habitum , seu possessionem & perfectionem vitæ secundum naturam prospero cursu euntis: non sentientes sæpe eos abuti nomine , & qui dives sit, eum felicem ab illis appellari , aut beatum , potentiamque & famam bonam felicitatis vocabulo insigniri. Homerum vero recte usum appellationibus istis :

Ὥς οὔτοι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.

Non equidem gaudens ego possideo bona tanta.

Ut & Menandrum, qui dixit:

Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν, καὶ πλούσιος
Καλοῦμ' ὑπὸ πάντων, μακάριος δ' ὑπ' οὐδενός.

Amplæ facultates mihi sunt, & ab omnibus
Dives vocor, nemo beatum me vocat.

817. *Non aliter vives in s. a. i. f.*] Est Sen. ep. 94. *Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, & contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet parvo divitem, & usu opes metientem.* Sic laudatur a populo Drusus , dicente : *ab eo , in urbe inter cœtus & sermones hominum obversante , secreta patris mitigari. Neque luxus in juvene* addit ibid. Tac. l. III. Ann. p. 95. *adeo displicebat, huc potius intenderet, diem ædificationibus, noctem conviviis traheret , quam solus & nul-*

nullis voluptatibus avocatus mœstam vigilantiam, & malas curas exerceret. Quintil. id ad ſtudia transfert; ſcribens in Inſt. p. 612. *Eſt illa exercitatio cogitandi, totaſque materias vel ſilentio perſequendi, quæ nullo non & tempore & loco, quando non aliud agimus, explicari poteſt.*

818. *Nulla quæ multos amicos r. a. e. d.*] Cicero de Finib. p. 49. *At vero Epicurus una in domo, & ea quidem angusta, quam magnos, quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges.* Et Seneca noſter ad Helv. c. 9. *Nullus anguſtus eſt locus, qui hanc tam magnarum virtutum turbam capit.* Ergo in una domo res ſæculis vix reperta. Illa autem domus veram opulentiam amplectitur, amici enim boni, theſaurus maximus; amicorum autem nimis habere non poſſumus. Eleganter prorſus Liban. p. 943. *Quanam vero iſta opulentia eſt? amici; etenim amicis abundantem ajo divitem eſſe, & ſic appellandum.* Et paulo poſt: *An tyranno magnum quid eſt præſidium, benevolentia, & multitudo ſatellitum; privato vero exiguum & leve quiddam benevolentia & copia familiarium?* Sic quoque Salluſt. B. J. p. 141. in oratione Sullæ ad Bocchum: *Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis fuit.*

819. *Nulla tam bona eſt f. d. q. n. p. q.*] Id uno ore omnes veteres Philoſophi & Poëtæ dixerunt: Theognis verſ. 617. dixit hominibus non omnia ſecundum animi lubitum accidere.

Οὔτι μάλ' ἀνθρώποις καταθύμια πάντα τελεῖται.

Et Euripides multas eſſe multorum hominum calamitates ſcripſit; forma vero differre; unam vero felicitatem vix unquam in vita hominum inventurum quemquam. ita is in Jone ℣. 381.

Πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν.
Μορφαὶ δὲ διαφέρουσιν· ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς

Μόλις ποτ' ἐξέδροι τις ἀνθρώπων βίῳ.

Sic & Suidas notavit non esse virum undiquaque fecilem. p. 687. οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Stobæus quoque p. 808. ubi multa talia recensuit, ita concludit:

—— —— Οὐδέ τις ἐστὶν
Ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ.

Non est quis hominum, cui non & Jupiter mala multa dedit. Nemo denique hoc vitæ pelagus navigat, qui non aliquando fluctibus agitetur; nemo qui dicere possit; vexationes Fortunæ passus non sum. Exemplum Polycratis vide apud Nazianz. p. 121. tom. II. cui felicitas sua etiam cursu veniebat. Et hinc Christianus ille Homerus concludit:

Ὡς μή τις βιότοιο περῶν πλόον, ᾧ δ' ἀγορεύσῃ,
Μοῦνος ἐγὼ κακότητα βίου καὶ κύδε' ἄλυξα.

Imo, ut Liban. certe judicat p. 945. non facile est incidere in hominem, qui non convicietur Fortunæ; aut qui illam non injustam, se ipsum vero infortunatum vocet. Qui & ibidem pulcre & largius hac de re disseruit. Quibuscum conferri merentur illa Boëthii. qui II. Phil. prof. 4. rogat quis sit *tam composita felicitatis, ut non aliqua ex parte, cum status sui qualitate rixetur.* Multa quoque his similia vide apud Zwing. p. 92. 95. & 1406.

820. *Nusquam melius morimur h. q. u. l. v.*] Zwing. pag. 434. *Ibi mori optimum, ubi jucunde viximus.*

821. *Objurgare in calamitate g. e. q. e.*] Hinc non vult exacerbatum cor turbari amplius Sirach. IV: 3. Nam ut Auson. p. 118.

Demens dolorem ridet infelicium.

Quod non faciendum; sed potius cum Ovid. II. de Ponto 618.

Aspera confesso verba remitte reo.

Un-

Unde Nazianz. I. p. 446. ubi dixit se domi semper manere, cum nullo conversari, tetricum, & vinculis fortassis dignum, ut inutilem atque incommodum, rogat: *Qui fit, ut nobis ista condones, nec in criminum ordinum referas! quam facilis es, & lenis, atque humanus.*

822. *Odio oportet ut peccandi f. n. m. b.*] Secundum notum illud Horat. I. ep. 16: 52.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te, formidine pœna.

Nam ut idem II. Sat. VII. ℣. 74.

——— —— — *Tolle periclum*
Jam vaga prosiliet frænis natura remotis.

At nullam in mundo fore malitiam dicit Themist. Pet. in 4°. si omnes homines essent philosophi: ὧν γὰρ νῦν διὰ τὸ δέος ἀπέχονται, ταῦτα ἂν ἐμίσουν ἐκ προαιρέσεως. *a quibus rebus enim nunc per metum abstinent, eas tunc ex professo odio haberent.* Et ante eum Xenocrates dixit de vere philosophantibus, solos eos ultro facere ea, quæ legibus coacti alii faciunt. ut testatur Plut. pag. 446. F. Justo autem nomine Plinius VII. 17. *timorem* vocat *emendatorem acerrimum.* Sic & Augustus, *rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumpsit e Consularibus qui coërceret servitia; & quod civium audacia turbidum nisi vim metuat.* ut refert Tacitus VI. Ann. p. 159. Rarum itaque, quod sub Numa obtinuisse dicit Liv. lib. I. p. 8. *ut fides ac jusjurandum, propulso legum ac pœnarum metu civitatem regerent.* Plerumque enim ut Chrysost. scribit in ep. p. 23 evenit, ut bona hominum pars non perinde bonorum promissione, quam minarum terrore ad virtutem pertrahatur. Unde idem p. 1230. *Quando timor non satis poterat ad nos componendos, multas alias non peccandi rationes Deus comparavit, quemadmodum reprehensiones hominum, metum humanarum legum,*

amorem gloriæ, amicitiarum studium. Pulcerrime hoc tractat Isidor. Summar. II. c. 21. *Aliud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicii. Qui enim amore charitatis Dei, non peccat, horrescit omne malum, amplectando justitiæ bonum: nec eum delectat peccatum, etiamsi sceleris impunitas promittatur. Qui vero sola pœna supplicii in se vitia reprimit: quamvis non expleat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi: doletque sibi esse illicitum, quod lex prohibere dinoscitur. Ille ergo mercedem boni operis percipit, qui amando justitiam facit, non is qui eam solo metu pœnarum invitus custodit.*

823. *Omnes vitam differentes m. i. p.*] Plaut. in Pseud. II. 3: 19.

Certa amittimus, dum incerta petimus. atque hoc evenit
In labore atque dolore, ut mors obrepat interim.

Et Martial. I. ep. 16.

O mihi post nullos Juli memorande sodales:
Si quid longa fides, canaque jura valent.
Bis jam pæne tibi Consul trigesimus instat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non bene distuleris, videas quæ posse negari,
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Exspectant curæque, catenatique labores.
Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.
Hæc utraque manu, complexuque assere toto.
Sæpe fluent imo sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam,
Sera nimis vita est crastina: vive hodie.

Et rursus II. ep. 90.

Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis,
Da veniam; properat vivere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui vincere census,
Atriaque immodicis arctat imaginibus.

Me

Me focus & nigros non indignantia fumos
Tecta juvant, & fons vivus, & herba rudis.
Sit mihi verna satur, sit non doctissima conjunx,
Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Idem v: 21.

Nunc vivit sibi neuter, heu! bonosque
Soles effugere, atque abire sentit.
Qui nobis pereunt & imputantur.
Quisquam vivere cum sciat, moratur?

Præclarum illud Senecæ de Brev. Vitæ c. 4. *Non observatis quantum temporis transierit? velut ex pleno & abundanti perditis: cum interim fortasse ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur, ultimus dies sit.* Citans autem hanc sententiam Zwing. p. 448. incerti esse dicit.

Omnibus vis esse notus, neminem ipse noveris.] Ut Timon. Argutum vero est responsum Scipionis apud Plut. p. 200. D. qui Appio Claudio glorianti se omnes cives nominatim appellare posse, respondit: sibi curam non fuisse ut multos nosceret, sed a nemine ut ignoraretur.

Omnium vindicta irritat odium; paucorum premit.] Ut versus superior, ita & hic videtur esse Syri.

824. *Optime positum est beneficium u. e. m. q. a.*] Certe animi affectione satisfacimus. Symmach. VI ep. 79. cum aliquid cuidam dono misisset, hoc elogium addidit; *cujus potest oblatio exigua non videri, si magis mei in vos animi quam sui pretii existimatione pendatur.* Cum quo consentit Salvian. de Avaritia IX: 41. *Oblata non pretio, sed affectu placent, nec enim animus dantis datis, sed animo commendantur data.* Themist. quoque Pet. p. 67. Μόνοι δε οἱ φιλίας ἐρῶντες ὀ μάχονται ἀλλήλοις περὶ ȣ κτήματος &c.

825. *Optimum est sequi majores r. s. p.*] Sic Cic. de Off. p. 367. *imitandos esse majores* dicit. Et Athen.

p. 293. D. prudentis esse judicat ac circumspecti antiquos imitari, nec ab eorum exemplis discedere. Idem p. 624. C. testatur Lacedæmonios patrios mores præfracte servare; unde etiam Timotheum Milesium accusarunt, quod veterem musicam labefactaret & corrumperet, addito novo chordarum numero. prout apud eundem est legere p. 636. Isocrat. p. 345. *Illud accurate abservabant ne a patribus acceptum quidquam vel abrogarent, vel ulta consueta abjicerent. Nec enim magnitudine sumptuum religionem metiebantur; sed eorum rituum observatione, quos iis majores tradidissent.* Præfracte quoque tuetur illa Cadmus apud Eurip. in Bacch. vers. 201.

Πατρὸς παραδοχάς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ', ὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος,
Οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν:

Patris traditiones, quas coætaneas diu servamus, eas nulla labefactabit ratio, neque si a summis sapiens aliquid excogitetur ingeniis. Tiberius quoque apud Tacit. III. Annal. 69. *Ideo leges in facta constitui, quia futura in incerto sint. Sic a majoribus institutum, ut si antissent delicta, pœnæ sequerentur. Ne verterent sapienter reperta, & semper placita.* Exempla itaque veterum, ut παραδείγματα μιμήσεως, ante oculos haberi vult Constantin. de Imp. adm. p. 33. *Decessorum*, inquit Cassiod. VII. ep. 2. *bona exempla sequere: a vitiosorum te imitatione disjunge.* Et x. ep. 7. *Velle nostrum antiquorum principum est voluntas, quos in tantum desideramus imitari, quantum illi justitiam sunt secuti. Illa est enim reuerenda priorum auctoritas, quæ a recto tramite non declinat. Sequendi enim necessitatem reliquit posteris, qui justitiam suis miscuerit constitutis.* Sic quoque Sallust. in Cat. c. 51. *Majores nostri, neque consilii, neque audaciæ unquam eguere: neque superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur.*

tur. ut loquitur ibi Cæsar. Quod & eleganter expressit Seneca ep. LXXX. *Non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi invenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non servio illis, sed assentior.* Ista quoque exempla *religionem veterum* vocabat Symmach. X. ep. 54. Unde culpatur Alexander Magnus ab Curtio VI. 6. *Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine sua ducens; Persicæ regiæ, par Deorum potentiæ fastigium æmulabatur.* Et sic notat Livius pag. 419. cum antea promiscue Senatus & populus in Megalesiis spectaret, magnam indignationem plebis fuisse, adeo ut Africanum pœnituerit, quod Consul auctor ejus rei fuisset. *Adeo nihil motum ex antiquo probabile est. Veteribus, nisi quæ usus evidenter arguit, stari malunt.* Hinc argumentum deducens Arnob. p. 79. ed. Rom. ita disputat: *Si autem temporibus priscis, neque homines, neque Dii hujus thuris expedivere materiam, comprobatur & hodie frustra illud inaniterque præstari: quod neque antiquitas necessarium credidit, & sine ullis novitas rationibus appetivit.* Non tamen cœco impetu in illorum placita ruere debemus, sed cum ratione, disquirentes an bene præcesserint. Unde Apul. p. 335. dicit *inquirere de providentiæ ratione melius esse Philosopho, quam de Diis immortalibus matri & patri credere.* Et Justin. Martyr. p. 1. *Nihil vos in majores vestros commissuros esse existimantibus, si diversa quæ sunt ab illorum non recte conceptis opinionibus, nunc commodiora vobis esse censueritis.*

826. *Pecunia est ancilla, si scis uti; s. n. d. e.*] Transponenda hæc & legenda sunt ita:

Est pecunia ancilla, uti si scis; s. n. d. e.

Eleganter Plin. IX. ep. 30. *Ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere videantur.* Et V:

7. *Illius hoc munus, illius liberalitas, nostrum tantum obsequium vocetur.*

827. *Plerique ubi aliis maledicunt, f. c. s.*] *Dum exsecratur impius Satanam*, inquit Sirach. *suam ipsius animam exsecratur.* Affine istud Plinii VII. ep. 18. *Seque ipsos, dum insectantur illum, turpissimis confessionibus produnt.* Quod & declarat Sophocles in Ajace ℣. 1340. ubi Teucer ad Agamemnonem genus ejus, ipsi exprobrantem:

Ὅ δ᾽ ἦν ὁ πράσσων ταῦτα· σὺν δ᾽ ἐγὼ παρὼν
Ὁ δοῦλος, οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς.
Δύστηνε, ποῦ βλέπων ποτ᾽ αὐτὰ καὶ θροεῖς;
Οὐκ οἶσθα, σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὖφυ πατὴρ,
Ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;
Ἀτρέα δ᾽ ὃς αὖ σ᾽ ἔσπειρε, δυσσεβέστατον,
Προθέντ᾽ ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων.
Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ᾽ ᾗ
Λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ᾽ ὁ φυτεύσας πατὴρ,
Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν·
Τοιοῦτος ὢν τοιῷδ᾽ ὀνειδίζεις σποράν;
Ὃς ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελάμωνος γεγὼς,
Ὅς τις &c.

Hic Ajax *erat qui illa faciebat, egoque simul, qui nunc tibi barbarus, & ex peregrina matre natus sum. Infelix quo respectabas cum ista diceres? non tibi in mentem venit tui patris progenitorem antiquum illum Pelopem barbarum ac Phrygem fuisse? Atrea vero, qui te genuit, hominem impientissimum, qui fratri apposuit epulandos proprios liberos. Tuque adeo ex Cretensi matre natus es, apud quam cum pater tuus adulterum deprehendisset, jussit eam mutis piscibus laniandam in mare abjici. Tali tu ex genere natus, tali viro genus exprobras, qui patre Telamone natus sum, cui* &c. Sic Ammian. l. XXX. p. 520. de Valentiniano: *Arguebat hic idem princeps timidos sæpius, maculosos tales appellans & sordidos, & infra sor-*

ſortem humilem amandandos : ad pavores irritos aliquoties abjectius pallens, & quod nuſquam erat inattente formidans. In aliorum autem vitiis Argo oculatiorem, in ſuis Tireſia cæciorem & Thamyra eſſe, turpiſſimum eſſe dicit Iſocrat. p. 431. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν ἀγνοεῖτε αὐτῶν. Monet Nilus epiſcopus §. 39. Προσέχωμεν ἑαυτοῖς, καὶ ἄλλους οὐ σκώψομεν· πολλὰ γὰρ ἐν ἡμῖν, ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους σκώπτομεν. *Attendamus nobis ipſis, & alios non reprehendemus.* & 117. Μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον, καὶ μῶμον οὐχ ἕξεις ἐν πάσῃ ζωῇ σου. *Ne ſcomma in alium jacias, tum ipſe nunquam deriſorem habebis.* Bene ſcribit Seneca de Ira lib. III. cap. 26. *Omnes mali ſumus. Quidquid itaque in alio reprehenditur, id unusquiſque in ſuo ſinu inveniet.* Et I. de Clem. c. 6. *Quotusquisque ex quæſtoribus eſt, qui non ea ipſa lege teneatur, qua quærit? quotusquisque accuſator vacat culpa?*

828. *Principium eſt diſcordiæ, ex c. f. p.*] Hinc apud Senecam in Thyeſte Atreus inſidiatus fratri, capeſſere illum partem imperii vult, ut tanto facilius incautum opprimat, cum interim bonus ille Thyeſtes ỳ. 536. dicit:

Meum eſt credo, quidquid eſt, frater, tuum.

Ariſtid. tom. II. p. 331. *Huc referri ſapientum dictum arbitror, quo tradunt, communia eſſe oportere eorum omnia, qui beate velint vivere. Ubi enim ſeorſum quiſque ſua poſſidet, utilitas etiam cujusque ſeorſum eſt poſita. inde vero ſeditiones oriuntur, ac pugnæ & contentiones* &c. Et Max. Tyr. p. 97. Νῦν δὲ μὲν πάντα πλέμου καὶ ἀδικίας· αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι πλανῶνται πανταχοῦ, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγείρουσαι· καὶ πάντα μεστὰ στρατοπέδων ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἰόντων. *Nunc bello omnia plena ſunt. Ubique enim cupiditates oberrant, ubique immoderatum habendi appetitum excitant, ubique exercitus, qui alienam terram invadunt.*

829. *Proximum tenet locum c. i.*] *Videlicet e duobus alterum necesse est, aut doceas te nihil abstulisse, aut si fateris istud, desinas etiam velle defendere.* inquit Liban. p. 192. Demosth. p. 228. A. *Scitis enim utique hoc, ex quo nati sunt homines, & judicia exercentur: neminem unquam, qui crimen fateretur, esse condemnatum.* Vide me. *Confessio peccati, satisfactio.* Obtinet enim fere, ut accusati negemus.

830. *Quanto serius peccatur, t. i. t.*] *Non enim utique rationi consentaneum est, hæc ad extremum conservare, quæ ne ab initio quidem fieri melius fuerat.* inquit Liban. p. 205. C. Unde Seneca Marc. c. XXII. *Sera, eoque fœdior luxuria invasit, & coëgit dehonestare speciosa principia.* Quod quum vix sit credibile, argumentatur inde pro Dejotaro Cic. p. 580. *Qui igitur adolescens, nondum tanta gloria præditus, nihil unquam, nisi severissime & gravissime fecerit, is ea existimatione, eaque ætate saltavit?* Quod expressit ita Cassiod. XII. ep. 23. *Admoneat te prioris conversationis exemplum: quia nimis grave est emeritum delinquere, quem tyronem nullatenus constat errasse.* Idem V. ep. 21. *Professa bona non habentur ambigua, quia nec cujusquam acquiescit ingenium, ubi quod ipse potuit emeritus prosequi, ab aliis tanquam rudis videatur edoceri.* Perdurandum ergo est in sapientia, nam ut Salvian. de Avarit. p. 144. *Laudari penitus anteactæ ætatis prudentia non merebitur, nisi bono fine claudatur.* Huc & spectant illa Velleji verba p. 32. *P. Sulpicius, Tribunus plebis, disertus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii atque animi celeberrimus, cum antea, rectissima voluntate, apud populum maximam quæsisset dignitatem, quasi pigeret eum virtutum suarum, & bene consulta ei male cederent, subito pravus & præceps, C. Mario, post* LXX. *annum omnia imperia & omnes provincias concupiscenti, addixit, legemque ad populum tulit, qua Sul-*

læ

la imperium abrogaretur, *C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum; aliasque leges perniciosas*, *& exitiabiles*, *neque tolerandas liberæ civitati*, *tulit.* Tanto autem turpius peccatur, quia datur aliquid veniæ adolescentibus: sed ii meliores sunt, qui a vitiis cito discedunt, quales sunt quos recenset Val. Max. lib. VI. cap. 9.

831. *Quem bono tenere n. p. h. t. m.*] *Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt*, *solo metu continentur.* ut bene Quintil. Inst. XII: 7. Et Cassiod. IX. 18. *Provide decrevit Antiquitas*, *universitatem edictis generalibus admoneri: per quæ & delictum omne corrigitur*, *& decentis verecundia non gravatur.* Idem XII. 6. *Quamvis abunde sufficiant*, *quæ rerum domini ingenita pietate præceperunt*, *interminationes tamen importunis & fatuis adhibita districtione geminamus: ut qui nequeunt erubescere*, *saltem se contineant per timorem.* Sed, judice Cic. F. F. p. 63. *nec vir bonus*, *ac justus haberi debet*, *qui*, *ne malum habeat*, *abstinet se ab injuria.* Ut enim scribit Quintil. p. 510. *Quanto validius bonos inhibet pudor quam metus:*

832. *Quidquid est plus quam n. p. d.*] Hinc Isocrates non vult ut imitemur illos qui plurimum possident, sed eos qui suis optime utuntur. Verba ejus sunt p. 43. Ζήλου μὴ τοὺς μεγίστην ἀρχὴν κτησαμένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα τῇ παρούσῃ χρησαμένους.

833. *Quid refert quantum habeas? multo illud plus est*, *q. n. h.*] Ita transpone:

Quid refert quantum habeas? illud multo est plus, *q. n. h.*

834. *Regibus pejus est multo*, *quam ipsis servientibus.*] Et hæc transponenda sunt, atque ita legenda:

Pejus multo regibus ipsis est quam servientibus.

Vel potius:

Re-

Regibus pejus multo ipsis est, quam servientibus. Statum autem vilis & contempti hominis multo securiorem, quam vel principis vel tyranni, describit Liban. p. 380. Et eleganter aureus ille vere Chrysost. in Ep. p. 488. *Servis homini? at ille & tibi servit. Sæpe quidem certe te dormiente & cubante suaviter, ille vim & violentiam sustinet innumerabilem in foro, & te vigilat molestius.* Adde & illud Martial. IX. epigr. 94.

Quæ mala sunt Domini, quæ servi commoda nescis
Condile, qui servum te gemis esse diu.
Dat tibi securos vilis lecticula somnos,
Pervigil in pluma Caïus ecce jacet.
Caïus a prima tremebundus luce salutat
Tot dominos, at tu, Condile, nec dominum.
Quod debes, Caji, redde, inquit Phœbus, & illinc
Cinnamus, hoc dicit, Condile, nemo tibi. &c.

835. *Res bona est non extirpare s. s. s.*] Vide locos: *Peccantes*, item: *Odisse*.

Res parant opimæ amicum; adversæ amicum res probant] Est Publii. Add. Zw. p. 96. & 176. Habuimus & supra ℣. 800. sed paulo aliter.

836. *Ridiculum est odio nocentis, p. i.*] Ut fecerunt Medea, Procne, &c. Liban. pag. 120. D. *Sæviendo supra modum*, ut Zw. pag. 726. Nam, *stultum est sic odisse peccatum, ut ipse pecces; ut siquis veneficio puniat adulterum.* Idem p. 1056. vel ut illa apud Ammian. lib. XXIX. pag. 475. quæ filium proprium & maritum veneno sustulit, quia illi filium ex priori viro occiderant. Est autem hoc Senecæ, citatque Hieron. p. 718. Præcipue vero ii notantur, qui totam cognationem inimici tollunt. Sic apud Curt. 6: 11. propinqui Philotæ fugiunt, legem Macedonum veriti, *qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur.* Huc spectant illa: *Pe-*

reat

reat amicus cum inimico. Ovid. v. Met. ỳ. 37. de Phineo:

—— indignum! ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit.

Cuſpis nempe Perſei, qui, Rhœtum nondum arma moventem, alieno vulnere ſtravit. Stultus quoque præ deſperatione & amoris impatientia ob Leucippen, falſo ſibi mortuam creditam, Clitophon; qui ita apud Achill. Tat. p. 424. Δοκῶ μὲν εὑρηκέναι τοῦ θανάτου καλλίστην ὁδὸν, δι' ἧς οὐδὲ ἡ θεοῖς ἐχθρὰ Μελίτη παντάπασιν ἀθῷος ἀπαλλάξεται. ἄκουσον δὲ τὸν τρόπον. παρεσκευασάμην, ὡς οἶσθα, πρὸς τὴν ἀπολογίαν τῆς μοιχείας, εἰ κληρωθείη τὸ δικαστήριον. καὶ νῦν δέ μοι δέδοκται πᾶν τοὐναντίον, καὶ τὴν μοιχείαν ὁμολογεῖν, καὶ ὡς ἀλλήλων ἐρῶντες ἐγώ τε καὶ ἡ Μελίτη κοινῇ τὴν Λευκίππην ἀνῃρήκαμεν. οὕτω γὰρ κἀκείνη δίκην δώσει, κἀγὼ τὸν ἐπάρατον βίον καταλείπωμι. *Morti vero quam optimam ſane viam nactum eſſe me arbitror, atque ejuſmodi quidem, ut nec Diis inviſa Melite impune omnino abitura ſit. Decreveram, ut ſcis, ſiquidem ita ſors ferret, objectum adulterii crimen in judicio diluere: ſed diverſam penitus rationem inire mihi nunc in animo eſt; culpam videlicet agnoſcere, meque atque Meliten, tanquam mutuo amore flagrantes, ad Leucippen e medio tollendam mercede conductum hominem adhibuiſſe, confiteri: ſic illa meritas pœnas dederit, ego inviſam vitam reliquero.* Melior apud Liv. lib. XLV. pag. 579. oratio Rhodiorum ad Rom. *Si alii principum noſtrorum vobis, alii regi faverunt: non poſtulo ut propter nos, qui partium veſtrarum fuimus, regis fautores ſalvi ſint: illud deprecor: ne nos propter illos pereamus.* Et ſic quoque Ubii Cæſarem orant: *ut ſibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus pœnas dent.* de B. G. c. 19. ubi Brantius adducit illud ex eodem libro: *Ne ſe in hoſtium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui eſſent citra Rhenum, cauſam unam*

eſſe

esse judicaret. Additque illud tritum Jurisconsultis: *satius esse nocentem impunitum dimittere, quam innocentem damnare.* lib. 5. D. de pœnis. Quod est juxta illud Titi apud Joseph. p. 870. D. Πολλοὺς δ' ἂν καὶ τὰ οἰκεῖα μίση, καὶ διαφορὰς ἰδίας, ἐνδείξασθαι, τοὺς ἀναιτίους εἰ διακρίνοιτο τοὺς τιμωρίας ἀξίους. ἄμεινον γὰρ εἶναι μετέωρον ἐν φόβῳ τὸν αἴτιον καταλιπεῖν, ἢ τινὰ τῶν οὐκ ἀξίων αὐτῷ συναπελθεῖν. τὸν μὲν γὰρ ἴσως καὶ σωφρονῆσαι δέει κολάσεως, τὴν ἐπὶ τοῖς παρῳχηκόσι συγγνώμην αἰδούμενον. ἀδιόρθωτον γὰρ τὴν ἐπὶ τοῖς προαναλωθεῖσι τιμωρίαν εἶναι. Quæ quidem interpretatione non indigent, quoniam ad verbum ita Egesipp. pag. 393. *Remisit omnibus, ne quis vel odio, vel domesticis excitatus negotiis, innoxios in invidiam deduceret, & gravissimi criminis pulsaret atrocitate: cum multo tolerabilius sit id, quod incertum est, formidini participis conscientiæ derelinquere, quam condemnare innoxium. Sæpe enim reum corrigit metus; pœna autem innocentis sine ullo remedio correctionis est.* Imo potius *prudentum virorum officium esse,* notat Halicarn. p. 280. *amicorum causa inimicis offensas remittere; contra insipientium & barbarorum, cum inimicis ipsos etiam amicos repellere.* Et Joh. Chrysost. ad ep. pag. 98. *Alterum alterius peccato puniri non admodum æquum atque conveniens esse videtur: at alterum propter alterum servari, & decentius multum, & rationi magis consentaneum.* Demost. quoque pag. 366. *Apud omnes homines enim usitatum est, propter benemeritos etiam alios quosdam potius, quorum nullus usus est, afficere beneficiis, quam propter improbos eripere, quæ concessa fuerunt his, qui citra controversiam digni sunt beneficio.* Idque exemplis adstruit pag. 372. & pag. 457. Quo respicere videtur Nazianz. pag. 724 tom. 11. cum scribit: *Multo melius est, ut sine ulla distinctione dantis, propter dignos indignis etiam tribuamus, quam, ut cum electione & exploratione dantes*

tes

tes (dum illud metuimus, ne indignis demus) dignos quoque fraudemus. Et hoc vult regula juris, quæ dicit: *extendenda beneficia non pœnas.* Adde Liban. in vituperio Achillis p. 99. *Quod si quis interrogaret eum, quid accidisset ipsi cur indignaretur, narraret de Agamemnone & ausis hujus. Quam ob rem vero non indignum esse statuit, pœnas exigere ab iis, qui se nulla injuria affecissent?* Additque: *Debuerat enim cum innocente potius exercitu conservare auctorem molestiæ, quam iratum propter hunc perdere omnes.* Alterum enim horum peccatum esse dicit; alterum vero abominabile quid, Antiphon apud Stob. p. 527. Εἰ δέοι τι ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι· τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι, ἀσέβημα,

838. *Sæpius locutum, nunquam m. t. p.*] Plut. pag. 125. & 515. illud Simonidis esse dicit; verba ejus sunt: ὅτι λαλήσας μὲν, πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ, οὐδέποτε. Quibus respondent illa apud eundem p. 10. καὶ γὰρ αὖ, σιωπήσας μὲν οὐδεὶς μετενόησε· λαλήσαντες δὲ, παμπλήθεις. Rogat rursus idem pag. 514. quid tandem commodi loquendo quis habeat, quodve tacendo incommodum patiatur? Τί εἰπόντι περιγίνεται καλὸν, ἢ τί σιωπήσαντι δυσχερές; Non enim etiamsi probe sciamus ea de quibus sermo est, illa sunt efferenda, sed vel tunc silentium præstat; hinc idem denique Plutarch. p. 593. dicentem de aliquo inducit: *in neminem se hominem suæ ætatis incidisse, qui & plura nosset, & pauciora loqueretur.*

839. *Semper vocis & silentii t. t.*] Orestes apud Æschyl. in χοηφ. vers. 579.

Ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
Σιγᾷν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια.

Vos autem hortor linguam faventem ferre, silere ubi oportebit, & opportuna loqui. Ideo duo dicendi tempora constituit Isocrat. p. 23. vel quum optime rem noveris,

ris, vel quum necesse sit loqui. Δύω ποιῦ καιρὸς τῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Unde & admonitio D. Pauli ad Coloss. IV. 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. *Sermo vester omni tempore sit cum gratia. ac si sale esset conditus; & scitote unicuique quomodo oporteat vos reddere responsum.*

840. *Sermo animi est imago, q. v. t. e. o. e.*] Sirach. XXVII. 7. Πρὸ λογισμῦ μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα, ὗτος γὰρ πειρασμὸς ἀνθρώπων. *Ante elocutionem ne laudaveris quemquam, hæc enim est tentatio hominum.*

841. *Si multis tua vita placuerit, t.p. n.p.*] Supra vers. 428.

Multis placere quæ cupit, culpam capit.

Et sic apud Ælian. III. 6. Crates Thebanus dicitur fuisse contemptor eorum, quæ vulgo admirationi erant. Inepte igitur apud Sueton. Nero c. XXV. *multis vel amicitiam suam obtulit, vel simultatem indixit, prout quisque se magis parciusve laudasset.* Adde Val. Maximum de Ingratitudine.

842. *Sine dolore est vulnus q. f. c. v.*]

——— *crudosque vetat sentire dolores.*

ut de Tydeo Statius III. Theb. vers. 335. Pulcre Tacit. I. Ann. p. 34. de Cæcinæ exercitu. *Nocte demum reversæ legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.* Quo & spectat illud Syri nostri supra ℣. 336.

Jucunda macula est ex inimici sanguine.

Imo illa vulnera viro bellatori subeunda non esse lamentanda docet Isid. Pelus. IV. ep. 180. ὅτι τὸ ἀριστέα ἐν πολέμῳ ἐξίοντα, καὶ τραύματα, καὶ σφαγὰς μέλλοντα ὑπομένειν, ὀλοφυρτέον. Transferens hæc, ut multa alia, ad sacrum usum Chrysost. in ep. p. 830. ita eleganter scribit: *Quemadmodum enim si quis palæstra rudis*

pu-

pugilem vulneribus affectum, ac corona redimitum spectet, eum ob vulnera discruciari judicarit, quod videlicet quantam ei corona voluptatem pariat ignoret; sic &c.

844. *Solitudinem quærat, qui v. c. i. v.*] Scribe:

Solitudinem ambit, qui vult vivere cum innocentibus. Sic dixisse coram Tiberio Pisonem testatur Tacit. II. Ann. pag. 54. ambitum fori, corrupta judicia, sævitiam oratorum increpantem: *abire se, & cedere urbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure.* Late autem in hac materia exspatiatur Seneca ep. VII. *Quid tibi vitandum præcipue existimem, quæris? Turbam. Nondum illi te tuto commiseris.* &c. &c. Et legimus apud Pausan. pag. 30. alicubi Timonis eminere turrim, illius nempe, *qui solus novit, felicitatis compotem esse non posse, qui hominum aliorum consuetudinem non defugisset.* Dio Chrysost. p. 637. ait; illum qui in pace & absque molestia velit vivere, debere evitare hominum commercium. Τὸν μὲν οὖν ἐν εἰρήνῃ βουλόμενον βιοῦν, καὶ μετ' ἀσφαλείας τινὸς, διαλαβέσθαι δεῖ τὴν πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαν. Hincque idem p. 639. suadet, ut in minimis negotiis societas cum vulgaribus hominibus habeatur, πράξεων δὲ μειζόνων, ἢ λόγων ἀναγκαίων, ἢ τῆς ἀσφαλείας τῆς περὶ τὸν βίον οὐδέποτε. *Majorum vero negotiorum, secretorumque, & quæ in vita molesta accidere possunt, minime.* Optime autem sententiam Publii nostri expressit quondam Phalaris Agrigentinorum tyrannus qui ep. 34. ad Pollucem scribens, cur antea audacissimus in conversatione civium, nunc vix amicis copiam sui faceret, hæc addit: Ἐγὼ δὲ ἐνδεέστερον ἤδη φεύγω πάντας ἀνθρώπους. πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις τισὶν, οὔτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. διὸ πάντας πολυπόνως ἐπιγνοὺς, τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν ἐν Λιβύῃ, τῆς μετ'

ἀνθρώπων βίε αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω, καὶ τὰ θηροβάτα Νομάδων ἐνδιαντήματα. μᾶλλον γὰρ ἐμπελαθεὶς λέεσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν καὶ συνδιηνεχθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. *Ego jam sedulo omnes fugio, fidem enim neque apud alios, neque apud amicos stabilem inveni. Quare omnibus diligenter perspectis, desertam in Libya solitudinem, aut ferarum illud hospitium, Numidiam vita inter homines acta praeferendam existimo. Tutius enim inter leones omneque reptilium genus una versarer, atque dormirem, quam inter hujusce seculi homines.* Nec minus dextre Nazianz. Homerus ille Christianus, qui ita canit tom. II. p. 75. C.

Ἤθελον ἠὲ πέλεια πανύπτερος, ἠὲ χελιδὼν
Ἔμμεναι, ὥσκε φύγοιμι βροτῶν βίον, ἤ τιν' ἔρημον
Ναιετάειν θήρεσσιν ὁμέστιος. οἳ γὰρ ἔασι
Πιστότεροι μερόπων.

O utinam vel hirundo forem, similisve columba;
Labilis ut fugerem miseranda pericula vitae.
Aut ego deserto versarer solus in antro,
Cumque feris agerem quidquid mihi suppetit aevi,
Namque fides major, quam sit mortalibus, illis.

845. *Tam crudelitas est omnibus, atque n. i.*] Nam, ut scribit Nazianz. tom. I. pag. 635. C. *in eodem vitio sunt, indulgentia omnino animadversionis expers, & condemnatio venia omni carens; illa omnes habenas laxans, haec ob vehementiam strangulans.* Adde Senecam II. de Clem. c. ult. *Sapiens autem nihil facit quod non debet, nihil praetermittit quod debet. Itaque poenam quam exigere debet, non donat: sed illud quod ex venia consequi vis, honestiore tibi via tribuit. Parcit enim sapiens, consulit & corrigit. Idem facit, quod si ignosceret, nec ignoscit: quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se, quod fieri debuit omisisse.* &c. Et ibid. *Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit.* Huc

&

& respiciunt illa Liban. p. 531. C. *Nonne his* nempe delinquentibus adolescentibus *venia ab omnibus parata est? non tantum a parentibus, sed etiam aliis, & civibus & peregrinis, quorum non pauci multas sæpe temerarias actiones tulerunt, unius tantum ætatis ratione habita.*

847. *Thesaurum in sepulcro ponit, q. s. h. f.*] De ritu isto sic Cassiod. IV. ep. 34. *Prudentiæ mos est, in humanos usus terris abolita talenta revocare, commerciumque viventium non dicere mortuorum: quia & nobis in fossa pereunt; & illis in nulla parte profutura locantur.* Et forte huc accommodari possit illud Sirach. XXX. ℣. 18. Ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ, θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ. *Res bonæ inclusæ ad os clausum, sunt velut fercula ciborum ad sepulcrum sita.*

848. *Tolerabilior qui mori jubet, q. q. m. v.*] Non enim tantum est vivere, quantum bene vivere. ut Plato ap. Stob. p. 169. Οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν. Ideo ipsam mortem vita optabiliorem judicat Liban. cum sit omnium malorum, ærumnarum, molestiæ, turpitudinis finis. ita ille pag. 608. Ἔστι γὰρ καὶ ζωὴ θανάτου πικροτέρα· καὶ θάνατος ζωῆς ἡδίων, ὅταν ἀπαλλαγὴν αἰσχύνης ὁ θάνατος φέρῃ. Unde pater apud eundem p. seq. *ense a tyrannica petulantia filium eripui, quando aliter non licuit.* Et jam ante p. 601. *Quando igitur petulantia quidem ferenda non est; mors autem non ita dira est, civitatem conservet, cum sua pudicitia.* Idem p. 782. *Quot, ne male audirent, vitam cum morte commutarunt?* Eorum unus Demosthenes, quem dicit p. 410. conservata illi gloria, hausta cicuta mortuum. Quod & ipse ille jam animo suo proposuisse videtur, quum ita rursus ab eodem Libanio loquens introducitur p. 561. *Beati qui cicutam biberunt,*

Athenisque mortui sunt: ego autem in Macedoniam pertrahor vinctis manibus &c. Honesta enim mors, turpi vita potior. Cebes p. 66. Πότερον ἂν βούλοιο ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς. *Mallesne male vivere, an mortem bene oppetere & fortiter? Ego vero honeste mori.* Hinc *in infamia plus pœnæ, quam in morte* statuit Quintil. Inst. p. 343. Et huc redit illud quod narrat Sueton. de Augusto c. LXV. *aliquanto patientius mortem, quam dedecora suorum tulisse.* Argumentatur quoque non male Isocrates, qui ut animum impavidum & contra mortem obfirmatum inderet viris principibus, non decere ait illos mortem malæ vitæ effugium formidare, τῶν μὲν ἰδιωτῶν ἐθέλειν τινὰς ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι. *cum & privati quidam mortem ambiant, ut bene morientes laudentur.* Idem p. 141. Ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς, οὕτω καὶ τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μᾶλλον, ἢ δούλαις ὀφθῆναι γενομέναις. *Ut viris bonis & honestis optabilius est bene mori, quam turpiter vivere, ita & civitatibus præstabilius aboleri ex memoria hominum, quam ut captivæ & servientes conspiciantur.* Et rursus idem pag. 501. de Theseo Minotaurum oppugnare volente, ἡγήσατο, κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. *Melius multo duxit mori, quam turpiter vivere.* Eleganter huc applicari potest, quod dicit apud Liv. lib. XXXI. p. 376. Legatus Philippi ad Ætolos, ostendere volens crudelitatem Romanorum. *Capua quidem sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato & extorri ejecto ipso populo, superest; urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium; relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret.* Facit & huc quod Diod. p. 116. B. de Trogloditis narrat, senes & invalidos ibi voluntaria morte perire. Ut au-

autem pudicitia mulierum & virginum, unum illud illarum maximum est ornamentum, præ qua aurum & gemmæ sordent, ea non vitæ tantum contra carum esse debet, sed tolerabilior vitæ ereptio, quam castitatis expugnatio. Hinc mercenariorum illorum militum, quos Alexander circumvenerat, uxores, cæsorum arma induentes, fortiter & ipsæ pugnantes, cum viris occumbunt. ut narrat Diod. Sic. p. 607. Et vox est generosæ Polyxenæ apud Eurip. in Hecuba vers. 373. digna regia virgine:

——— ——— Συμβȣ́λȣ δέ μοι
Θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν.

Sed assentiaris mihi mori, priusquam turpia non pro dignitate patiar. Hac denique ratione immane facinus suum defendit Virginius apud Liv. l. III. p. 58. *Sibi vitam filiæ sua cariorem fuisse, si libere ac pudice vivere licitum fuisset. Quum velut servam ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratum, quam contumelia liberos.* & paulo post addit: *filiam, quia non ultra pudica victura fuerit, misera sed honesta morte occubuisse.* At contra sentiunt delicati, vita enim qualiscunque iis est loco magni boni. Pertinet & huc illud Taciti, qui in vita Agric. p. 556. dicit, domum suam coërcere, *plerisque haud minus arduum esse, quam provinciam regere.* Hinc & Dionis filius se jecit e fenestra, cum revocare ad pristinam frugalitatem vellet eum pater, ut discimus ex Nepote. Et probat Andoc. p. 200. interrogans judices, quid electuri fuissent, ἢ καλῶς ἀπολέσθαι, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι; *gloriose perire, an vero turpiter servari?*

849. *Tolerabilior pœna haud p. q. n. v.*] Quia sc. illud *posse* prohibetur ab aliis, at, de illo *nescire vivere*, audiamus Senecam De brev. vitæ cap. VII. *Tot maximi viri, relictis omnibus impedimentis, cum di-*

——— ——— Ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
Πατρίδ☉ ἐρᾷν ἅπαντας· ὃς δ' ἄλλως λέγει,
Λόγοισι χαίρει, τῇ δ' ὕνῶν ἐκεῖσ' ἔχει.

Et hinc in præstantissima illa oratione, qua dehortatur Camillus migrationem Vejos, inter alia argumenta hoc præcipue urget; verba ejus hæc sunt, referente Livio l. v. c. 54. *Adeo nihil tenet solum patriæ? nec hæc terra quam matrem appellamus? sed in superficie tignisque caritas nobis patriæ pendet? Equidem, fatebor vobis, etsi minus injuriæ vestræ quam meæ calamitatis meminisse juvat; quum abessem, quotiescunque patria in mentem viniret, hæc omnia occurrebant, colles, campique, & Tiberis, & assueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo natus educatusque essem. quæ vos, Quirites, nunc moveant potius caritate sua, ut maneatis in sede vestra, quam postea quum reliqueritis ea, macerent desiderio.* Exemplum habemus in Democede, de quo ita Herodotus pag. 242. *Tunc itaque Democedes Dario sanato Susis, maximas ædes obtinebat, & cum rege ad mensam sedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc unam, quod in Græciam redire non poterat.* Quod desiderium quam adhæserit ipsi, testatur & locus Suidæ p. 227. *Democedes cum Atossam Darii uxorem sanasset, reditum in Græciam pro mercede poposcit, idemque antea quod cum se profiteri non ausus fuerat, reditum in patriam si fecisset desperans.* Quin imo in ipso Phalaride eminet illud patriæ desiderium, qui non tantum tyrannide delectabatur, quanta afficiebatur acerbitate, quod exsilium pateretur. Sic enim ille in Ep. xcv. Οὐδὲν δ' τερπνὸν οὕτως ἡγοῦμαι τῆς ἀρχῆς, ὡς ἀνιαρὸν τὸ φεύγειν τὴν πατρίδα.

852. *Vita hominis brevis, ideo h. m. e. i.*] *Hoc enim*, ut inquit Max. Tyr. ed. Steph. p. 194. *quod mortem homines vocant, id ipsum est immortalitatis initium,*

tium, & futura vitæ procreatio, pereuntibus scilicet sua lege suoque tempore corporibus: animis vero ad proprium locum, propriamque vitam adscendentibus. Et Dio Chrysost. p. 297. ubi agit de uno ex gloriosis, sed qui fuerunt μινυθάδιοι, non dicit esse dolendum illius maturum obitum, ὁ γὰρ εὐκλεοῦς δόξης τυχῶν, μεσὸς ἄπεισι τῶν ἀγαθῶν. *Hic enim amplissimæ gloriæ particeps, abundans bonorum obiit.* Ita de se Demosth apud Liban. p. 403. se tradens, ait ad Athenienses, eos se reprehensione liberare, sibi ipsi vero immortale decus comparare. ut enim dicit Thales apud Auson. p. 120.

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Est quoque Sullæ illud magnanimiter dictum apud Sallust. in Jugurt. c. CVI. ubi negat se *proditis quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forsitan paulo post morbo interituræ vitæ* parsurum. Illud enim proprium est viris fortibus. ut bene vita defungantur, cum mors omnibus sit communis & eadem moriendi necessitas. Κοινὸς μὲν ἁπάντων ὁ θάνατος, inquit Liban. p. 171. καὶ ἀναγκαῖον πάντας γενομένους ἀποθανεῖν· τὸ δὲ ἐν καλῷ τῷ σχήματι δέξασθαι τὴν τελευτὴν, τῶν εὖ φρονούντων ἴδιον. Et sic Hannibal apud Nepotem c. XII. obsesso undique ædium exitu, non censuit *diutius vitam esse retinendam. quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consueverat, sumpsit.* Multus autem in his est Isocrates, qui ut supra Liban. dicit p. 23. Τὸ μὲν τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν, ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε. Quibuscum convenit illud Musonii, quod citat Stob. pag. 167. Ἅρπαξ τὸ καλῶς ἀποθνήσκειν, ὅτε ἔξεστι, μὴ μετὰ μικρὸν τὸ μὲν ἀποθνήσκειν σοι παρῇ, τὸ δὲ καλῶς μηκέτι ἐξῇ. & Isocratis illud, etiam privatos quosdam mortem oppetere, ut post obitum laudentur, quo ma-

magis reges &c. Et rursus pag. 319. multo præstare ait, in illo honore quem habemus mori, quam in omnigenis vivere turpitudinibus. Πολὺ κρεῖττον, ἐν ταῖς δόξαις αἷς ἔχομεν, τελευτῆσαι τὸν βίον μᾶλλον, ἢ ζῆν ἐν πάσαις αἰσχύναις. Quorsum & illud pag. 321. tendit. Ἀλλ' ἂν μὴ ᾖ πρὸς τῷ καλῷ σώζεσθαι, θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί. Idem denique p. 305. interrogat, quanti sit æstimanda ista reip. norma, quæ ita cives erudiit, ut velint μέχρι θανάτου μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις· καὶ μηδὲν οὕτω δεινὸν νομίζειν, ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Talem remp. suis legibus effecit Lycurgus, in quo admiratur Xenophon pag. 683. quod in civitate sua perfecerit, ut vitæ turpi mors honesta præferretur.

FINIS.



L. ANNÆI SENECÆ
ET
P. SYRI MIMI
SENTENTIÆ SINGULARES,

Græce quondam redditæ

PER

JOS. SCALIGERUM JUL. CÆS. F.

Nunc primum centum aliquot versibus ex auctographo ipsius auctæ & serio castigatæ.

JOS. SCALIG.

In Scaligeranis pag. 132.

Gruter avoit faict imprimer un Syrus augmenté : j'ay tout tourné de nouveau en 4 jours.

ΠΟΥΒΛΙΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΜΙΜΙΑΜΒΟΙ.

Θανάτου τοσοῦτον ὑστεροῦμεν οἱ βροτοί.
Ἔλπιζ' ἀπ' ἄλλου τοῖον, οἷόν σφ' εἰργάσω.
Ἐρῶντος ὀργὴν δακρύοις παρηγορεῖ.
Ὁ τῷ παροίνῳ συμπεσὼν, σκιαμαχεῖ.
Δεινὴ τὸ δόξαι πρὸς τὸ δυστυχὲς ῥοπή.
Κριτὴς σφαδάζων εἰς τὸ μεταμέλειν τρέχει.
Πρόθυμον εἰς τὸ χεῖρον ἐστ' ὑποψία.
Ἰδίας γυναικὸς μοιχός ἐστ' ἐρῶν ἄγαν.
Χρυσοῦ μικρὸν δάνεισμα μέγαν ἐχθρὸν ποιεῖ.
Κρύπτει χρόνος κίναιδον, ἐκφαίνει χρόνος.
Ἄλλους ἀρέσκει τἀμὰ, καὶ τὰ τοῦδ' ἐμέ.
Ἐλευθέρῳ δάνεισμα δουλείαν φέρει.
Ἀλλότρι' ἐστὶν ἃ 'ξέβη ποθούμενα.
Χαρὰν ἑαυτοῦ μὴ ποιεῖν τ' ἄλλων κακά.
Ὀργὴ καθ' αὑτοῦ πόλλ' ἐραστὴς ψεύδεται.
Ἐρῶν τι λῆ μὲν, οὐχ ὁρᾷ δὲ τί φρονεῖ.
Ὃ φοβοῦντ' ἐρῶντες, τοῦτ' ὀνειρώττουσ' ὕπαρ.

Ἐρῶν

Ἐρῶν ἐναχθεὶς μᾶλλον, ὡς δᾷς, ἅπτεται.
Ἐρᾷν ἅμα φρονεῖν τε κ' οὐ θεῷ πάρα.
Ἔρως νέῳ κάρπωμα, γηραιῷ ψόγος.
Ποινὴν ἐραστῶν ὅρκος οὐκ εἰσπράττεται.
Ἔρωτος ἀνακαίνισμ' ἐρώντων αἱ μάχαι.
Πρᾶον φίλου τεκόντα, δύσκολον φέρε.
Ὅσον ἐνδέῃ, τόσον καθυστερεῖς φίλων.
Φιλία λαβεῖν εἴωθεν, ἢ ποιεῖν ἴσους.
Φιλία μὲν αἰεὶ χρηστὸν, ἐπιβλαβὲς δ' ἔρως.
Κόλλημα φιλίας ἐστὶν ἡ πίστις μόνη.
Ποιεῖς ἑαυτοῦ, τοὺς φίλου μισῶν τρόπους.

. . . .

Φίλου μὲν ἤθη γνῶθι, μίσησον δὲ μή.
Τὰ δεῖν' ἐλέγχει πότερα φίλος, ἢ τοὔνομα.
Φίλους δυσωπεῖν οὐδὲ προσπαίζοντα δεῖ.
Φίλου στερεῖσθαι ζημιῶν ὑπερτάτη.
Ἔρως δυσεκβίαστον, ἀλλ' ὀλισθάνει.
Χρόνος ἔρωτ' ἔπαυσεν οὐ προαίρεσις.
Ἔρως ὁ τρώσας αὐτὸς ἔστ' ἰώμενος.
Ἔρως φόβῳ πέφυκε δυσμίκτως ἔχειν.
Ἔρως μερίμνης αἴτιον κακοχόλου.
Ὡς δάκρυ ἀπ' ὄσσων στέρνον εἰσέρρευσ' ἔρως.
Στενῆς τραπέζης ἔστ' ἀκίνδυνος τροφή.
Ἐρᾷν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ, παύσασθαι δὲ μή.

Οὐ

Οὐ πιστέ' ἐστὶν οὐδὲν ἀλγούσῃ φρενί.
[1] Θυμῷ σοφὸς ἐπέταξε, δουλεύσει δ' ἄφρων.
[2] Ἄνδρ' οὐχ ὁράσει, νῷ δ' ἐλεῦνθ' αἱ σώφρονες.
Θέαμα τοῖς πολλοῖσιν ἔστ' ἀλγοῦσα φρήν.
Ἄπλαιστα βαίνειν οἶδεν εὐλαβὴς τρόπος.
Ὧν οἱ 'πιτάττει νοῦς, ἐπήβολος κυρεῖ,
Δὴθ' ἐγένετ' οὐκ ἐβίωσε δῆθ' ὁ πολυετής.
Παίζουσα γραῦς Χάρωντι καλλωπίζεται.
Ἐσθλὴ γυνή ἐστιν, ἥτις ἐμφανῶς κακή.
Τόξον τόνος, χάλασμα τοῦ νοῦ ῥήγνυσι.
Οὐ φημὶ τέχνην, ἧς τυχηρῆς ἔκβασις.
Ὅτ' οὐ θελήσαις ἀπολέσαι βλέπειν χρεών.
Τί τοῦ μακρὸν ζῆν ῥίγιον φιλαργύρῳ;
Φειδωλὸν εὖ θηρῷ ἂν, οὐ τοιοῦτος ὤν.
Κέρμ' οὐ κορεῖ φειδωλόν, ἀλλ' ἐρεσχελεῖ.
Φειδωλὸς ἀλγεῖ μᾶλλον, ἢ σοφὸς, βλάβῃ.
Φειδωλὸς ἄτην αὐτὸς αὑτῷ προξενεῖ.
Φειδωλὸς οὐδέν, πλὴν ἀποζῶν, εὖ ποιεῖ.
Ἀνδρισμὸν αὔξει θάρσος, ὄκνος δειλίαν.
Ἀφαιρετὸν πέφυκεν εἶναι πᾶν δοτόν.
Μηδὲν 'πιθυμεῖν, καὶ γέροντ' ἧττον, πρέπει.

Γυνὴ

1 vel Θυμοῦ σοφὸς μὲν κύριος, δοῦλος δ' ἄφρων.

2 vel Ἄνδρ' οὐχ ὁράσει, τῷ δὲ νῷ σώφρων ἑλεῖ.
vel Ἄνδρα φρεσὶν, οὐκ ὄσσοισιν ἡ σώφρων ἑλοῖ.

Γυνὴ δύ' ἀμέσως οἶδε, μισεῖν, ἢ φιλεῖν.
Στερροῖ βοηθοὺς ἀσθενεῖς τὸ συμφρονεῖν.
[1] Καλῶς ἀκούειν δευτέρα περιουσία.
Οὐκ ἂν θάνοιεν, κἂν ῥυῶσ' εὐβουλίαι.
Εὕδει μάλ', ἑαυτὸν ὃς λέληθ' εὕδων κακῶς.
Χάριτας δίδωσθαι μωρὸς οἴετ' ἢ κακός.
Ἐυεργετεῖται πόλλ', ὃς οἶδ' ἀντευποιεῖν.
Χάριτος δωθείσης ὠκέως μὴ ἐπιλάθου.
Χάριν λαβὼν, τῷ δόντι σαυτὸν ἐμπολᾷς.
Διδοὺς ἐλήφατ', ἥντις ἀξίῳ διδῷ.
Ἐνόχους, ἐπαρκῶν ἀξίοις, πάντας ποιεῖς.
Ἐυεργετεῖν ἄϊδρις οὐκ αἰτεῖ καλῶς.
Ἐυεργετῆσαι φὰς πόθ' εἰσπράττεις χάριν.
Τίνειν διδάσκεις πολλάκις διδοὺς χάριν.
Λύπης φθαρείσης εὖ χαρὰ συναπόλλυται.
Εὖ ὤλεσεν τὸ κέρμ' ὁ φεύγων, δοὺς κειτῇ.
Ὁ θανεῖν δυνηθεὶς ὅταν ἔδοξ', ἔζησεν εὖ.
Ἦθος φιλόφρον ἐστὶ συγγένει' ἄκρα.
Ζητοῦσ' ἀφορμὴν τοῦ ποιεῖν εὖ δαψιλεῖς.
Θανεῖν ἐπ' ἄλλων αἱρέσει, διπλὸς μόρος.
Ἦν τὸ δέον εὐθὺς δῷς ἑκὼν, διπλῆ χάρις.
Διπλῶς τέθνηχ' ὁ τοῖς ὅπλοις ἰδίοις θανών.

Ε

[1] vel Καλῶς ἀκούειν πλοῦτος ἐστὶ δεύτερος.

Εἴκων ἁμαρτάνοντι, δίτθ' ἁμαρτάνεις.
Κρατῶν σεαυτοῦ δὶς κρατεῖς, νίκη κρατῶν.
Πειθοῖ μαλακτὸς οὐκ ἀνάγκαις ἔστ' ἔρως.
Καλὰς ἀφορμὰς τοὔλεος ποείζεται.
Εὔκλεια κέκτητ' ἴδιον ἐν σκότῳ σέλας.
Χρηστ' εἰσίν, ἂν νοῦς κυβερνῇ χρήματα.
Κάλλιστος ὁ μόρος, ὃς βίον παύει κακῶν.
. . . .
* Καὶ δυστυχεῖν τιν' ἔστ' ἐν ᾧ τις εὐτυχεῖ.
Εὔκλεια μᾶλλον ἀσφαλὲς τῶν χρημάτων.
Τ' ἀγαθὰ ῥέοντ' ἢν μὴ στέγῃς, *θλίψουσί σε.
Καὶ τῶν καλῶν ἐθισμὸς οὐ καλὸς πέλει.
Οὐδεὶς ἐσθλὸν, ᾧ τὰ δεῖν' ἐκκλίνεται.
Χρηστοῦ πρὸς ἀνδρὸς κἀπὶ θανάτῳ μὴ ἀπατᾶν.
Ἐσθλῶν ἀφειδεῖς οὐκ ἀφειδήσας κακῶν.
Ὑπόκρισις γε τ' ἀγαθοῦ κακία διπλῆ.
Τὸ σκληρὸν ἦθος σχῆμα τῆς δίκης ἔχει.
Φίλων ὑπουργὸς δυστυχὴς, χρηστῶν ψόγος.
Χρηστῷ παρ' ἀνδρὶ ταχὺ μαραίνεται κότος.
Χρηστὸν, τὰ φευκτὰ τῶν πέλας ἐνιδεῖν κακοῖς.
Ἀνθυπροσειπεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν εὖ, καλόν.
Τ' ἀγαθὸν ἐκρύφθη, τὸ δὲ κακὸν καὶ σβέννυται.
Χρηστὸς τραχυνθεὶς ὀργιλωτέρως ἔχει.

* In editis huic versui adjecta erat vox χρέιᾳ, procul dubio præter voluntatem maximi Viri.

* vel κλύσουσί σε.

Σπουδαῖος οὐ τοῖς πλημμελοῦσ' ὑπηρετεῖ.
Αὕτη βραχὺς νοῦς μῆνις ἢ μνήμων πέλει.
Βραχὺς βίος * πᾶς τοῖς κακοῖς μακρύνεται.
Ὅταν ἀκηδεῖ νοῦς, τυφλώτουσ' ὄμματα.
Ὅς γ' εὐλαβεῖται μᾶλλόν ἐστ' ἀζήμιος.
Σώφρων κρατήσαιτ' ἀνδρὸς εὐπειθὴς γυνή.
Ταὐτόματον αἱρεῖ χ' ὅν περ ὑπερέβη θαμά.
† Ἀνεξέταστον ὄντα μὴ φίλον λέγε.
Τὴν οὗ φυλάττεσθ' οὐκ ἐᾶτε ἔστ' ἀκμήν.
Μὴ πρᾶγμα χείριζ' οὗ σε μεταμέλος λάβῃ.
Ὕπουλον ἕλκος ἐστὶ τὸ συνειδὸς νοσοῦν.
Καταφρονηθεὶς κίνδυνος θᾶττον μόλοι.
Δύσκλει' ἂν εἴη θᾶττον ὕβρεως τοῦ κλέος.
Ὡς εἰς κακὸν πίπτουσιν αἱ κακῶν τύχαι.
Ἀπολογία ἐστὶ λῆσις ἐμφύλου δορός.
Ὀργῆς ἐραστὴν, ὥστ' ἐρᾶν αὐτὸν ποιεῖν.
Ἔστ' ἀντ' ἑώρας συμπόρου λέσχη φίλου.
Ψυχῆς ὁ δεσμὸς συγγενεῖ ἔσ' ἀκριβής.
Τὸ συνειδὸς αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ θρύλλους σκοπεῖν.
Τί δὴ ἐρεῖς, σκόπησον, οὐ τί δὴ φρονεῖς.

. . . .

Γένοιτο βουλῇ μᾶλλον ἢ θυμῷ κρατεῖν.

Κα-

* vel μὲν, ὁ δὲ κ. μ.

† vel Ἀνεξετάστως μήτιν' ἡγεῖσθαι φίλον.

Κακίαν συνήθη φέρομεν, οὐκ ἐλέγχομεν.
Πληγὰς ὁ μωρὸς θᾶττον, ἢ χλεύην φέροι.
. . . .
Κατ' εὐτυχοῦντος οὐκ ἂν ἰσχύοι θεός.
*Κατὰ τῶν ἀναιδῶν μωρὸν ἡ ἀφέλει' ἔφυ.
Ἔγκλημα βιότῳ περιτρίβεις, θανεῖν ποθῶν.
Νοσῶν ἀπειθὴς ὠμὸν ἰατρὸν ποιεῖ.
Οὐ κρατερός, ὠμὸς δ' ἔσθ' ὁ νηπιοκτονῶν.
Ἀπηνές ἐστι, δυστυχοῦντα νουθετεῖν.
Τρέφει τὸν ὠμόν, ὃ στρέφει τὰ δάκρυα.
. . . .
Δημοκρατεῖ γ' ὁ πᾶσιν εὐφημούμενος.
Ὧι ἔξεστ' ὑπεράγαν, πλεῖον ὧν ἔξεστι, λῇ.
Κλέπτειν κελεύεις μὴ διδοὺς, ὁ δοὺς πάρος.
Συμβὰν ἑκάστῳ, παντὶ συμβαίη ποτέ.
Ἅπαντος ἄλγους ἔστ' ἄκος τὸ καρτερεῖν.
. . . .
Βλάπτειν ὀτρύνεις δοὺς γέρας φιλαργύρῳ.
Οὐκ εἰσὶν ἐχθρῶν ἀσφαλεῖς καταλλαγαί.
Εἰ τὰ κάκ' ὀνεῖ σε, πλημμελεῖς ποιῶν καλά.
Χρήζοντ' ἀρηγοῦ νουθετῶν κατακτείνεις.
Φωνὴν μὲν, ἰσχὺν δ' οὔ, κατὰ δίκου γλῶσσ' ἔχει.
Δύσκλεια κέρδους ζημίας κλῆσιν φέροι.

* vel Ἀφέλεια μωρὸν τῆς ἀναιδείας κάτα.
vel Εὔηθες ἡ ἀφέλει' ἀναιδείας κάτα.

Ἡ ζημία πέφυκεν ἐκ περιουσίας.
Ἀφαιρετὸν γένοιτο πᾶν ἀγαθὸν δοτόν.
Δεινὸν τὸ θῆλυ δακρυοπλαστεῖν γόους.
Ἐχθροῦ φρονῆσαι μᾶλλον, ἢ λαλεῖν πέρι.
Πολλαῖσι σοφία σκέψεσιν διδάσκεται.
Ἐν τῷ διαπορεῖν καιρὸς ἔσθ' ὅτ' ἀπόλλυται.
Βουλευτέ' ἐστὶ δὶς τὰ ἅπαξ κυρωτέα.
Ἀθῷός ἐστι, χρηστὰ βουλεύειν, τριβή.
Ὅστις πέποιθε τῇ πλάνῃ, παραφρονεῖ.
Θεοὺς, καλοῦντος εὐτυχοῦς, γελᾶν δοκῶ.
Καταφρόνησον κτῆσιν, ὧν ὀλεῖν δύνῃ.
Χρόνου γ' ὕποπτον δῶρον. ἁρπάζει τάχυ.
. . . .
Δυσηκοεῖν δεῖ πρὸς τυχόντ' ἐγκλήματα.
Ὃ φροῦδον ἠγνόηκας, οὐκ ἀπόλωλέ σοι.
Μαθήτει' ἐστὶν ἡ 'πιοῦσα τῆς προτοῦ.
Ὁμόνοια μείζων ἐκ καταλλαγῆς ἔφυ.
Δοκίμαζ' ἀκούσας, μηδὲ πιστεύσῃς μάτην.
Νίκη ταχεῖα δεῖ παρασκευῆς μακρᾶς.
Ψυχῆς βαρύτερον ἄλγος, ἢ τὸ σώματος.
Φθίνοιτ' ἂν ἄλγος μὴ αὐξάνειν ἔχον πρόσω.
Βουλὴ στρατηγῶν ἐστὶν ἀνδρεία στρατοῦ.
Καὶ γλυκὺ παρακιτοῦ δυνατὸν ἐκβῆναι πικρόν.
Εὐημεροῦσιν αἵρεσις θανάτου καλή.

Φθ-

Φεύγειν τὸ κέρδος ἐστὶ βασιλείας κρατεῖν.
Ἀνενδεὴς εἶ, ὅσον ἐλαττόνων ἐρᾷς.
Ὡς ἐστιν ἐγχείρημα δυστυχὲς, φόβος!
Ὃν χάρις ἐλήφθη, τόνδ' ὀφείλεται τρόπον.
Ὀργὴν ἀφαιρεῖν τὸ βέλος, οὐ δῦναι, πρέπει.
Πέφυκε ταχύτης καὶ βραδεῖα τῷ πόθῳ.
Θανάτου δ' ἑταῖρος ἀκλεὴς βίος βροτῷ.
Μέρους κακίστου τέκμαρ ὄχλος ἐστ' ἀεί.
Ἀρετῆς ἀφορμὴν καὶ τὸ δυστύχημ' ἔχει.
Τοῖς ἀθλίοις νοῦς ὑστερεῖ τε καὶ πέρα.
Ἐνίοτ' ἐθισμὸς ἐστι * οὐδ' ἀγαθῶν κακός.
Ἔχει μὲν ἰδίαν καὶ σκιὰν ἡ θρὶξ μία.
Καὶ τοῖς ποθοῦσιν ὠκύτης ἐστὶ τριβή.
Δίκαιος ἐχθροῖς, πιστὸς ἐν βουλαῖς, πέλει.
Κἀκ τῶν ἀθώων ψεῦδος ἐκβάλλει πόνος.
Καὶ πλημμελοῦντας ἐστιν εὐορκεῖν θέμις.
Ἔστιν ὅτε χρηστὸν χ' ὡς τις ὢν κυρεῖ λαθεῖν.
Ἔστιν ὅτε λήθη χ' ὧν περ οἶδας, ὠφελεῖ.
Ὕβριν γε μισεῖ χ' ὅστις ὑβρίζειν φιλεῖ.
Εἰ καὶ μέμυκεν ἕλκος, ἥγ' οὐλὴ μένει.
Μόλις τυράννῳ παρεῖκα βασιλεύειν θέμις.
Ἡ καρτέρησίς ἐστι δυστυχίας λιμήν.
Τὸ τῶν ἐν ὕψει πλῶμ' ἐπισφαλέστατον.

* vel καὶ ἀγαθῶν κακός.

Ἐγείρετ' ἔργῳ τὸ κακὸν, ἀλλ' οὐκ ἄρχεται.
Κέρδος βρότειον τὴν τύχην ποιεῖ θεόν.
Πάτρας στερίσκων αὐτὸν ἐστ' ὀρθῶς φυγάς.
Ἐξ ἀψιμαχίας εὐπροσωποτέρα χάρις.
*Πόνον μαλάκει προσδύνημα τοῦ γέρως.
Ἔλεγχός ἐστι τῶν προτέρων τὰ μεθύστερον.
Σοφὸς φρενοῦται τοῖσι τῶν πέλας κακοῖς.
Ῥέποι γ' ἂν εἰς τὸ μωρὸν εὐήθης τρόπος.
Ῥᾷον περαύξει τ' ἀξίωμ' ἢ ἄρχεται.
Ποιεῖ προσιὼν καὶ τὴν ἄγνωστον τύχη.
Τοὔγκλημα χεῖρον, πρᾶξιν ἣν σιγᾷς, ποιεῖς.
Ψεῦδος κακόφρων διαβολὴ ψευδὴς ἔφυ.
Πολλοῖς πρόστιμος δόξα τοῦ συνειδότος.
Σύμφησιν ἀδικεῖν, φυγοδικῶν ὅστις κυρεῖ.
Ὄλβου παλαιοῦ θρέμμα, πλουσίου χόλος.
Τὸ δυστυχοῦντος εὐτύχημ' ἐστ' ἀκακία.
Θάλλουσα κακία δυστύχημ' ἐσθλῶν ἔφυ.
Τὰ ῥᾷστ' ἂν οἴσοις καὶ τὰ δυσχερῆ φέρων.
Φέρειν ἄφυκτα τῶν κακῶν, μὴ λοιδορεῖν.
Φέρων τὸ βλάπτον καὶ τὸ σύμφορον φέροις.
Τὰ πλαστὰ πρὸς τὸν ἴδιον ἂν δράμοι τρόπον.
Τὴν πίστιν οὐκ ὀλέσσε, πλὴν ὁ μὴ ἔχων.
Τὴν πίστιν ὀλέσας τί ὀλέσειεν ἂν πρόσω;

Τέω

* vel Κούφισμα μόχθου προσδυνώμενον γέρας.
vel Παρηγόρημα τῶν πόνων ἐλπὶς γέρως.

Τέῳ πέποιθε, πίστιν ὅστις ὤλεσεν;
Ὅθεν ἦλθ' ὁμόφρων πίστις οὐκ ἀνέρχεται.
Ὡραῖον εἶδός ἐστιν ἄλαλος σύστασις.
Θέλγει τύχη σαίνουσ' ὅταν θηρητιᾷ.
Τύχης τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλίας.
Τύχη βροτείων κῦρος οὐκ ἔχει τρόπων.
Ὄλβος μέγας δούλευμα κυρίῳ μέγα.
Οὐδενὶ τύχη δύναιτο τῆς βουλῆς πλέον.
Τύχην μάλ' εὑρεῖν, ἢ κρατῆσαι ῥᾴδιον.
Ποιεῖ παραπλῆγ' ἡ τύχη θάλπουσ' ἄγαν.
Νικᾷ τύχη σ' ἐάν γε μὴ νικᾷς ὅλην.
Ἅπαξ ἐνόχλουσ' οὔτινι στέργει τύχη.
Χάρις πολιτῶν πρὸς τὰ τῆς τύχης ῥέπει.
Στίλβουσα θραυστόν ἐστιν, ὡς ὕελος, τύχη.
Ὅθεν τι θραύσει ἡ τύχη, θλασθὲν μένει.
Τύχη δίδωσι χρῆσιν, οὐ κτῆσίν τινος.
Νοσφισμός ἐστιν, ὃ οὐκ ἂν ἀποδοίης, λαβεῖν.
Παύρων κολούει μῖσος ἡ πυκνὴ δίκη.
Λιτὴ δίαιτα πάρυφος ἐστ' εὐδοξίας.
Λιταῖς ἀκαμπὴς δυσπαραίτητος τρόπος.
Τἀνεξίκακον ὀργισθὲν αἱρεῖται τάχυ.
Τὸ μέλλον ἀθλεῖ μήτι νικᾶσθαι θέλον.
Διπλοῦν ἁμάρτημ' οὗ τις οὐκ αἰδῶ κυρεῖ.
Δηλοῖ στεναγμὸς οὐκ ἀφαιρεῖ τὸν πόνον.
Τοὔγκλημα, καίπερ μετρίως λεχθέν, κακοῖ.

Τὸ κρῖμα μηδὲν οὐ πρόκριμ' ἔχον, βαρύ.
Βαρὺ πρόκριμα, κρῖμα μηδὲν οὐκ ἔχον.
Ψυχῆς βαρεῖα μεταμελουμένης πίστις.
Φρόνημα σεμνὸν οὐ διχογνῶμον πέλει.
Ἐχθρὸς κάκιστος, ὅστις ἐν νῷ κρύπτεται.
Τομώτερ' ἐστὶ κινδύνων ἄκη τινά.
Χρηστοῦ βαρεῖα μῆνις ἀνθρώπου κυρεῖ.
Πρόσταγμα δεινὸν τῆς συνηθείας ἔφυ.
Ἅπαν ἐν ὄψει λανθάνον κακὸν, βαρύ.
Ἅπασα δεινὴ τοῖς ἀπείροις συμφορά.
Διδοῦσ' ἀφορμὴν κακολόγοις πυκνοὶ γάμοι.
Τὸν ἴδιον ἔλαχον ἰὸν αἱμύλοι λόγοι.
Φέρειν διάδοχον, ἢ γράφειν, κρεῖττον πέλει.
Κλαίων διάδοχος ὑπὸ προσωπείῳ γελᾷ.
Τὸ συνειδὸς ὡς βαρεῖα δούλεια φρενός.
* . . . .
Ὡς κτῆμα δυστήρητον ἔστ' εὐδοξία!
Ὡς δεινὸς, ὅστις οἴετ' ἀσφαλὲς θανεῖν!
Καὶ χρηστὸν ἄνδρα καιρὸς ἂν κάμπτοι ποτέ.
Ἔνθα τολμᾷν πόλλ' ἀναγκάζει βροτοὺς.
Ἀνὴρ ἄβουλος, πόλλ' ὅταν βουλεύεται.
Ἔξω γ' ἑαυτοῦ γέγονε μείων ἀνήρ.
Τοῦ μὴ στερεῖσθαι τῶν πόνων, εὗρες τύχην.

Ἄν-

* Vid. in Trochaic,

Ἄνθρωπος ἄλλο φθέγγετ᾽ ἄλλο δ᾽ ἐννοεῖ.
Ὅσους ἂν ἰδίων ἀποβάλοις, τοσάκις θανεῖ.
Βίῳ σ᾽ ἔχρησεν, οὐ δέδωκεν, ἡ τύχη.
Τί ἐστ᾽ ἀνάγκη; θεσμὸς εὐσχήμων χρόνου.
Φείδου πονηρῶν, ὥστε φείδεσθαι καλῶν.
Καλὸν γ᾽ ὑπηρέτημα, δουλεύειν χρόνῳ.
Τοὔνδοξόν ἐστι δευτέρα παγκτησία.
Τιμὴ δ᾽ ἀτίμοις αἶσχος, ἐντίμοις κλέος.

. . . .

Οὐκ ἔστιν ἀρετῆς ὄφελος, εἰ δόξ᾽ ἀσθενεῖ.
Τὸ νῖκος ἐνταῦθ᾽ ἐστὶν ἔνθ᾽ ὁμόνοι᾽ ἔνι.

. . . .

* Φρόντιζε, μισεῖσθαι πάρ᾽ ἀξίαν δοκεῖν.
Πῦρ κἂν σιδήρῳ θερμότητ᾽ ἰδίαν κρατεῖ.
* Χρυσοῦ γ᾽ ἔλεγχος πῦρ, ἀτυχίαι δ᾽ ἀλκίμου.
Σύγγνωστός ἐστιν, ὅστις αἰσχύνην ἔχει.

. . . .

Σύγγνωθι τοῖς ἄλλοισι μὲν, ἑαυτῷ δὲ μή.
Σαυτοῦ κατέγνως ᾧ ἠδίκησας ἥμαρτ᾽.
Κράτος μέγιστον εἰ πόθεις, σαυτοῦ κράτει.
Ὧι μεταμέλει ἔπεισιν ἥμαρτ᾽ ἀγνοῶν.
Καταπειράζεσθ᾽ ὀλίγ᾽ ἁμαρτόντων ἔνι.
Ἐρῶντος ἀνδρὸς μῆνις ἀεὶ ψεύδεται.

* vel Μὴ δρᾷν τι, μίσους ὥστε πάσχειν σ᾽ ἄξια.
* vel Ὡς χρυσίον πῦρ, πῆμ᾽ ἐλέγχει καρτερούς.

Ἐν ἔρωτι κάλλος ἀξίας ὑπερτερεῖ.
Ἐν ἔρωτ' ἀφορμὴ ζημίας μαστεύεται.
Ἐν ἀθλίοισιν ὕβρεις ἐστὶ χ' ὁ γέλως.
Νοῦς ἀστάθμητος ἐστὶ τῆς σοφίας ἄκος.
. . . .
. . . .
Τὸ δυστυχοῦντος εὐτύχημ' ἔστ' ἀκακία.
Συνοιδ' ὁ χείρων οἷς ὁ κρείττων ἤλιτε.
Ψυχὴ μικρόφρων ὄλβον οὐ δύναται στέγειν.
Ἡ δ' εὐγενεῖ ἐστ' ἀνεπίδεκτον ὕβρεως.
Ἀναξίου δεόμενος ἀδικεῖς τοὐγενές.
Μάστιγα γλώσσης λῆμα γενναῖον γελᾷ.
Χάρις ἀχάριστος, ἧς συνέμπορος φόβος.
Ἅπαντας ἔβλαψ' ἀθλίους ἀχάριστος εἷς.
* Ἔστ' ἀνδρὸς ἐχθροῦ νοῦς † ἀπρόσβατος λιταῖς.
Ἐχθροῦ θανόντος ἔξοδον δάκρυ' οὐκ ἔχει.
Ἐχθρὸν φοβεῖσθαι καὶ χαμαίζηλον, σοφοῦ.
Τίσαι τὸν ἐχθρόν ἐστι δεύτερος βίος.
Ἐν τῷ δικάσαι τὸ ταχὺ πᾶν, ὑπαίτιον.
Ὕβρεως ἀκούειν * εὐπετέστερ' ἢ βλέπειν.
Ῥᾴδιον ὑβρίζειν, ἢ ὑβρίζεσθαι θέλοις.
Ἀδικῶν τύχοις ἂν ἀδικίαν μὴ ἐκδικῶν.

Λή-

† vel ἀνάρμοστος
* vel Τῷ δυσμενῶν τῷ παντ' ἀνάρμοστοι λιταί.
* vel ῥᾷον ἐστιν.

Λήθη βαρέων ἐστὶν ὕβρεων ἄκος.
Οὐκ εἰσ' ὕβρεις αἱ σχετλίων ἀκληρίαι.
Ἐν ἀθλίοισι * ῥᾷστ' ἂν ὕβρεις ἰσχύοι.
Φειδωλὸς οὐ τέῳ χρηστὸς ἐσθ', αὑτῷ κακός.
Παῦρ' ὑστερεῖ πενίη, πολλὰ κίμβιξι.
Χάριν δεομένῳ δὶς δίδωσ' ὁ δοὺς ταχύ.
Ἐν τοῖσιν ἀπόροις ἐστὶ τὸ διάβολον πολύ.
Μεμηνότ' ἀνδρὶ πᾶς μεμηνέναι δοκεῖ.
Ἔνσκευος ἔνδον ὀλβίου τὸ φιλάργυρον.
Ποῖ' ἐστὶ, μάνθαν', ὥστε δρᾶν, τὰ κρήγυα.
Ἐν τοῖσιν αἰσχροῖς πλημμελῶν δὶς πλημμελεῖ.
Ἐν ἔρωτι λύπης † καὶ χαρᾶς ἔνεστ' ἀγών.
* Γλυκεῖα μανία κἂν ἔρωτι τὶς πέλει.
Φθόνος τὸ βλαβερὸν, οὐ τὸ σύμφορον λαλεῖ.
Ἀνεκτὸν εὐψύχοισιν ἢ μάκαρει φθόνος.
Φθόνος, λάθρα μὲν, δυσμενῶς δ' ὀργίζεται.
Παρειδὼν τὸ πλημμέλημ' ἁμαρτάνειν ποιεῖς.
Ἄκοντ' ἐρύκων ἐκκαλεῖς ἐξιέναι.
Ὀργὴν φυλάττου βραχέα, τὴν ἔχθραν δ' ἀεί.
Ὀργίλος ἀνανήφων αὐτὸς αὑτῷ μέμφεται.
Χολουμένοισιν τόλμα καὶ βουλὴ δοκεῖ.

Ἀνὴρ

* vel ὕβρεως μέγα σθένος.
† vel ἐστὶ καὶ χαρᾶς ἀγών.
* vel Ἐν ἔρωτι μανία τις γλυκεῖ' ἀεὶ πέλει. vel κυρεῖ.

Ἀνὴρ χολωθεὶς πᾶν ἐς ἔγκλημ' ἐκλαλεῖ.
Παύρων δεδεμένος ἐστιν, ὃς παύρων ἐρᾷ.
Πίστευσον, ὡς μὴ δυσμενῆ κτᾶσθαι, φίλῳ.
Ὡς καὶ ποθ' ἕξων ἐχθρὸν, οὕτως χρῶ φίλῳ.
. . . .
Σπῖλος προσηνὴς δυσμενοῦς ἐξ αἵματος.
Γένοιτ' ἂν οὐδὲν ἡδὺ, πλὴν ἐκ μεταβολῆς.
Σαυτοῦ κατέγνως ἄδικον ἀπολύων, κριτά.
Ἅπαν δίκαιον ἀδικίας πάσης * πέρα.
Ἄλγησις ἐχθρῶν ἠδικημένοις ἄκος.
Ἅπαξ ὀλισθὼν, πάλι πεσὼν, ὑπαίτιος.
Οὐδὲν μέτεστι κοινὸν αἴνῳ καὶ τρυφῇ.
Οἷόν τε λαμπεῖν ὥστε μὴ φλέγειν, τὸ πῦρ.
Ἔρρει παλαιὸς αἶνος, ἢν μὴ νέος ὄρῃ.
Ἄδικος νόμον δέδοικεν, ὁ δ' ἀθῷος τύχην.
* Εἴωθεν ὀργὴ τοῦ νόμου λεληθέναι.
Τὰ δοθέντ' ἀπαιτεῖ μεταμελουμένη τύχη.
. . . .
Ὁ, τοῦ γενέσθαι καὶ θανεῖν, κοινὸς νόμος.
Πάντας δαμάζει καὶ τὸ νεῦμα τῆς τρυφῆς.
Ὁρμή ἐστιν οὐ κρίσις ἅττα κουφότης φρονεῖ.
Ἄδειαν ἐχέτω γλῶσσ' ἀληθείας ὕπερ.

Ἔστη-

* vel ἄγαν.
* vel Εἴωθεν ὀργὴν λαμβάνειν λήθη νόμου.

Εὕρημα ναίων * νόμος ἑαυτῷ τυγχάνει.
Ἔστ' ἀντ' ὀνείδους τ' ἀξίωμ' ἀναξίων.
Θυμῷ ποθοῦντι πᾶν ἀπωστάτω δοκεῖ.
Οὐκ ἔστι κέρδος ζημίας ἄλλων ἄτερ.
Ἐνδεῖγ' ἀσώτῳ πολλὰ, πάντα κίμβικι.
Φύσει διάδοχος πιστός ἐστιν, οὐ γραφῇ.
Ὁ πήματος οὐδένος ἀγνοῶν πλέον οὐδένει.
Θυμὸς μεγίστῃ μέγας ἐφαρμόζει τυχῇ.
Τῷ μέγα φρονοῦντι λῆψις ἀδικίας ἄκος.
Ἔγκλημα δυσχέρανσις ἐπιφέρει μέγα.
Οἴκτου βοηθοῦ δεομένη δίκη, κακή.
† Ἦθος πονηρὸν οὐ ποθεῖ διδάσκαλον.
Φύσεως ἀποτρίβον τι φάρμακον, κακόν.
Τ' ἀλλοτρίων συνήθες, ἡδονὴ κακή.
Ὕβρεις γ' ἀνάγκης ἔσθ' ὁ δυστυχὴς μόρος.
Τὸ καλὸν ἀθετεῖς πραγμάτων αἰσχρῶν ἐρῶν.
Χεῖρω λόγον βλάσφημον ἑρμηνεὺς ποιεῖ.
. . . .
Κακοῦν θέλοντι πρόφασις οὐκ ἐλλείπεται.
Οὐκ ὀρθὸν, ὅ, τι δὴ πράττεται πίστει τύχης.
Τὸ κράτος ἴδιον ὄλλυσ' ὁ προστάσσων κακῶς.
Τὸν ἰατρὸν οὐκ εὖ διάδοχον ὁ νοσῶν γράφει.

Κα-

* vel ἔτυχεν ἂν αὐτῷ νόμος.
† vel Κακοὶ φύσεις οὐκ ἐνδεεῖς διδασκάλου.

Κακῶς ἐνίκησεν ἄλγος ὃν νίκης λάβοι.
Ὁ μὴ δυνάμενος εὖ θανεῖν, κακῶς βιοῖ.
Ἀεὶ βιώσειν προσδοκῶν, κακῶς βιοῖ.
Ὀδόντας ἦθος κακότροπον κρυφίους ἔχει.
Ἤθη πονηρῶν σῖτός ἐστ' ἰδία φύσις.
Ποιεῖ πονηρὸς ἦθος ἀχάριστον θαμά.
Πάντων ὄνειδος ἐσθ' ἑνὸς πονηρία.
Πλάττει τρόπον τὸ πονηρὸν, ἵνα χεῖρον τύχῃ.
Ἀνδρῶν γυναῖκες κρείττονες βουλῇ κακῇ.
Ἢν κινδυνεύσῃ χρηστὸς, ἅμα φείδου κακοῦ.
Τὰ πήματ' ἄλλων μὴ χαρὰν ἰδίαν ποιοῦ.
Βουλῆς κακῆς τῷ δόντι πάγκακον τέλος.
Ἡ μὴ τραπῆναι δυναμένη βουλὴ, κακή.
Φύσις πονηρὰ χεῖρον νοεῖ ἐν ἀποκρύφοις.
Ἀγαθὴν πρὸς αὐτὸν ὁ κακὸς οὐ γνώμην τρέφει.
* Ἀγαθὸν κακὸς σκηπτόμενος ἐστὶ πάγκακος.
Αὑτοῦ γ' ἕκατι χρηστὸς, αὐδάαθω κακός.
Κἂν μὴ δύνηθ' ὁ κακὸς, ὅμως βλάπτειν θέλει.
Κακὸς δίκην δοῦς ἔρυμα τοῖς χρηστοῖς πέλει.
Ἀπόφασιν ἅμα συνεπιφέρει δήλη δίκη.
Ἔστ' ἀσφαλῆ τὰ πθασὰ, δουλεύει δ' ὅμως.
Ἐπιεικὲς ἦθος ἐστὶ δυστυχίας ἄκος.

Ἄκος

* vel Ἐσθλῶν ὑποκριτὴς ὁ κακὸς ἐστὶ πάγκακος.

* Ἄχος πέφυκε συμφορῶν λήθη μόνη.
Ἔστ᾽ ἐργαλεῖον ὕβρεως μαχλὰς γυνή.
Ἄτιμ᾽ ἐστὶν, ἀσφαλιστέον φόβῳ.
[1] Ἅπαντι τερπνῷ[2] φροντὶς οὐ δέους ἔνι.
Δέος κολάζει τοὺς κακοὺς οὐ πραότης.
Φόβου παρόντος, ὕπνος οὐκ ἔχει τόπον.
Διδοῦσα μικρὰ, μικρ᾽ ἀφαιρεῖ τύχη.
Ἀπατῶσιν ἧττον οἱ τάχιστ᾽ ὀργιζόμενοι.
Δούλους δεδοικὼς ἐστι τῶν δούλων κάτω.
Ἧττον ἂν ἁμάρτοις εἰ νοεῖς τι ἀγνοεῖς.
Τάλαινα τέρψις ἐστὶν ἐν μνήμῃ κακῶν.
Ὁ χρηστὸς οὐκ εἴη, λέγοιτο δ᾽ ἂν ἄθλιος.
Δύστηνος ὁ ζῶν ἀγνοῶν ἀκινδύνως.
Ἔστ᾽ ἀσφαλῶς ζῆν πημάτων ἀπειρία.
Ἀστὺς φίλοικτος πατρίδος παραψυχή.
Ἄζηλος ἐχθροῖς ἀγνοουμένη τύχη.
Ἄζηλός, ἐστιν ἀθλιωτάτη, τύχη.
Δύστηνόν ἐστι ζῆν ἐπ᾽ ἄλλων αἱρέσει.
Λαλεῖν θέλοντά σ᾽ οὐκ ἐᾶσθαι, σχέτλιον.
Εἴης τάλας μοι, μὴ τάλας γεγονὼς ποτε.
Ἀκριβασμός ἐστι σκέψεως διατριβή.

Εἰ

* vel Ἴασίς ἐστι.

1 vel Ἔχει τὸ τερπνὸν φροντίδ᾽ οὐδεμίαν φόβου.
vel Τὸ ψυχαγωγοῦν φροντίδ᾽ οὐκ ἔχει φόβου.

2 vel φροντίδ᾽ οὐ δέους ἔχει.

Εἰ καὶ ἀηδὲς ἡ τριβὴ, ποιεῖ σοφούς.
Πρὸ τοῦ ποθεῖν τὸν θάνατον, ὄλβιον θανεῖν.
Θανεῖν ἀνάγκη πᾶσιν, οὐδ' ὅταν θέλης.
Τὸ θανεῖν φοβεῖσθαι χεῖρόν ἐστι τοῦ θανεῖν.
[1] Θανάτου καταφρονεῖν ἐστι πᾶν δεινὸν παλεῖν.
Ἥδυσμα κακίας τῆς γυναικὸς δάκρυον.
Νοῦσα μουνὰξ ἡ γυνὴ, κακῶς νοοῖ.
Οὐκ ἤρεσε πολλοῖσι πολύγαμος γυνή.
[2] Πολὺ συγγινώσκων ἰσχυρὸς πλέον ἰσχύει.
Πολλοῖς ἀπειλεῖ, ὅστις ἠδίκησ' ἕνα.
Πολλοῖς [3] ἀρέσκειν ἡ θέλουσ' ὑπαίτιος.
Χρηστὸς τεθνήκοι ζημία πολλῶν ἔπι.
[4] Προωρότερον ἂν πολλὰ, πρὶν χρηστὸν, κίχοις.

. . . .

Δώροισι μαχλὰς ἱλεοῦτ' οὐ δακρύοις.
Ὑβρισμένον τι ἄκακον ἀλλάττει φύσιν.

. . . .

Πάντας φοβεῖσθαι, πᾶσιν ὃς φοβερὸς, χρεών.

. . . .

[5] Οὐ νομοθετεῖται γ' ἀλλ' ἀνάγκη νομοθετεῖ.
Ἡ χρεῖ ἐπείγει τὸν ἄπορον ψευδῆ λέγειν.

Ὡς

1 vel Θανάτου καταφρονῶν πάντα δεινὰ καταπατεῖ.
2 vel Ὁ πόλλα συγγνοὺς &c.
3 vel ἀρέσκουσ' οὐκ ἂν αἰτίαν φύγῃ.
4 vel Ταχύτερον εὕροις πολλὰ πλὴν ἀνδρὸς καλοῦ.
5 vel Νόμος ἔστ' ἀνάγκης, οὐκ ἀνάγκη τοῦ νόμου.

Ὡς τῆς ἀνάγκης ἐστὶν αὐθάδες κράτος.
Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τὸ κρυβὲν ἰχνεύεις μάτην.

. . . .

Φέρειν ἀνάγκης ἄχθος, οὐ κλαίειν πρέπει.
Θεσμοῖς ἀνάγκης χρησιμεύει πᾶν βέλος.
Χρείᾳ ποθούσῃ μηδὲν ἀνανεύει σοφός.
Φειδοῦς τὸ λιτόν ἐστιν ἐνδείας ἄκος.
Ἔρως ἄφυκτός ἐστι καὶ θάνατος βροτοῖς.
Τύχη βίος τε μόνιμος οὐκ ἔστι βροτῷ.
Ἀργηπιῶν φειδωλὸς εὗρεν αἰτίαν.
Ἀτοπήματ' αἰεὶ μεγάλ' ἀπιστεῖσθαι φιλεῖ.
Ἀρνεῖθ' ἑαυτῷ, δυσπόει τ' αἰτούμενος.
Ἀρχθεὶς ἀφ' αὑτοῦ μῶμον οὐκ ὀφλισκάνει.
Ἄωρος οὐ τέθνηχ' ὁ τεθνηκὼς τάλας.
Οὔτις τόσον ζήσειεν, ὅσον ἐγεννήθη, πένης.
Οὐδεὶς διὰ φόβου τῶν ἄκρων ἐφίκετο.
* Τὸ πονηρὸν αὐτῷ γ' ἐστὶν ἐσχάτη πίστις.
Οὐκ οἶδα τί νοεῖ τῶν τρόπων πλάττων κακός.
Τῷ δυστυχεῖ κράτιστον ἀπράγμων βίος.
Οὐκ οἶδ' ἀνάγκη γ' ἄλλο πλὴν νικᾶν μόνον.
Οὐδὲν ἀφελοίη, πλὴν ὅπερ ἔδωκεν, τύχη.
Ὅτ' ἂν αἰσχύνῃ τὸ πραχθὲν, ἀθλιώτατον.
† Οὐδενὸς ὁ θυμὸς, ὡς ἀθέσμων οὐκ ἐρᾷ.

* vel Τὸ φαῦλον αὐτῷ κόλασις ἐστὶν ἐσχάτη.
† vel Πλὴν τῶν ἀθέσμων θυμὸς οὐκ ἐρᾷ τινός.

Πᾶν ἐστὶν ὄμφαξ, πρὶν πεπαίνεσθαι χρόνῳ.
Ἅπαν [1] δαμάζει γ' ἡ πιθανωτάτη χρόνος.
Τοῦ νοῦ κρατοῦντος ὄμματ' οὐχ ἁμαρτάνοι.
Μηδὲν σθένειν, ἔστι θανόντα ζῆν τόδε.
Οὐκ ἴδιον ἤγουν τόγε πεφυκὸς μὴ μένειν.
Οὐδὲν βδελυκτὸν εἰς ἄκος σωτηρίας.
Τί αἴσχιον γέροντος, ὃς ζῆν ἄρχεται.
Ἐν ἀμφιμαχίαις ἡ ἀκρίβει' ὀλισθάνει.
Χρηστὸς ἅλις ὁ μόρος, εἰ κακὸν μηδὲν φέρει.
Σοφῶν ἀκούοις, αὐτὸς οὐ φρονῶν, μάτην.
Οὐ δέδι' ἐνέδραν πλὴν ἐνεδρεύειν ἐθάς.
Τὸ πονηρὸν αὔξεις πλημμέλημα μὴ 'κδικῶν.
[2] Δεῖταί γ' ὃς ἔνοχος, ὃς δ' ἀναίτιος κοτεῖ.
[3] Ἐνόχῳ γ' ἀμύνων τὴν δίκην ἑαυτοῦ ποιεῖ.
Σταθερὰν φύσιν τ' αὐτόματα οὐ βλάψειεν ἄν.
Βλάπτειν δυνάμενον μὴ θέλειν, κῦδος μέγα.
Τὸ [4] τιμίους ἐπαῖρον οὐκ ἀθετητέον.
Ὧι ῥῆγμ' ὕποπτον, οὐκ ἐρειπίοις θάνοι.
[5] Ἄκοντ' ἀνορθοῦν ἄντ' ὀνήσεως βλάβη.
Οὐκ ἀγαθὸν, εἶναι τοῦ κακοῦ κρείττω, καλῶ.

Ἐλά-

1 vel μαλάττει.

2 vel Δεῖταί γε φεύγων, ὁ δ' ἀναίτιος, κοτεῖ.

3 vel Ἐνόχοις ἀμύνων τὴν κρίσιν ἐς αὐτὸν στρέφει.

4 vel τοὺς ἄκρους.

5 vel Βλάβος οὐκ ὄνησις ἔσ' ἄκοντ' ὀρθοῦν θέλειν.

Ἐλάχιστον οὐκ ἔσθ᾽ ὅπερ ἔλαττον ἀπλέτου.
Τῆς ἀνδρείας ἅλωσις οὐκ ἔχει ψόγον.
Οὐκ ἔστι δὴ σὸν, ὅ σοι ἐποίησ᾽ ἡ τύχη.
Ἔγκλημ᾽ ἀθώοις περιτρίβειν οὐκ εὐχερές.
[1] Τὸ συγνοῖς ἄρεσκον δυσφύλακτόν ἐσθ᾽ ἑνί.
Οὐκ οἶδ᾽ ὑπείκειν ἀνδρεία ταῖς συμφοραῖς.
Ὃς ἄφρον᾽ αὑτὸν οἶδ᾽ ἀνάγκη καὶ φρονεῖν.
Οἴοις περίσκοις, οὐ πόσοις, σπούδαζ᾽ ἀεί.
Τοὐδαῖμον ἐνίοτ᾽ ὦτ᾽ ἔχει δυσήκοα.
Ἰδίοις ὑπείκειν νῖκος, οὐχ ἧτταν φέρει.
[2] Οὐκ ἔστι κόλασις συμφορᾶς μείζων βροτοῖς.
Οὐδενὶ ταχύτερον σύζυγ᾽ εὕροις, ἢ κακῷ.
Τό σοι δυσαγκάλιστον ἐπίθες μηδενί.
Κακῶς ἀκούει τ᾽ οὐλεήμων μηδαμοῦ.
Ἀμαρτύρητον μηδὲν ἡγεῖσθαι τόπον.
Οὐδὲν μέγ᾽ ἐστὶ, πλὴν ἀμίσθωτον, κακόν.
Προδόταισι πιστεύσειεν οὐδεὶς εὖ φρονῶν.
[3] Λάθοις ἁμαρτὼν, ὡς ἐν ὄχλῳ, μηδαμῇ.
Πῶς σχέτλιος οὐκ ἔσθ᾽ ὅ, τι φοβητέον, νοῶν.
Ἀκινδύνως οὐκ ἔστι κινδύνου κρατεῖν.
Οὐ τοῖς παροῦσιν ἐλπὶς ἔρχεται κακή.
Οὐκ ἀτρεμεῖ ποθ᾽ ἡ συνείδησις κακή.

1 vel Τ᾽ ἀρεστὰ πολλοῖς ἐστὶ δυσφύλακτ᾽ ἑνί.
2 vel Οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ συμφορᾶς μείζων τίσις.
3 vel Λέληθ᾽ ἁμαρτών.

Ἢν πῦρ [1] ἐγένετο, θάλπος οὐκ ἂν ἐπιλίποι.
[2] Γαμετὴ ὑπείκουσ' ἐστὶ μῖσος παλλακῆς.
Σπανίως προσέρπει καιρὸς, [3] ὄλλυται ταχύ.
Ῥᾷστους ὁ καιρὸς ἀναποδισμοὺς οὐκ ἔχει.
Αἴσχιστα δουλεύοντα κάλλιστον θανεῖν.
Τὰ μὲν ὄψις ἔχθη, τὰ δὲ φίλημ' [4] ἔχον σκέπει.
Ἀτερμάτιστον εὐμενοῦς ὑπουργία.
Ἐνασμενίζει πᾶς τις ἀξίων κράτει.
Ἀναπολόγητον πλημμέλημ' οὐδὲν πέλει.
Πᾶν ἦμαρ εὐθέτησον, [5] ὥσπερ ἔσχατον.
Οὐ προσγελάσαι πᾶσ' ἔβλαψεν ἡδονή.
Κάκιστος ἐστιν, ὅστις ἔλαθε κίνδυνος.
Ὡς λάθειον κόλασμα τὸ συνειδὸς πέλει.
Βίος ἀθλίῳ μήκιστος, ὀλβίῳ βραχύς.
[6] Ἑτοῖμ' ἐνέδρα 'στ' οὐκ ὀδυρμὸς δάκρυα.
Ὠμὸς καθ' αὑτοῦ γ' ἐστὶν ὀργισθεὶς πατήρ.
Πειθαρχίας τὸ κῦδος ἰσοῦται κράτει.
. . . .
Μέρος χάριτος, αἰτοῦσιν ἀρνεῖσθαι ταχύ.
Ἄση πολυτελὴς, λιμὸς εὐωνον πέλει.

Ἐγκρα-

1 vel ἔμεινεν.
2 vel Παλλακίδος ἔχθος τὸ γαμετῆς πειθήνιον.
3 vel ἔρρει ὠκέως.
4 vel ἀποκρύπτεται.
5 vel ὁσεὶ λοίσθιον.
6 vel Λόχες ἐσθ' ἑτοῖμον οὐκ ὀδυρμὸς δάκρυον.

Ἐγκαρτεροῦντι πολλ' ἄτλητ' ἐπέρχεται.
[1] Ζηλωτὸν αὐτὸν ὁ μακρόθυμος ἀποτελεῖ.
Εὐδαῖμον ἐν ταῖς συμφοραῖς ἀφερέπονον.
Ψυχῆς καλύπτει καρτέρημ' ὄλβον πολύν.
Ἅπασα πατρὶς ἐστ', ἵν' ἂν πάθῃ τὶς εὖ.
Ὀλίγοι γ' ἴσασι τί τινι [2] ποτε διδοῖ Θεός.
Τὸ πονηρὸν ὀλίγων συμφορὰ πάντων ἔον.
Ὀλίγοις ἁμαρτεῖν αἰσχρὸν, οὐδεὶς δ' ἀγνοεῖ.
Τὸ πλημμέλημα τῶν φίλων νόμιζε σόν.
Μειοῖ τὸ πλημμέλημ' ὁ γ' εὐθύνων ταχύ.
Ἐπιτακτέ' ἐστὶ χρήμασ' οὐ δουλευτέα.
[3] Ὁ πλοῦτος ὄντως κύριος εἰς πάντων ἔχει.
Ἄφωνον ἄλγος ἐννοεῖται χείρονα.
[4] Οὐδεὶς γε δαπανῶν πλὴν ἀπορίας, παύεται.
Τὸ δοθὲν ὁ δοὺς ἀπώλεσ' ἣν ἀμνημονῇ.
Γάμος γε μόνιμον ἦθος οὐ δέμας ποιεῖ.
Τὸ τέρμα τοῦ ζῆν εἰδέν' ἐστ' ἀεὶ θανεῖν.
Ῥᾷστ' οὗ δι' εὐχῆς ἔτυχεν, εὐδαίμων ποιεῖ.
Προδίδως σεαυτὸν προσφυγὼν πρὸς ἥττονα.
[5] Νικᾷ γ' ὁ τολμῶν κίνδυνον περὶ τοῦ παθεῖν.

1 vel Ποιοῦσ' ἑαυτοὺς εὐτυχεῖς οἱ καρτεροί.
2 vel δωρεῖται.
3 vel Πάντων ὁ πλοῦτός ἐστι πραγμάτων κανών.
4 vel Οὐδείς γε, πλὴν ἔνδεια, δαπανῶν παύεται.
5 vel Ἡ τόλμα νικᾷ, &c.

Τὰ δεινʼ ὁ δειλὸς[1] καὶ τὰ μὴ πότʼ ὄνθʼ ὁρᾷ.
[2] Νικᾷ δὲ αἰῶνʼ ἡ φιλοικτίρμων φύσις.
Δὶ ἂν γένοιʼ ἂν ἀσφαλὴς, ἀεὶ νόει.
Πολλοὶ φόβῳ χρηστοὶ μὲν εἰσʼ, οὐκ ἀκακίᾳ.
Πλείους ἔκρυψεν, ἣν ἔσωσεν ἡ τύχη.
Ὕβρει γʼ ὑποπεσεῖν ἔστʼ ἄνω τιμωρίας.
Ἀχρημάτως ζῆν ὑπερέβη πᾶσαν τίσιν.
Τίσις προσέρπει τοῦ τρίβειν χάριν, κακῷ.
Ἄλγους χάλασμα[3] καὶ χαλᾷ τιμωρίαν.
Τίσιν πονηρὸς ἀναβάλοιτʼ ἂν, οὐ φύγοι.
Ὁ χρησιμεύων πατρίδι δοῦλος ἐστʼ ὄχλου.
Μνήμη μὲν πάθους δυστύχημα δεύτερον.
Πρᾶος δυνάστης εὐτύχημα δήμιον.
Δυνατῷ χολωθεὶς κακὸν ἑαυτῷ προξενεῖ.
Μὴ καλὸν εἶναι δυνατὸν, ὃ ʼστʼ ἀνελεύθερον.
Ἀεὶ πάρεστιν ὁ ʼκδικῶν καὶ μὴ παρών.
Πρᾶτον ἀπαρνεῖσθʼ, εἶτα ποιεῖν, δόλος ἔφυ.
Πλοῦτος μέγιστος εὖ ἀκούειν τῷ ʼγαθῷ.
Μειοῖ τὸ χρηστοῦ πλημμέλημʼ ἀναγνοὺς κριτής.
Χρηστῷ χάριν δοὺς μερίδα συμμεταλαμβάνει.
ʼΓαθὸς ἀπελεύθερος, ἐστὶ παῖς φύσεως ἄτερ.
Θέλων ὀνῆσαι μὴ δυνηθεὶς, ἄθλιος.

Ὀνί-

1 vel καί περ οὐκ ὄντα βλέπει.
2 vel Οἱ πραότητι χρώμενοι νικῶσʼ ἀεί.
3 vel κούφισις τιμωρίας.

Ὀνήσιμος ὁ βλάπτειν[1] δυνατὸς, οὐ βλάπτων ὅμως.
Ἀρετή γ' ἁμαρτεῖν ἐστὶ δεσποτῶν ὕπερ.
Φάρμακον ἂν εἴη πόνου ἀναιρέτης πόνου.
Ὁ ταχὺ καταγνοὺς παρὰ μικρὸν κατέγνως ἑκών.
Ἀδίκως ἔκεινε παρὰ μικρὸν ὁ κρίνας ταχύ.
Ἔγκλημα διζεῖν ἐστὶ τὸ δικάζειν ταχύ.
[2] Ὄφελος τί πολέμου δεῖ σ' ἐν εἰρήνῃ σκοπεῖν.
Ἄφρων φρονοῦντι παῖγμα κἂν λόγοις δοκεῖ.
Αἰδοῦς φυγούσης οὐκ[3] ἀνάκλησις πέλει.
Αἰδὼς φύσει βροτοῖσιν ἐστὶν, οὐ θέσει.
Αἰδῶ ἰδίαν ἀπώλεσ' ἀλλοτρίαν ἑλών.
[4] Ὡς δοῦλος ἐστὶν ὅστις αἰδήμων ἔφυ.
Αἰδὼς ὃν οὐκ ἔκαμψεν, ἔθραυσεν δέος.
Ἄπαντα πράττειν καλὸν ἐσπουδάττειν δὲ μή.
Κίμβιξ ἀφῆλιξ[5] μακρὸν οὐ βιώσεται.
Καθαρὰς τὸ θεῖον χεῖρας, οὐ πλήρεις[6] σκοπεῖ.
Καλὴ δοκεῖν θέλουσ' ἀναίνεται οὐδενί.
Ζηλωτὸς ὁ βίος διὰ τέλους ἀπραγμόνων.
[7] Μέγ' οὐκ ἐπαινεῖσθ' ὄντ' ἐπαίνων ἄξιον.

1 vel δυνάμενος, βλάπτων δὲ μή.
2 vel Τί πόλεμος ὠφελεῖ σ' ἐν εἰρήνῃ σκόπει.
3 vel ἀνάκλησις.
4 vel Εἶδος λατρείας ἐστὶν αἰσχύνην ἔχειν.
5 vel ἐστὶ βραχυβιώτατος.
6 vel βλέπει. vel ita: Καθαρὰς προκρίνει χεῖρας οὐ πλήρεις θεάς.
7 vel Καλὸν οὐκ, &c.

Ὡς φαῦλος ὃς πταῖσμ' ἴδιον εἰς ἄλλους στρέφει.
Ὡς πᾶς ὃς ἐλέῳ δυσχεραίνεται, τάλας.
Ὡς πᾶς, ὃς αὑτὸν οὐκ ἀθωώσει, τάλας.
Ἔρεισμα βλαβερὸν, ὡς βοήθει' ἀθλία.
Ὡς σχέτλιον, ὃ πράξειας εὖ, πραχθὲν ψέγειν.
Θλίβειν ἄκοντα, σχέτλιον, ὃν σώζειν θέλεις.
Ὡς ἀνανεοῦσθαι σχέτλιον ἀναλωθὲν κακόν.
Τὸ[1] κτηθὲν ὀλίγοις ἀποβαλεῖν ὡς σχέτλιον.
Θανεῖν ποθοῦντα μὴ θανεῖν, ὡς ἄθλιον.
Ὡς ἄθλιον ταὐτόματον ὅτε βουλῆς κρατεῖ.
Σχέτλιον ὅτε σε θηρῶσι σοῦ συνήγοροι.
Ὡς μετανόητα συγκυρεῖ τῷ μακροβίῳ.
[2] Ὡς οἶκτον αἰτεῖ μὴ ποτ' οἰκτίσας πάρος.
Ὡς δειλός ἐστιν ὁ πενίαν φοβούμενος,
Καὶ δυσαρὴς ὢν οὐκ ἔβλαψ' ὁ νουθετῶν.
Πᾶν ὀρθὸν ἡγοῦ καὶ περ οὐκ ὂν[3] ὠφελοῦν.
Οὐν ἐξιχνεύει ῥᾷστ' ἂν εὕροι συμφορά.
Ὃν ἂν φιλοίης, τῷ δὲ μέμφεσθαι κακόν.
Δυσχερὲς ἀνορθοῦν πάντ' ἀτιμασθέντ' ἅπαξ.
Κακοῖς ὁμιλῶν οὐκ ἀκουσίως, κακός.
Βλάπτοι τὸν ἐχθρὸν ῥᾷστ' ὁ προσποιούμενος.

Ἀγαθοῦ

1 vel κτητόν
2 vel Ὡς θαμινὰ συγγνώμην ὁ μὴ διδοὺς παθεῖ.
3 vel χρήσιμον. vel Ὀρθὸν νόμιζε, καὶ περ οὐκ ὂν, χρήσιμον.

Ἀγαθοῦ μεταδιδοὺς μερίδα συμμεταλαμβάνεις.
Ὅτου στοχάζῃ, τέρμα πράγματος σκόπει.
Ἔνδοξόν ἐστι πᾶν σὺν ἀρετῇ γενόμενον.
[1] Ἐξευτελιστὸν πᾶν ὃ κατέστρεψ' ἡ τύχη.
Ὅπερ ἄκρον ἐστι, πᾶν κάτωθε βλαστάνει.
Μέμνησθ', ὅταν δύνῃσθ' ὁ οὗ βλάπτειν τρίβων.
Ἐνασμενίζων ἄλγεσ' ὕστερον φρονεῖ.
Ἐχθροὶ βαρεῖς τινές εἰσ', καὶ κοῦφοι φίλοι.
Μισεῖ δανειστοῦ πᾶς ὀφειλέτης θύραν.
Εὐεργετεῖν τί ἐστι; μιμεῖσθαι θεόν.
[2] Ὑπηρετῶν ἄειστα μετέχει τοῦ κράτους.
Οὐδεὶς τί δύναταί γ' οἶδε, πλὴν πεῖραν λαβών.
Τί τυγχάνοις ὤν, οὐ τί δόξοις, διαφέρει.
Τί χρημάτων δεῖ τοῖσι χρῆσθ'[3] οὐκ εἰδόσι.
Εὖ ἐστὶ τοῖς οὐκ εἰδόσιν τοὐμόν, τὸ σόν.
Τὸ καθῆκον ἔβλαψ' ἀντιβολεῖσθαι περιμένων.
Τῷ νήτρεκα δύσπιστος οὐκ εὖ σκέπτεται.
Τάλας εἰ μὲν ὁ βίᾳ, δοῦλε, δουλεύεις δ' ὅμως.
Εὔορκος ἀνὴρ παντὸς ἔστ' ἐπίβολος.
Σπανίως κακοῖς περιέπεσ'[4] ὁ κακὰ φοβούμενος.
Πάντ' ἔνεδρα δεδιὼς οὐδὲ περιπέσοις ἐνί.

1 vel Εὐκαταφρόνητον πᾶν, &c.

2 vel Σοφῶς λατρεύων δεσποτείας μερίδ' ἔχει.

3 vel οὐ δυναμένοις.

4 vel ὁ δεδιὼς κακά.

[1] Κακίαν καλύπτειν ἴδρις, ἢ κακίαν ποιεῖ.
Βουλὴν ὁ φθέγγειν ἴδρις, οἶδε καὶ φρονεῖν.
Φοβερὸς ὁ βλάπτειν δυνάμενος καὶ μὴ παρών.
Φοβερὸς ὁ βλάπτειν δυνάμενος, καὶ μὴ ποιῶν.
Μεταθεῖν ἔρωτα δυνατὸς, ἀποθεῖναι δυνή.
Ἄλις εὐφραδὴς ἐστὶν ὁ ὑπὲρ ἀθώου λέγων.
Αἰνῶν ἑαυτὸν τάχα γελαστὴν περιέτυχε.
Πένης τίς ἐστί; πλούσιος ὃς αὐτῷ δοκεῖ.
Ἄλλοις τέθνηχ' ὁ μὴ βιοὺς αὐτῷ ποτέ.
Τίς τάλαν ἂν οἶδεν, ἄλγος ἣν ἄφωνον ἦν.
Τίς πλείονος κτᾶσθ'; ὅστις ἐλαχίστων ἐρᾷ.
Φίλον διδάσκει δεδιέν' ὃς δέδιε φίλον.
[2] Ὁ φίλον δεδοικὼς κλῆσιν ἀγνοεῖ φίλου.
Ὃς ἦλθε βλάψων, μεμελετηκὼς ἦν [3] πάρος.
Πλείους πονηροὺς τίσιν ὑπερθέμενος ποιεῖς.
Πείθεις ἁμαρτεῖν πλείονας, συγγνοὺς ἑνί.
Τὸ μὲν εἰ θέλει νοῦς, τὸ δὲ λόγος, τίς ἐγγυῆ.
[4] Ἔθηκε κακίαν ὁ χρόνος, ὁ χρόνος δ' αἴρει.
Ὧν νοῦς ἂν ἐπιτάξει ἑαυτῷ τυγχάνει.
Τὸ φοβερὸν ἀπατᾷ ῥαδίως ἀμελούμενον.

Ὧν

1 vel Ἀμότητα κρύπτειν ἴδρις οὐκ ἐργάζεται.
2 vel Φίλου τὸ γ' ὄνομ' οὐκ οἶδ' ὁ δεδιὼς φίλον.
vel Ἀγνοεῖ φίλου τὴν κλῆσιν ὁ δεδιὼς φίλον.
3 vel πάλαι.
4 vel Ἣν ὁ χρόνος ἔθηκεν, καὶ χρόνος κακίαν αἴρει.

[1] Ὧν πρᾶξις αἰσχρὰ, μὴ δόκει ταῦθ' εὔστομα.
[2] Εἴωθ' ἀπαντᾶν ὅ, τι νομίζεις ἐκφυγεῖν.
Φειδὼ περιττή γ' ὧν τίνι σώζεις ἀγνοεῖς.
[3] Ὡς περιπτὲς, ἅπερ οὐκ οἶδας, ἀθετεῖν ἄκριτα.
Ζητητὰ τ' ἀπολωλόθ' ἕλετα δ' οὐ πάλιν.
Αὐτῷ συνίσης ἅπερ ἐπαινεῖν τίμια.
[4] Ἀεὶ τάς' εὔπορισα, χρήσιμ' οὐκ ἀεί.
Βουλὴν νομίζει πᾶς γεραιτέρων λόγους.
Ὃ φοβῇ, τάχιον ἢ οὗπερ ἐλπίζεις μόλοι.
Τὰ φαῦλα πῶς φρονῶν ποιοῖς, οὐ διαφέρει.
Τὸ μόλις κυρῆσαν μόλις ἂν ἡδονὴν φέροι.
Οὐ τὸ πρέπον, ἀλλ' ὃ βούλεται ὁ θυμὸς νοεῖ.
[5] Ὃ ποθεῖς, ἔχοις ἂν, ἢν τό γ' ἀρκέσον ποθῇς.
[6] Ἀεὶ φοβηθεὶς κρίνεται καθ' ἡμέραν.
[7] Ἀεὶ κακίων ἡ ἐπιοῦσα τοῦ προτοῦ.
[8] Ὧν οὐκ ἀμείβειν οἶδας ἁρπάζεις λαβών.
Ἄκοντ' ἀφαιρεῖσθαι ἁρπαγὴ 'στ' αἴτημα δ' οὔ.

Δεῖ

1 vel Ἃ μὴ κάλ' ἔρδειν, αἰσχρὸν ἡγοῦ καὶ λέγειν.
2 vel Εἴωθ' ἀπαντᾶν θαμιν' ὅπερ ἂν οὐ φυγεῖν.
vel θαμ' ὅπερ ἂν δόξαις φυγεῖν.
3 vel Ἐξευτελίζειν ὃ 'γνοεῖς, προπέτει' ἄκρη.
4 vel Οὐκ ἐστὶν ἑσαέει χρηστὰ τὰ εὐπόρισ' ἀεί.
vel Οὐ χρήσιμ' ἐσαέει ἐστὶ τὰ εὐπόρισ' ἀεί.
5 vel Οὖ βούλετ' ἔτυχ' ὁ βουλόμενος ὃ 'στ' ἄρκιον.
6 vel Ἀεὶ δεδοικὼς ἑσαέει κατακρίνεται.
7 vel Ἀεὶ γε κάκιον ἐστὶν ἦμαρ ὕστερον.
8 vel Οὐκ ὢν αἰμείβειν δυνατὸς, &c.

Δεῖ σπάνιον εἶναι τίμιον, ὃ χρόνιον θέλεις.
Πείθοντα παίδων ἢ βίᾳ κρατεῖν πρέπει.
[1] Ὡς εὖ διαφέρει, οὐχ ὅσον βίοις χρόνον.
Ὁ πλὴν ὅ, τι θέλει μὴ ποιῶν βασιλεὺς[2] πέλει.
Ὀνίνησι μηδὲν μᾶλλον ἢ μῆνιν τριβή.
Ἐναντίον ῥοῦ ἄκος ἐρευνᾶν δυσχερές.
Ἀπότευγμα ῥᾶον, ἢ περιγραφὴν φέροις.
Ταχύπλουτος ἀνὴρ οὐ γένοιτ' ἂν δεξιός.
Ὄλβος καθ' αὐτοῦ χρῆμ' ἀσύστατον φύσει.
Βαρεῖα μῆνις οὐδὲν εἴωθε σκοπεῖν.
Ὅσῳ 'στὶ μείζων πλοῦτος, ἐπιβουλεύεται.
Οὐκ ἔστ' ἀνελθεῖν ἐνθάδ', ὅθεν ἔβης, βαρύ.
Τύχην ἀθῷος δέδιεν οὐ τοὺς μάρτυρας.
Οὐκ ἂν ἀνάσσοιμ' ὥστ' ἀνηλεῶ πέλειν.
Νίκη συνήθεις ἀντεραστὰς οὐ φιλεῖ.
Αἰτεῖν λατρείας εἶδος ἐστ' ἐλευθέρῳ.
Πείθοι' ἱκεσίᾳ μᾶλλον ἢ προστάγματι.
Φίλου στερίσκεθ' ὃς δυσωπεῖ τὸν φίλον.
Τοὺς δημοτῶν, τό, τ' ὄμμα, μάρτυρες κακοί.
Θαμὰ συγγινώσκων ἀδικίᾳ χώραν δίδως.
[3] Ἐπὶ προφάσει σωτηρίας ἀδικεῖν θέμις.
Οὕτω σ' ὀφείλεις, ὅπου σοὶ ἀμνημονεῖν.

Ἀν-

1 vel Ὡς κοσμίως ζῇς, οὐχ ὅσον ζῇς διαφέρει.
2 vel ἔφυ.
3 vel Σωτηρίας προφάσει τὸν ἄνδρ' ἀδικεῖν θέμις.

Ἀντῆρε πᾶσιν ὅπλα συνὼς ὢν σοφός.
Ἄρνησίς ἐστι σύντομος σιγὴ σοφοῦ.
Θανεῖν δύνασθ' ὅταν θέλῃς, ὄλβος μέγας.
[1] Εὐμνήμον' εἶναι χάριτος ἀρχαῖος τόκος.
Φίλους ἐπαινεῖν φανερὰ, νουθετεῖν λάθρα.
Τύχη πένητι πίστις ἐστὶ δευτέρα.
Τοῦ μητρὸς ἄλγους δεύτερον τὸ τῆς τροφῆς.
Ἑαυτοῦ κατέγνω τὸν ἄκακον θλίβων κριτής.
Στάσις πολιτῶν ἐστ' ἀφορμὴ δυσμενῶν.
[2] Ἑαυτὴν μακαρίαν χρηστότης ἀεὶ δοκεῖ.
Ἀεί γε βουλὴ τοῦ δέοντος ὑστερεῖ.
Τὰ δεινὰ φεύγει σοφὸς ἀεὶ φοβούμενος.
Ἀεὶ τὸ πεφυκὸς μηνίειν φοβητέον.
[3] Ὁ νοῦς δέδι' ἀεὶ τὸ κακὸν ἀγνοούμενον.
Εἰς τοὺς φοβοῦντας ὁ φόβος ἀναποδίζεται.
Νοῦς εὗρε σοφίαν οὐ μακρὸς ζωῆς χρόνος.
[4] Σωκεῖν ὁ κοτέων πλεῖον ἢ σωκεῖ, δοκεῖ.
Ἐν τοῖσι δεινοῖς ὄψιμον συμβουλία.
Ὁ φαῦλος αὐτὸν αὐτὸς ἀδικεῖσθαι ποιεῖ.
Σαυτὸν κολάζεις ὅταν ἁμαρτὼν αἰσχύνῃ.
[5] Χρεῶν βοηθῶν ἑαυτὸν ἐστ' ἀνελεῖν νόμους.
Μηδὲν φοβεῖσθαι βουλόμενος ἅπαν φοβοῦ.

Κακοὶ

1 vel Μνήμη παλαιᾶς.
2 vel Ἑαυτῇ μακαρία.
3 vel Νοῦς δέδιε μᾶλλον ἀγνοούμενον κακόν.
4 vel Σωκεῖν χολωθεὶς.
5 vel Στερεῖν.

Κακοῦ συνειπὼν μέτοχος ἐστ' ἐγκλήματος.
Συναρπαγῆναι πᾶσι κουφισμὸς μέγας.
Ἐν τοῖς ἀδήλοις ἀντὶ βουλῆς τὸ προπετές.
Ἀπέδωκεν ὥρα, ὅ, τι τὰ πολλ' ἄφελ' ἔτη.
Εἴωθ' ἕπεσθαι κλέος ὀδηγοῦντος πόνου.
Ῥυπαρώτεροι τοι ζῶμεν ἢ γεννώμεθα.
Ὧι κόλασις αἰδὼς οὐκ ἀπεγνώσθη πάνυ.
Ἐλπὶς πένητα, μοῖρ' ἐκούφισ' ἄλθιον.
Ἄκανθ' ἀρέσκει, ῥόδον ἐν ᾗ θεώμεθα.
Μωρὸν διώκειν πᾶσι τὸ κεχαρισμένον.
Τοὐτυχὲς ἐνίοτε μείζω μωρίας ἔχει.
Δέδιεν ὁ μωρὸς τὴν τύχην, ὁ σοφὸς φέρει.
Μωρὸν κολάζειν τὸν πέλας ἰδίᾳ τίσει.
Μέμφεσθ' ἀτυχίαν μωρόν, ἧς σὺ γ' αἴτιος.
Ὡς ἄτοπον, ἄρχειν τῶν πέλας, αὐτοῦ δὲ μή.
Τὸ πᾶσ' ἄφυκτον δεδιέναι, πρὸς ἄφρονος.
Μωρὸν κολάζειν γείτον' ἐμπρησμοῦ θέλειν.
Τύχη θέλουσα τίν' ἀπολεῖν μωρὸν ποιεῖ.
Εὔνου τὸ πείθειν πρῶτον, εἶτ' ὀρθοῦν λόγῳ.
Κατέβαλ' ἑαυτὸν ὄλβος ἐξαίρων ἄγαν.
Ἰδίῃσι συγγνῶν' ἀΐδεις ἐχθρῶν φείδεται.
Ἰδίαν ταπεινὸν ἰσχὺν οὐ τηρεῖ κράτος.
Σκευὴ δ' ὕποπτόν ἐστι τοῖς ὠνουμένοις.
Ὑπόνοι' ἑαυτῇ τέτοκεν ἀντιπράκτορας.

Ὅπι-

Ὅποθεν ἰδίου φωτὸς ἔρχετ' ἀκακία.
Οὐκ οἶδε σιγᾷν ὅστις οὐκ οἶδεν λαλεῖν.
Ἔστι τὸ σιγᾷν ἀντὶ σοφίας ἄφρονι.
Κίμβιξ τοσοῦτο δεῖτ' ἔχων, ὅσον οὐκ ἔχων.
Τέως μαθεῖν χρεὼν σ' ἕως ἀΐδεις εἶ.
Κίμβιξ ὁ λιτὸν, δειλὸς εὐλαβῆ καλεῖ.
Ὦ βάσανον ἡδὺ, ὅτε χαρὰν νικᾷ δίκη·
Ὑπαίσχρος ἐνδεῆ ἥτις ἐκ δόξης ἔφυ.
Πᾶν ἐξ ἀμελείας ἐστ' ἀκίνδυνον βλάβος.
Μηδὲν φοβεῖσθαι πλὴν θεοῦ, χρῆμ' ἀσφαλές.
Πένης ὄλωλε πλούσιον μιμούμενος.
Ἔνθ' ἔστιν αἰδὼς, ἔνθαδ' ἡ πίστις κυρεῖ.
Κακόβουλον ἀνδρῶν πλημμέλημ' εἱμαρμένης.
Ὅταν ἀθῶος δέδιε κατακρίνῃ κριτοῦ.
Ὅπου ποτ' ἐχάρης πολὺ, φοβηθήσῃ πολύ.
Ὅπου βίος πᾶς δέος, ἐκεῖ θάνατος καλός.
Ὅπου γέρων ἥμαρτ' ὁ νέος ἔμαθε κακῶς.
Ὅπου φόβος τὶς, φοβερὸν οὐδὲν γίνεται.
Πῶς ἐκδέχῃ τὸ ῥῆμα διαφέρει πολύ.
Ψεῦδος γ' ἀληθές ἐσθ' ὑπὲρ σωτηρίας.
Ψευδῆ λαλοῦντες ἀληθὲς οὐκ ἀκούομεν.
Φέρων παλαιὰν ὕβριν, ἐκκαλεῖς νέαν.
Φέρων παλαιὰν ὕβριν ἔκκλινον νέαν.
Ἀγαθοῦ πρὸς ἀνδρὸς τἀδικεῖν οὐκ εἰδέναι.

Φύσις γὰρ ἄνδρα χρηστὸν οὐ τάξις ποιεῖ.
Ὅπερ οὐ βίᾳ δύναιο θωπείαις ἕλε.
Ἀρετὴν γ' ἐρᾶν οὐδεὶς καλῶς ἀναίνεται.
Ἀρετῇ γε μᾶλλον ἢ τύχῃ πιστευτέον.
Ὁ πόνος γέγηθε σκῦλα τῆς ἀρετῆς ὁρῶν.
Ἀρετῆς πρόσωπον ἔλαχε τῆς νίκης μέρος.
Ἅπασιν ἀγνὼς ἂν τύχοις, γνοὺς μηδένα.
Ψεκτὸν πάλαι μὲν, νῦν δὲ θωπεῖ' ἐστ' ἔθος.
Οὐδεὶς μεταβέβηκ' ἐς ἀγαθὸν πλὴν ἐκ κακοῦ.
Ψυχῆς ἴασθαι μᾶλλον ἕλκος ἢ δέμας.
Τὴν πίστιν ἐν ἡμαρ ἐπιφέρει, πολλὰ συνάγει.
Γλυκεῖα χαλεπῶς ἡδονὴ πεπορισμένη.
Ὃν ἡ θέλησις τὸ δέμας ἁγνὸν οὐ ποιεῖ.
Λαθοῦσα τάρβος ἡδονὴ πλέον, ἢ χαρά.
Σκοπεῖν τὴν ἀρχὴν ἑκατέραν τύχην χρεών.
Εἶναι σοφὸν δοκεῖν τε διαφέρει πολύ.

ΤΡΟΧΑΙΚΟΙ.

Ὅσον ἐν κύβοις τρίβων, τόσον ἔσθ' ὁ κυβευτὴς κακός·
Παντί τι 'ξαδικεῖν θέλοντι πᾶσ' ἀφορμὴ πρόσφορος·
Οὔ τινος γλώσσης δεήσεις εὗρε τὸ συνειδὸς φίλου.
Δύναται οὔτ' ἀνδρεῖος ὕβριν, οὔτε γεννάδας φέρειν·
Ὃν θανεῖν φίλοι ποθοῦσι πᾶσ' ἐμίσησεν πόλις.
[1] Ἄλγος ἐστὶ καὶ φρόνησις δυσχερὴς ὁμιλία.
Ἄρχειν ἀποκαλῶν τιν' ἄνδρα, πᾶν ὄνειδος ἐξέφης.
Ὠκύτητι συνδραμοῦσα χρηστότης διπλάζεται.
Τὰ ἐλάχιστα πλημμελημάτων μεγάλων μέγιστ' ἔφυ·
. . . .
Αἶσχος ὡς εὐσχημόν ἐστι, τῶν καλῶν ὑπερθανεῖν.
[2] Ὁ κοτέων ἑαυτὸν κολάζει, βούλεται δὲ τὸν πέλας.
Ὅστις ἐστὶ φυγὰς ἄοικος, οὗτός ἐστ' ἄταφος νέκυς.
. . . .
Οὐ γυναικῶν ἐπιμελεῖται, πλὴν δύσελπις τῆς σχολῆς·
Νῖκος ἔστ' οὐ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τῶν ἐπιθυμιῶν.
Ἐπιτυχὼν γήρως, μάτην ποθεῖς ἀνηβάσκειν πάλιν.
Τῷ κρατεῖ σύνοικος ὀργὴ σκηπτός ἐστιν ὀξύπληξ.
Σὺ χαίρειν εὐτυχοῦντι χρήσας, δυστυχῶν ἀπολαμβάνοις·
Ἄλγος ἐν βασάνοις ἄφωνόν ἐστιν ἀθλιώτατον.

Nn Δυ-

1 vel Ἔστιν ἄλγει καὶ φρονήσει δυσχερὴς ὁμιλία. vel συμφωνία·
2 vel Ἄλλων ἐξαιτεῖς δίκην, ἑαυτὸν εἰσπράττεις κοτῶν.

Δυστυχὲς μαθεῖν λατρεύειν τὸν μαθόντα κοιρανεῖν.
Ὑπ' ἀνυπευθύνου μάλ' ἀνδρός ἐστιν ὑβρίζεσθαι βαρύ.
Ὡς μακρὸν βιοῦντι μετανοητὰ πολλὰ συγκυρεῖ.
Ἔτι δὴ μνήμων ἑαυτοῦ ὁ ἐλεῶν τὸν δυστυχῆ.
Τὸ μὲν ἀνὴρ ἔχει πάρ' ἑαυτῷ τ' ἄλλο δ' ἐς ἄλλον νοεῖ.
Δεύτερος ναυηγὸς οὐκ εὖ τῇ θαλάττῃ μέμφεται.
Ἐν κακοῖς θαῤῥεῖν ἂν εἴη πλὴν ἀθώου, μηδενός.
Ἐν φίλοις δικάζειν ἢ ἐχθροῖσι δυσχερέστερον.
Ὄλβος αὖ φίλους ἔτευξε, συμφορὰ δ' ἐλέγχεται.
Θυμὸν ἔγκοτον δαμάζων, πολέμιον νικᾷ μέγαν.
Εὐτυχῆ καλῶν σε, μὲν σοῦ τὴν τύχην ἐξεγκαλεῖς.
Τὸν φίλον κτήσαι' ἄν, ἐχθρὸν ὡς γενησόμενον ποτέ.
Ζῆλον ὑφορῶ φίλου περὶ τὸν ἐνέδρας ἐν δορί.
Πᾶσ' ἐπίστροφον μεγίστῳ κινδύνῳ φυλάσσεται.
[1] Ὃς τύχης σῆς μὴ μετάσχοι πῶς ἂν εἴη σοὶ φίλος.

. . . .

Δῶρα δοὺς νεκρῷ, δίδωσιν οὐδὲν αὐτὸν δὲ στερεῖ.

. . . .

. . . .

Κύβος οὐκ ἐᾷ σκοπεῖν τί φευκτέον, τί θ' αἱρετόν.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . .

1 vel Σῆς τύχης οὐ τοι μεταχῶν πῶς ἂν εἴη σοὶ φίλος.

. . . .

. . . .

. . . .

Οὐ τέλειόν ἐστιν, ὥστ᾽ ἄμεμπτον εἶναι, μηδὲ ἕν.
Οὐδαμῇ κρεῖττον θανεῖν, ἢ ᾗ ἐβίωμεν ἀσμένως.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Τὸ πέρας τοῦ δέοντος ὃν κατέβαλε τοὺς κεκτημένους.
Διαφέρει τί πόσ᾽ ἔχεις, εἰ πλείον᾽ ἔσθ᾽ ἅττ᾽ οὐκ ἔχεις.
Καταγέλως, ἀδίκων δι᾽ ἔχθραν, τὴν δικαιοσύνην πατεῖν.
Τὸ παιδεῖν περὶ πλεῖον ὠφέλησε τῆς τιμωρίας.

Hos sequentes versus, qui in editione Scalig. apparent, in sua vel immutaverat Gruterus, vel plane omiserat. Ne quid forte Publio detraheretur, eos addimus.

Avarus animus nullo satiatur lucro.
Τὸν κίμβικ᾽ οὐδεὶς κερδέων αἱρεῖ κόρος.
Fortunam citius vel rapias, quam retineas.
Τύχης λαβέσθαι μᾶλλον ἐστιν, ἢ κρατεῖν.
Libido indicium est ejus quod levitas sapit.
Τρυφὴ χαρακτὴρ ὧν γ᾽ ὁ νοῦς κοῦφος φρονεῖ.
Lingua est maliloquax mentis indicium malæ.
Κακοῦ χαρακτὴρ γλῶσσα νοῦ κακόστομος.
Non est beatus esse qui se non putat.
Οὐκ εὐτυχὴς ἔσθ᾽ ὅστις οὐχ αὑτῷ δοκεῖ.
Nullus tantus quæstus quam quod habes parcere.
Οὐδὲν τοσοῦτο κέρδος, ὡς φειδὼ, πέλοι.
Spes præmii laboris est solatium.
Ἐλπὶς βραβείου τοὺς πόνους παρηγορεῖ.
Miseriam nescire propriam, est sine periculo vivere.
Ἴδια μὴ νοεῖν παθήματ᾽ ἐστ᾽ ἀκίνδυνος βίος.

Τ Ε Λ Ο Σ.

JOSEPHI SCALIGERI
IN
PUB. SYRI
SELECTAS SENTENTIAS
NOTÆ.

A *Morte semper homines tantundem absumus.*] Non est sententia, sed quemadmodum illud,

--- *digitis a morte remotus Quatuor, aut septem*, ---

Hoc qui dicit in Mimo, gestu digitorum id ostendebat. Igitur sola verba non possunt mentem hujus versus concipere, nisi adjuventur gestu.

Absentem lædit, cum ebrio qui litigat.] Ad verbum esset:

Τύπτεις ἀπόντα τῷ παροίνῳ συμπεσὼν, aut συμπλακείς.

Sed ἑλληνικώτερον est, σκιαμαχεῖν.

Adulter est uxoris amator acrior.] Eadem facetia, sed alio modo de Othone Imp. *Uxoris mœchus cœperat esse sua.* Nihil urbanius potest & hic, & ibi dici.

Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.] De nuptiis Græcus quidam dixit, quod Mimus noster de propero judicio,

Γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.

Alienum æs homini ingenuo acerba servitus.]

Vel:

Δουλοῖ δάνος σε, κἂν ἐλεύθερος πέλῃς.

Vel:

Ἐλευθέρῳ δάνεισμα δουλείαν φέρει.

Sed Græcus vetus est versiculus:

Τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.

Amans, quid cupiat, scit: quid sapiat, non videt.]

Vel aliter :

Ἐρῶν πόθῳ δέδορκε, τυφλώττει ᾗ νῷ.

Amicitia semper prodest, amor & nocet.] Vel :

Φιλία μὲν αἰεὶ συμφέρει, βλάπτει δ' ἔρως.

Anus quum ludit, morti delitias facit.] Post etiam :

Παίζουσα θανάτῳ γρῆυς ὡραΐζεται.

quanquam ἰωνίζει.

Bonorum crimen est officiosus miser.] Potes etiam ita:

Φίλοις ἐπαρκῶν δυστυχὴς, χρηστῶν ψόγος.

Contrarium igitur recte concluditur Græco veteri versiculo :

Κοινὸν ᾗ καλόν ἐστι χρηστὸς δυστυχῶν.

Aliud contrarium :

Θεῶν ὄνειδος τοῦ κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Senarius vetus proverbialis, Ausonius tribuit Cleobulo Lindio, *Fortunæ invidia est immeritus miser.*

Casus quem sæpe transit.] Potes etiam ita :

Ταὐτόματον αἱρεῖ χ' οὓς ὑπερπηδᾷ θαμά.

vel : —— —— οὓς παρέδραμεν θαμά.

Damnum appellandum est.] Est vetus Græcorum :

Κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.

Dum vita grata est, mortis conditio optima est.] Propterea dixit Martialis :

Rebus in angustis facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Et miseriarum portus est patientia.] Aliter vetus versus ;

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Excelsis multo facilius casus nocet.] Idem antea Apollodorus Comicus extulerat :

Οἴκου ᾗ μεγάλου πτῶμα γίνεται μέγα.

Facit gratum Fortuna, quem nemo videt.] Ita legendum, non, ut vulgo, *quam nemo videt.* Lepide dictum. Divitem etiam ignotum de facie, gratum esse. Omnes favent divitibus, quantumvis alioquin non dignis,

gnis, aut ne notis quidem. Itaque τύχη hic est ὄλβος.

Ficta cito reciderint] Ἀρχαϊκῶς prima producta, ut Lucretio *reducere*, & similia.

Formosa facies muta commendatio est.] Aristoteles apud Laërtium τὸ κάλλος παντὸς ἐπιστολίου συστατικώτερον.

Frugalitas inserta est rumoris boni.] Jamdudum olim monuimus hanc esse lectionem ex veteri codice Excerptorum Gellianorum. Nam vulgata lectio inepto vel potius nullo sensu est. Inserta, aliter instita: utrumque ab eadem origine. Græce πάρυφος ὥσα τοῦ ἐνδῦτος. Ut instita non est tota vestis, sed sequela & ornamentum: ita frugalitas non omnino tota caussa est rumoris boni, sed accessit ornamentum illi. Plane Publianæ elegantiæ sententia. Qui tales emendationes nostras dissimulant, ne videantur nos auctores sequi, & imperite & maligne faciunt. Talium hominum multos quotidie non sine risu experimur. Tertullianus quoque libro de Idololatria literaturam sæcularem insertam prædicationis Idololatriæ vocat. Verba hæc sunt: *Si fidelis literas doceat insertas Idolorum prædicationis.* Male hodie *prædicatione* pro *prædicationis*. Item eodem libro: *Cæterum purpura vel cætera insignia dignitatum insertæ, dignitati & potestatibus Idololatriæ ab initio dicata.* Insignia & purpuram vocat insertas dignitatum, quasi dicas, ornamenta, ut est instita vesti, aut emblema annulo. Tam enim inserta potest esse instita, quam emblema. Quod si cui magis placet emblema interpretari, ita concipiendus fuerit versus:

Ἔμβλημα φειδὼ καλὸν εὐκλείας ἔφυ.

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit.] Ad verbum esset:

Ἀπροσδόκητος συμφορὰ μᾶλλον κακοῖ.

Heu quam difficilis.] Fortasse melius:

Ὡς δυσφύλακτον κτῆμα τῆς εὐδοξίας.

Inferior rescit, quicquid peccat superior.] Juvenalis:

——— ——— *tanto conſpectior in ſe.*
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Inimicum, quamvis humilem, docti eſt metuere.] Potes, ſi mavis, etiam hoc modo:

Ἐχθρὸν φοβεῖσθαι καὶ ταπεινὸν, πρὸς σοφοῦ.

Inopiæ deſunt parva.] Τὸ *parva* pro paucis, eſt hellenismus, παῦρα.

Invidia loquitur id, quod obeſt, non quod ſubeſt.] Totus lepos eſt in verbis *obeſt*, *ſubeſt*. Quod non reddimus, ſententiæ tantum ſatisfacere contenti. Neque vero mea, ſed ſermonis Græci culpa eſt; quæ hæc reddere non poteſt.

Nil agere ſemper.] Quod hic de infelice dictum, Græcus verſiculus de peregrino extulit:

Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

Non cito ruina cadit is, qui ruinam timet.] Elegantiſſimam ſententiam diſſimulabat vulgata lectio, & quidem ineptiſſima:

Non cito ruina cadit vir, qui primam timet.

Repente dives.] Nemo bonus repente factus eſt dives, aut: nemo repente dives factus eſt bonus; quomodocunque dicatur, eodem res recidit. Certe vetus Græca eſt ſententia:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως, δίκαιος ὤν.

Feminarum curam gerere, deſperare eſt otium.] Et hæc quoque argutiſſima ſententia vulgo corrupta manca & male intellecta proponebatur.

Femina curam gerere, deſperare odium eſt.

Hos Græcos verſus effudimus potius, quam meditati ſumus: id quod & anguſtiæ temporis, quibus ſcripſimus; & amici, quibus nos rogati has pauculas horas impendimus, teſtari poſſint. Ut meliores ſint verſus, & majoris otii opus eſt, & melioris ingenii

genii. Hæc autem Publiana, quamvis inter nugas theatrales jactata: tamen quid rectum, quid utile sit, juxta Horatium, melius Chrysippo & Crantore dicunt. Itaque nunquam illos de manibus deponant, non pueri tantum, sed etiam doctiores.

FINIS.



INDEX.

INDEX.

FINIS.

Errata sic corrigantur.

Pag. 5. l. 20. leg. *miser*. 6 l. 17. *conscientiæ*. ibid. l. 21. *consueta*. 38. l. 12. *ense cadens, est*. 42. l. 12. Severo. ibid. l. 9. hæc. 46. l. 24. πονηρᾶς. 48. l. 28. *juvenili*. ibid. l. 32. assimilat. 50. l. 5. θαυμάζοντας. 54. l. 10. ἐψεύσαο. 58. l. 2. Medea. 76. l. 30. hilares. 78. l. 30. *fallunt*. 81. l. 16. *pudoris*. 82. l. 33. ℣ſ. 561. 88. l. 32. *æquo*. 89. l. 14. ἐπιφωνοῦν 90. l. 25. *metemus*. 92. l. 32. *adjuverit*. 94. l. 21. *nolueris*. 101. l. 20. *Bonis*. 109. l. 10. Cœnob. 111. l. ult. *effectu*. 112. l. 7. &c. legi. . . . generi . . . . necessitati. 120 l. 16. *homini*. 122. l. 34. dele τὸ quod. 133. l. 5. illo, ut narrat Ammian. l. 31. ὀξύθυμος. 137. l. 8. it petitum. 140. l. 9. *Dimissum*. 147. l. 7. *magnum*. 149. l. 6. *cedunt*. 152. l. 25. exoratus. 158. l. 15. κακὸν. 159. l. 15. *tam ego*. 174. l. 19. συναγμὸν. 178. l. 10. Jugurt. 183. l. 20. 261. ibid. l. 24. *efflorescere*. 185. l. ult. ἐπιστάμενον. 186. l. 14. *prævenire*. 193. l. 33. Hieronym. 199. l. 26. imo 201. l. 30. Pythagorei. 202. l. 25. jugo. 204 l. 7. vice. 214. l. 18. *bene, si lateri est*, 217. l. 22. *macula est e. i.* ibid. l. 24. *cum victoria*. 218. l. 9. ἡ καθ'. 221. l. 7. φιλοῦσιν. 227. l. 3. *admittendo*. ibid. l. 18. suſciperet. 233. l. 9. 359. 234. l. ult. lustraret. 239. l. penult. possint valere quod magna, certe valitura. 240. l. 22. βλάβης. 248. l. 14. ὠφελήσῃς. 252. l. 12. eorundem. 253. l. 16. *casus animo*. ibid. l. 25. illi. 254. l. 24. θανάτου. 256. l. 26. ἐνταῦθα. 259. l. pen. *felicius*. 261. l. 27. *est*. 269. l. 32. quocirca. 272. l. 5. προσαπτειν. 273. l. 1. felicem. 284. l. 20. ſceleratiſſumis. 290. l. 2. degenerarunt. 295. l. 1. *ceperint*. 297. l. 31. apte. 300. l. 19. *promerendi*. 304. l. 14. παλαιστῶν. ibid. l. ult. *satius*. 308. l. 16. Εὐβουλόμην. 309. l. 6. τὸ. 310. l. 25. apud Volumnium &c. 317. l. 16. prodita. ibid l. 20. refert &c. qui, dum. 318. l. 13. *multa*. 327. l. 7. victarum. 332. l. 7. maxumis. 348. l. 1. περὶ. 350. l. 16. Zenod. 357. l. 30. *noces*. 363. l. 16. reſponſum. 366. l. 18. *ut ipsi*. 377. l. 22. in Augusto tamen. 378. l. 26. *insontibus*. 380. l. 8. transilire, 385. l. 22. *obtemperandum*. 388. l. pen. *Quotidie*. 396. l. 28. deprædare. 398. l. 10. *consuevit*. 402. l. 25. incestus. 408. l. 6. υἱὸς. 423. l. 5. *opes*. 427. l. 7. quieſcendi. 449. l. 14. dimittatis. 468. l. 27. *dele*: quum narraret, 469. l. 20. ὥσπερ. 370. l. 11. οὐχ. 472. l. 9. *servabit cum*. 473. l. 29. κουφίζεται. 487. l. 1. τούτων. 488. l. 14. *frui licebat*. ibid. l. 24. præcipue. 489. l. 28. ſpe. 496. l. ult. *conviviis*. 498. l. 2. felicem. 502. l. 8. *observabant*. ibid. l. 9. *ultra*. 513. l. 11. *longinquo*. 519. l. 12. *veniret*. ibid. l. 23. *Democedes*. 523. l. antep. autographo. Errata in numeris verſuum obſervet benevolus Lector circa ℣ſ. 235. 410. 595. 670. & 675.



